EDICION DE LAS OBRAS COMPLETA

DE

SANTIAGO RAMIREZ, O. P.

TOMO I

CONSEJO SUPERIOR
DE investigaciones
CIENTIFICAÎ

JACOBUS M. RAMIREZ, O. P.

DE IPSA PHILOSOPHIA IN UNIVERSUM

Editio praeparata a Facultate Theologica Sancti Stephani Salmantini sub directione Fr. Victorini Rodriguez, O. P., eiusdem Facultatis professoris

IV

VΨΪ

MADRID, 1970

Scbool of Divinity Library
St Louisa-Missouri 63108

Nihil obstat: *Fr. Guillelmtis I-rade, O. P.*
Fr. Victorious Rodriguez, O. P.

Imprimi potest: *Fr. Sigismuodus Cascôn, O. P.*
Provincialis Provinciae Hispaniae.

Imprimatur: *Dr. Ricardus Blanco*
Vicarius Generalis
Matrici, 28 februarii 1968.

APR '74

Depôsito Legal: M. 18.341-1970

Impreso en Espana

Printed in Spain

Sucesores DE Rivadeneyra, S. A.-Pasco de Onésimo Redondo, 26,—Madrid 8

DE IPSA PHILOSOPHIA IN UNIVERSUM

TOMUS I

ERRATA.—(Indicantur pâg. et linea)

Pag.	Linea	Errata	Corrige
47	12	afficientem	efficientem
48	7	pendent	pendet
55	15	*a sensibile*	*a sensibili*
55	16	*orientur*	*oriuntur*
148	19	ira	ita
375	5	cius	eius
380	8	gubernarem	gubernantem
409	29	indemostrabilia	indemonstrabilia
415	7	disputat	disputant

TOMUS II

426	4	referentur	referuntur
427	II	disparatum	disparatarum
427	13	verbali	verbalis
430	U	serit	sicut
432	25	videmus	videamus
432	34	qua	quas
442	26	utrumque	utcumque
464	I	ad	at
470	18	principal	principia
480	II	istus	istius
481	8	ciuus	cuius
481	IO	accentum	acceptum
491	18	rcdecet	recedet
499	12	escendit	ascendit
499	16	opodictici	apodictici
506	IO	demonstrat	demonstret
509	IO	debent	non debent
521	13	δ'ακριλολογιαν	δ'ακριβολογίαν
530	20	exploritis	exploratis
547	27	un	in
551	U	acusarum	causarum
557	5	philosophia	philosophi

Pag.	Linea	Errata	Corrige
564	20	adventiis	adventitiis
567	4	peculiaria	peculiaris
568	8	Theologis	Theologia
585	10	poste	postea
585	22	alia	alias
586	23	interpres	interpretes
593	24	ham	hanc
593	27	notitis	notitia
597	14	WUESTYNE	WOESTYNE
6o5	21	omnis	omnia
606	15	Por	pour
612	20	obviae	obvias
635	16	ractitudo	rectitudo
639	12	philosophae	philosophiae
656	2	ὡον... ωή	χὡον... $ωή
663	25	quem	quam
664	12	maltiplicitas	multiplicitas
677	24	*speciali*	*specialis*
711	*I*1	omnuiun	omnium
722	17	meditatur	meditatur
723	28	sesum	sensum
724		profitari	profiteri
751	26	acmulatiincm	aemulationem
760	10	hominis	homines
761	12	philosophiae	philosophia
763	19	ΘΕοφιλέσα-ros	Θεοφιλέσ-rcrros
766	22	bono	bonum
772	28	theologia	theologiae
778	34	RLEUTGEN	KLEUTGEN
779	16	ratione	rationi
783	7	pcrspicare	perspicere
784		on	ou
785		e'esta-dirc	c'est-à-dire
787	32	speculabis	speculabilis
789	22	glaudium	gladium
790	9	vivilis	civilis
793	7	ἀντεπεῖν	ἀντεπτεῖν
795	22	recipiunt	recipit
799	8	supremem	supremam
803	10	Ecclesisi	Ecclesia
816		vicitatis	civitatis

EL PADRE RAMIREZ

Filosofo y Teologo perenne

El valor y oportunidad de las Obras Completas del P. Santiago Maria Ramirez es tal que se puede decir de él lo que Pio XII y Pablo VI dijeton de Santo Tomâs: «Es el hombre de todos los tiempos».

Todo el que haya tratado de cerca al P. Ramirez conoce la aspiration fortisima que existia en él a procurât exponor las cuestiones con la mayor perfection posible, bajo todos los aspectos. Para conseguirla pensaba mucho y leia mucho. La gran biblioteca que dejô en Salamanca testifica bien su avidez de informaciôn. Por lo mismo era avidisimo del tiempo. Ciertamente que no era la novedad o la exhibition lo que buscaba en su informaciôn, sino la verdad, de la cual era siempre buscador incansable e insatisfecho. El enorme arsenal filosôfico-teolôgico que dejô inédito en su cclda de Salamanca estaba esperando mas amplia informaciôn y mâs profunda reflexion.

Dadas, por otra parte, sus extraordinarias dotes de infligentia y memoria, su rectitud moral de servir exclusivamente a la verdad natural o revelada, su facilidad para exponer con claridad, exactitud y viveza, se comprende también sin dificultad que en sus obras han de abundar l cas y explicaciones luminosas, ùtiles y validas para todos los tiempos.

El Papa Pablo VI advertia recientemente (24-VIII-1968) que ‹‹el vacio producido en nuestras escuclas filosôficas por c abandOïio de la confianza en los grandes maestros del Pensamiento cristiano, es invadido frecuentemente por una superficial y casi servil aceptaciôn de fllosofias de moda, nuchas voces tan simplistas como confusas, y estas han

sacudido nuestro arte normal, humano y sabio, de pensar la verdad».

Indudablemente las obras del P. Ramîrez, por lo que dice y el rigor cientifico en el decirlo, contribuirân eficazmente a recuperar o a reavivar ese anorado arte normal, humano y sabio, de pensar la verdad, y darân al lector asiduo e imparcial, una vision mâs clara y completa de muchas de las cucstiones que hoy se plantean y le ayudarân a ver con claridad la verdadera soluciôn, evitando tantas ambigüedades y soluciones errôneas o defectuosas debidas a consideraciones parciales e incompletas.

Conviene también notar que, como en Santo Tomâs, toda la obra del P. Ramirez esta ordenada al servicio de la verdad revelada. Y, como Santo Tomâs, sabe también que la mejor manera de servir a la verdad revelada es el conocimiento imparcial y exacto de la verdad, donde quiera que se encuentre.

El Estado Espanol, al editar, a través del Conscjo Superior de Investigaciones Cientificas, sus Obras Completas, darâ permanenda y universalidad a uno de sus mayores sabios de todos los tiempos en cl âmbito del pensamiento filosôfico-teolôgico, sin espera de siglos como ocurriô con otros grandes teôlogos dei siglo XVI.

El trabajo de préparât los originales inéditos se ha encomendado al P. Victorino Rodriguez, O. P., que viviô muchos anos compenetrado con el pensamiento y con la persona del P. Ramîrez y a quien confié sus manuscrites. Esta confianza basta para demostrar la competenda del P. Victorino para llevar a cabo esa importante obra, ciertamente nada fâcil.

Por mi parte quiero agradccer al Estado Espanol y a quiencs mâs directamcntc lo representan en la Direcciôn y Secretaria del Consejo Superior de Investigaciones Cientificas esta grandiosa empresa, que honrarâ a la Orden Dominicana, a la Iglesia y a Espana.

Fr. Aniceto Fernandez, O. P.
Maestro general.

NOTULA PRAEVIA EDITORIS

Curam editionis *Operum* Jacobi M. Ramirez, O. P. gerenti, studio mihi erit in primis transcriptionem manuscriplorum fideliter, sive latine sive hispanice, prout iacent, peragere, etiam attente coordinatis adnotationibus auctoris occurrentibus; deinde tempus elaborationis comprobare quantum possibile sit, statumque manuscriptorum declarare, ut lector ipsemet diiudicare ac aestimari valeat momentum doctrinale necnon historicum uniuscuiusque tractatus. Alio commentario personali omnino abstineo et limpidum textum tradere conabor. Etsi enim tractatus adhuc inediti nondum completi et perpoliti erant, hoc uno qui astat excepto, ut typis mandarentur, tamen redactione extranea nec indigent nec patiuntur.

Opera alia sunt stricte philosophica, alia theologica. Inter illa eminent *De ipsa philosophia in universum* (duo volumina) et De *analogia* (quatuor volumina). Theologica sunt *commentaria in Theologiam Moralem S. Thomae.,* quorum praeierant abhinc viginti annos tria volumina *De hominis beatitudine.* De unoquoque tractatu suo proprio tempore et loco disseremus.

Modo ergo de primo opere edendo: *De ipsa philosophia in universum* breviter dicam:

Ut notum est, opus incoeperat 1922-1924 in Commcntario «La Ciencia Tomista», quodque protraxerat usque ad II *Pariem, sectionem* I, *caput* I. Nuper, per annos 1956-1958, illud complevit scribens II Partis *sectionem* II et III *Partem.*

Sic opus absolutum erat quando auctor omnino occupatus est laboribus Concilii Oecumenici Vaticani II per annos 1961-1965, quin illud edere potuisset. Denique, anno 1966, postquam vacavit ab alio opere edendo *De Episcopatu,* in hoc *De ipsa philosophia* attentionem vertebat. Sed norunt omnes scrupula scientifica auctoris: Intendebat ergo primaevam partem iam editam revisere ut opus totum novum ac perfectius evaderet. Huius secundae editionis scripsit *Introductionem* et *articulos primum et secundum Primae Partis* (= Notio etymologica et usualis Philosophiae). Hanc breviorem et partialem secundam editionem anteponimus textui primaevo completo intra paginas latine numeratas. Auctor religiosissime emoriebatur die 18 decembris 1967 desperatis viribus editioni operum, sed accensa spe Deum clare videndi.

Victorinus Rodriguez, O. P.

Salmanticae, 7 martii 1969.

INDEX RERUM SYNTHETICUS

Ei P. RamIrez, Filôsofo y Teôlogo perenne. VII
Notüla Praevia Editoris..... IX
Prologus..... XV
Introductio..... XVII
Nono Philosophiae..... XXIII
Caput I.—Definitio Nominalis philosophiae XXV
Art. I.—Definitio etymologica..... XXVI
Art. II.—Definitio vulgaris.....

INTRODUCTIO

PARS PRIMA.—NOTIO PHILOSOPHIAE

Caput I.—Definitio nominalis philosophiae..... 21
^rt· I·—Definitio etymologica..... 22
'4rt. 2.—Definitio vulgaris..... 30
Caput II.—Definitio realis philosophiae..... 35
<'Iπ. 1.—Definitio descriptiva vel accidentalis..... 35
j I·—Descriptio philosophiae per actus proprios seu per vitam philosophorum, hoc est, per effectus proprios ipsius philosophiae..... 37
J ^'ᶜᶜDescriptio philosophiae per causas cxtrinsecas..... 40
'^■ᶜᶜDescriptio philosophiae per modum quo in nobis fit (Definitio genetica)..... 48
•—Descriptio Philosophiae per causam finalem..... 55
'ᶜᶜDescriptio Philosophiae per causam proprie efficientem. 62
c' ^'ᶜᶜDefinitio quasi essentialis Philosophiae..... 84
ç cnatio definitionis Philosophiae per viam inductivam.
•—Venatio definitionis Philosophiae per viam quasi deductivam... 87

PARS SECUNDA.—DIVISIO PHILOSOPHIAE

SECTIO PRIMA.—DE PARTIBUS PHILOSOPHIAE ABSOLUTE..... 124

Caput i.—De quantitate vel numero partium Philosophiae (quasi genus partium).....125.....

Art. i.—Divisio Philosophiae secundum causas extrinsecas.... 126

§ I.—Divisio Philosophiae secundum causam finalem..... 127

§ II.—Divisio Philosophiae secundum causam efficientem... . 134

Art. 2.—Divisio Philosophiae secundum causas intrinsecas.....

§ I.—Divisio Philosophiae secundum causam materialem.... 142

§ II.—Divisio Philosophiae secundum causam formalem..... 159

A.—Divisio Philosophiae secundum causam formalem intrinsecam 160

1.—Divisio Philosopihae secundum formam rei ut res est..... 161

2.—Divisio Philosophiae secundum formam rei ut scibilis est..... 169

B.—Divisio Philosophiae secundum causam formalem extrinsecam seu exemplarem..... 180

Caput II.—De qualitate vel natura partium Philosophiae..... 199

Art. 1.—Non sunt partes intégrales..... 199

Art. 2.—Neque partes subicctivac..... 202

Art. 3.—Sunt partes potentiates seu analogae..... 216

Argumentum primum:

§ I.—Ex objecto formali terminativo..... 224

§ II.—Ex obiecto formali motivo..... 231

Argumentum secundum:

§ I.—Ex principiis..... 271

§ II.—Ex modo procedendi..... 284

§IH.—Ex terminis..... 298

SECriO SECUNDA.—DE PARTIBUS PHILOSOPHIAE RELATIVE SIVE COMPARATIVE AD INVICEM.... 305

Caput I.—De ordine partium Philosophiae secundum eius causam finalem.....307.....

Caput II.—De ordine partium Philosophiae secundum causam cius efficientem..... .333...

Caput III.—De ordine partium Philosophiae secundum eius causam exemplarem.....375.....

Caput IV.—Conclusio totius sectionis de partibus Philosophiae ad invicem comparatis.....397....

PROLOGUS

Quae iunior, ante annos quadraginta, incoeperam edere pluribus articulis in commentario periodico La Ciencia Tomista, *iam senex non modo revidere et retractare, sed et complere atque absolvere, Deo dante, valui.*

Equidem iuvenis optaram vehementer totam quaestionem absolvere, variis tamen de causas praepeditus, dimidiatam atque incompletam relinquere coactus sum.

Interim tamen, volventibus annis et poscentibus amicis, pars illa edita in linguam hispanicam translata est sub titulo Concepto de Filosofia, *a praeclaro Professore Jesu Garcia Lôpez (Madrid,* 1954L

Sed et ipse aliique complures amici me instanter urgebant ut opus incceptum denique tandem absolverem. Quibus ex animo satisfacere cupiens, rem totam in medium producere decrevi quantum vires permittunt.

INTRODUCTIO

Consuetum est hisce ultimis temporibus conscribere introductiones generales in universam philosophiam, sive initio Cursuum philosophicorum ante Logicam, sive operibus et voluminibus specialibus et separatis. Quibus praeire videtur inde a saeculo XVI Ludovicus Carbonis a Costacciaro, qui Venetiis edidit anno 1599 *Introductionis in universam Philosophiam libros quatuor.*

Putant enim, ut ait Raphael Aversa, quod *«primum Philosophiae officium est de seipsa disserere.* Nihil enim est scipsa illi propinquius; priusque debet sui conditionem et sutum, naturam et obiectum inspicere, ut cognoscat quonam modo procedere, quomodo intelligere, scire, aut opinari, an soum speculari et contemplari, an se totam in unum col- ^ere vel in plures facultates distrahere, praecipue quas res complecti, ad quas se extendere debeat. Ac deinceps via methodo sibi praestituta rerum omnium philosophicarum uoaginem prosequatur» \

era negari non potest utilitas, immo et necessitas brevis adumbrationis philosophia: eiusque initiat' lnj^° kb°ris philosophici sucipiendi, quae sit veluti philosophic^ ǎ* 1 at<^uc stimulus aggrediendi viriliter aperam quentfil·"10^ tamen vulgaris initiatio non est proprie lo- 0 introductio generalis et completa de qua auctores

Afe^/IAfL ^'TRSA Λ SANSEVERINO, Clcr. Reg. Minimorum, *Philosoyncam Physicamque complectens,* t. I. p. 1. Romae, 1625.

passim loquuntur, quae ante ceteras partes philosophiar esset pertractanda et addiscenda.

Primo quidem, quia haec pertractatio de ipsa Philosophia in universum sive de philosophia ipsius Philosophiae maximam reflexionem Philosophiae super seipsam importat, quae dari non potest initio philosophandi. Prius namque est opus directum philosophandi de rebus quam opus reflexum philosophandi de ipsa philosophia. Quin etiam talis reflexio cum sit maxima, ad ultimum locum est reicienda. Quod fit, ut non initio philosophandi, sed in fine sit peragenda et pertractanda.

Deinde, quia addiscentes non possunt intellectu eam capere initio philosophandi, cum sit res difficillima maxmieque abstracta, quae supponit intellectum addiscentis valde exercitatum.

Quae cum ita sint, quaestio de philosophia ipsius philosophiae non est concipienda veluti introductio praeponenda ceteris Philosophiae partibus, sed instar coronidis totius operis philosophici in fine Metaphysicae proponendae.

Est enim Aletaphysica habitus intellectualis maxime altus et reflexivus super seipsam et super ceteras philosophiae partes; multoque magis Theologia Sacra, quae esi veluti impressio quaedam divinae scientiae h Unde sicut ipsa divina scientia est primo de seipsa ac dein de aliis, ita Sacra Theologia est de seipsa primo, ac dein de ceteris2. Quam ob rem prima quaestio totius Summae theologiae est de ipsa Sacra Doctrina qualis sit et ad quae se extendat3.

Hoc autem dato, difficile admodum videtur tradere philosophiam Philosophiae, quia hodie tot sunt fere notiones Philosophiae quot capita. Unusquisque enim eorum, qui philosophi dicuntur, propriam et omnino personalem philosophiam sibi fingere contendunt, ceteris omnibus rciectis, ac si Philosophiae esset nomen pure aequivocum; de quo nulla scientia presse dicta dari possit.

S. Thomas, Summa *theologiae,* I, 1, 3 ad. 2.

Summa theologiae, I, i, Cf. Banez, O. P., in 1,1, i, coi. 1-2. Venetiis, 1585.

Summa theologiae, I, 1, prol.

Reapse tamen est nomen analogum analogia attributionis intrinsecae, designans totum quoddam potestativum quod praedicatur de eius partibus potentialibus secundum prius et posterius per ordinem ad unam primam et principalem quae est analogum princeps.

Tales enim sunt scientiae philosophicae qualia sunt propria earum obiecta. Porro ens rationis, de quo est Logica, non convenit univoce, sed analogice cum ente reali, de quo sunt aliae partes philosophiae: neque ens mobile naturale vel liberum, de quo sunt Philosophia Naturalis et Philosophia Moralis univoce convenit cum ente ut sic et cum ente immobili de quo est Aletaphysica, sed analogice tantum. Haec ergo, quae dicitur etiam Philosophia Prima, est analogum princeps totius Philosophiae.

Quam ob rem iurc meritoque ait Franciscus Piccolomini quod Philosophia «non est aliquid univocum et natura sua in omnibus eadem, sed *ab imo»* \ idest analogum analogia attributionis intrinsecae. Cui concinit Daniel Sennertus, iuxta quem Philosophia «non est genus univocum», neque tamen pure aequivocum, sed eorum «quae *ab uno ad unum* vocant», nempe analogum attributionis 2.

Hoc ergo in sensu, quia de analogis dari potest scientia proprie dicta, loquemur *De ipsa Philosophia in universum* ducibus Aristotele et S. Thoma, qui prae ceteris sanam et perennem philosophiam induxerunt ac excoluerunt.

Quae quiden philosophia, quidquid a multis dicatur hodie, viget adhuc semperque vigebit.

Equidem scio virum quemdam hispanum contempsisse aut parvipendisse partem illam quam iuvenis edidi. Habeat sibi! Non enim perspexit analogiam Philosophiae; et sub contemptu nostri, revera contempsit Aristotelem ac praesertim S. Thomam. Liceat ergo mihi honoris causa ipsum non nominare, in pace et caritate.

1 Franciscus Piccolomini Senensis, *Librorum ad scientiam dc Natura inanium partes quinque; Introductio ad scientiam dc Natura,* cap. 19. p. 34. Fnncofurti, 1597.

2 Daniel Senertis Wratislavien SIS, *Epitome Naturalis scientiae,* AI, cap. i, p. 2. Parisiis, 1633.

Alii vero doctrinam ibi traditam extulerunt, v. gr. Revmus. Pater Anicetus Fernandez, O. P., qui illam ait non esse minoris valoris ct transcendendae quam doctrina prius edita *De Analogia*[1].

Et *Bulletin Thomiste:* «l'ouvrage possède tant de qualités qu'on saura gré au traducteur de l'avoir mis à la portée du public de langue espagnole... Elle s'impose par la vigueur dialectique de l'exposé et la richese extraordinaire de la documentation. Il y régné un soude philosophique, une originalité ct une vivacité telles que la pesante armure logique des ancêtres ne semble pas incommoder le Père Ramirez, leur authentique héritier[2].

Nec tamen intra hos limites acta agere contendimus, cum adhuc supersit magna rei originalitas atque profunditas.

Verba S. Thomae de industria continenter atque iterato reproduxi, non quod in uno Thoma universam philosophiam concludere velim, sed quia commercio diuturno competi ipsum prae ceteris veritatem aptissimis efferre verbis. Ut ait Leo XIII congruenter, «qui vere philosophari volunt..., primordia ct fundamenta doctrinae in Thoma Aquinate ponant»[3].

Equidem potuissem ipse facili negotio proprioque dicendi genere eadem vel similia proferre, sicque novitatem quamdam —«originalitatcm» vocant— affectare: eo vel magis quod, ut experientia testis est, complura obiter ab Aquinate dicta non deteguntur neque plene aestimantur nisi ab eo qui praecognitam habet rem ipsam de qua agitur. Malui tamen, puerili hac vanitate reiecta, verbis ac formulis uti S. Thomae, non quidem quia ipse protulit, sed quia vere et accurate dixit. Quod et de ceteris, quos abunde attuli, affirmare licet. Semper enim mihi gratum semperque proficuum est

[1] *EI concepto antiguo y tradicional de Filosofia,* apud. «Rivista di Filosofia Ncoscolastica», 29 (1937) 353, nota 1.

[2] *Bulletin Thomiste,* 9 (1954-1956), ŋ. 466, ρ. 250.

[3] *Epistola «Λostra crga> ad Mtmstrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum;* Acta Leonis, ed. Bonne Presse, t. 5, p. 284. Quae verba citat suaque fecit Pius XI in Epistola Apostolica *Unigenitus Dei Filius*, AAS, 15 (1924) 144.

alios in vestigatione socios habere, cosque laudare qui veritatem pro suo cuiusque modulo attigerunt.

Titulum operis quod spectat, saepe iunior mecum cogitaveram quis aptior esset. Tres potissimum afferebantur, videlicet essentia philosophiae, philosophia ipsius philosophiae, de ipsa philosophia in universum.

Hunc ultimum praetuli cum incoepi de hac materia pertractare. Alii enim duo breviores quidem sunt, at minus apti, ut videtur. Nam primus, *Essentia philosophiae* [1], non exprimit totam rem, quia non de sola essentia philosophiae agitur, verum etiam de eius partibus ac methodo. Alter vero —*philosophia ipsius philosophiae* [2]— licet magis amplus, sensum tamen reddit nimis emphaticum atque redundantem.

Utut sit—de gustibus enim non est disputandum-primaevum titulum retinemus. Sermo igitur est de *ipsa* philosophia signate atque reflexe, tum quoad essentiam et divisionem, tum quoad methodum; et quidem *in universum,* idest quin directe ac exercite fiat descensus ad partes eius singulas in speciali. Hac tamen una limitatione iuxta mentem atque spiritum praecipue Aristotelis et S. Thomae Aquinatis, aliis pro opportunitate non exclusis. Quae quidem apparens restrictio universitatem problematis agitandi non praeiudicat, ut ex dicendis apparebit; memores quidem illorum verborum Leibnizii: «Apres avoir tout pesé, je trouve que la philosophie des anciens est solide, et qu'il faut se servir de celle des modernes pour l'enrichir et non pour la détruira [3].

[1] Ita W. Dilthey, *Das* IFeren *der Philosophie* (Berlin 1907), in linguam bijpanicam conversa, *La cscncia de la filosofia* (Buenos Aires, 1944); W. IUIMAN, IFwcn *und Bcgriff der Philosophie* (Berlin, 1938); H. Meyer, *Das ¼ c'en der Philosophie und die philosophischcn Problème* (Bonn. 1936). Atquc midem redit *Qué es filosofia* (J. M. Robert Candau, 1947; A. Vasali.o, Buenos Aires, 1945; F. Romero, Buenos Aires, 1954; J. Ortega y Gasset, Midrid, 1958).

[2] *Filosofia de la filosofia* (Jose Gaos, Méjico, 1947; Etgenio Guzman Rlxshaw, Méjico, 194S).

[3] *Lettre de Leibniz au Père Bouvet,* 1697. Leibnizii Opera, ed. L. Dutens, t. II, p. 262. Gcncvac, 1768.

Metaphysice ergo aggredientes quaestionem hanc de philosophia ipsius philosophiae, tria e regione investigabimus:

primo, naturam Philosophiae;
secundo, partitionem eius;
tertio, eius *proprietates,* quas inter propriam cius *methodum.*

NOTIO PHILOSOPHIAE

Notio Philosophiae traditur eius definitione, qua primo quid *nomen* ac dein quid *res* nomine Philosophiae significata declaratur.

Definitio namque, ut nomine ipso patet, est oratio claudens totum id quod est in nomine vel in re et a ceteris omnibus distinguens. *De-finitio* enim est *perfecta finitio sive delitnitatio* rei vel nominis, et ideo appellatur quoque *terminus.* Siquidem (-definitio ideo dicitur *terminus* quia *includit totaliter rem,* ita scilicet quod nihil rei sit extra definitionem, cui scilicet definitio conveniat, nec aliquid aliud sit intra definiiionem, cui scilicet definitio non conveniat»

Qua de re Quintilianus apposite: «nam ut agrorum fines agros definiunt et claudunt aliosque ab aliis secernunt; sic definitiones, quibus rerum naturae declarantur, essentias earum circumscribunt, aliasque ab aliis distinguunt» 2.

Duplex ergo est definitio Philosophiae quaerenda: alia *nominalis,* qua quid nominis eius; alia *realis,* qua quid rei nomine illo significata traditur.

Et quidem primo vestiganda et explicanda est definitio nominalis, quia nomen habet rationem signi sensibilis verbi mentis et verbi rei, ad quae manuducit. Quam ob rem

1 S. Thomas, *in I Perihcrnteneias,* Icct. 4, n. 2. Cf. etiam *in V Metattyncorum,* Icct. 19, ed. Cathala, nn. 1044, 1046.

2 *Institutiones Oratoriae,* lib. 7, cap. 4, cd. Spalding, t. 3.

dicitur *nomen* a noscendo, quasi *novimen*[3]. Et ideo omnis vestigatio a nominis significatione ducit exordium[4]. A nomine autem naturaliter fit gressus ad rem eo significatam, quasi a signo ad signatum.

3 «Xomcn dicitur quasi *novitnen,* quod *notitiam facit* (Festus, *Dc verborum significatione,* p. 123, 35. Parisiis, 1584).

4 S. Thomas, *in I Post.,* Icct. 2, num. 5; *in IV Metaph.,* lect. 7, num. 611; *Summa theologiae,* I, q. 2, a. 2, ad. 2.

CAPUT I

DEFINITIO NOMINALIS PHILOSOPHIAE

Sed definitio nominalis est iterum duplex: alia *etymologica* sive *originaria,* quae accipitur secundum id a *quo* imponitur nomen ad significandum; alia *vulgaris* sive *actualis* vel *usualis,* quae sumitur secundum id *ad quod* significandum nomen imponitur, idest secundum id quod vulgo seu communiter intelligunt utentes hoc nomine.

«Aliud est —ait S. Thomas -*etymologia* nominis, et aliud *significatio* nominis. *Etymologia* attenditur secundum id *a quo* imponitur nomen ad significandum; nominis vero *significatio* attenditur secundum id *ad quod* significandum nomen imponitur, quae *quandoque* diversa sunt»[1].

Et iterum, «de aliquo nomine *dupliciter* convenit loqui: uno modo, secundum *primam* eius impositionem; alio modo, secundum *usum* nominis.

Sicut patet in nomine *visionis,* quod *primo* impositum est ad significandum *actum sensus visus',* sed, propter dignitatem et certitudinem huius sensus, *extensum* est hoc nomen secundum *usum* loquentium ad *omnem cognitionem aliorum sensuum; dicimus* enim: *vide* quomodo *sapit,* vel quomodo *redolet,* vel quomodo est *calidum',* et *ulterius etiam*

1 *Summa theologiae,* II-II, q. 92, a. i, ad. 2.

ad cognitionem intellectus secundum illud Alt. 5,8: beati mundo corde, quoniam ipsi *Deum videbunt»1.*

Porro definitio etymologica est prima omnium; «quia in quolibet nomine est considerare id *a quo* imponitur nomen, quo est quasi *principium innotescendi)2.*

Itaque primo tradenda est definitio etymologica Philosophiae: deinde autem definitio vulgaris vel usualis.

Art. i.—Definitio etymologica.

Graecum nomen Φιλοσοφία-άπό του φιλία τη σοφία, quod classicum est, ab *ardore, fervore zelove sciendi maximo cum conatu* sumptum est. «Nec enim, ut est apud Tullium Ciceronem, quidquam aliud est Philosophia, si interpretari velis, quam *studium Sapientiae»3,* id est *amor* | et *expetitio* Sapientiae 5;* quae *aviditatem* et *vehementem cupiditatem* eius importare videtur·.

Vel, ut scribit Jamblicus, Philosophia est ή ^ήλωσι τη σοφία 7.

Haec enim aviditas et conatus sciendi naturaliter convenit homini, cui «curiosum natura ingenium dedit»8;* utpote animali rationali. Quam ob rem Aristoteles initio suae

1 *Summa theologiae,* I, q. 67, a. i c.

2 S. Thomas, *in / Sent.,* disc. 22, a. i ad. 3.

3 *II de Officiis,* cap. 2; Opera, cd. I. Olivet, t. III, p. 327. Genevae, 1758. Philosophus est *'studiosus* Sapientiae' (S. Augustinus, De *Civitate Dei,* Lib. V, cap. 8, ML. 41, 148.

4 «Ipsum nomen (Philosophiae) si latine interpretemur, *amorem* Sapientiae profitetur* (S. Augustinus, *De Civitate Dei,* Lib. 8, cap. 1, ML. 41, 224.

* Tullius Cicero, II *de Officiis,* cap. 2, cd. et. loc. cit., p. 327.

4 Praepositio enim *ex* simplici verbo praefixa, intensionem et vehementiam praesefert.

7 *De vita pythagorica,* XII, 59, cd. A. Westermann, p. 29, 21-22. Parisiis. 1891.

• Seneca, *Dialogorum lib.* 8 *ad Serenum De Otio,* Cap. 4, num. 3; Opera, ed. Γ. Haase, t. I, p. 167. Lipsiac, 1887.

Metaphysicae effatum illud protulit celeberrimum ττάντε άνθρωποι του είδέναι όρέγοται φύσει

«Sicut enim —ait S. Thomas— *naturaliter* homo *concupiscit* delectationes ciborum et Venereorum secundum naturam corporalem, ita secundum animam *naturaliter desierat* —et quidem vehementius 2— *cognoscere aliquid.* Unde et Philosophus dicit in principio Metaphysicae quod *omnes* homines *naturaliter* scire desiderant» 3.

Et Origenes congruenter: «sicut oculus *naturaliter* lucem requirit et visum, et corpus nostrum escas et potum desiderat *per naturam,* ita mens sciendi veritatis Dei et rerum causas noscendi proprium et *naturale desiderium* gerit»4.

Naturalis enim operatio est valde amabilis et delectabilis, ad eamque homo vehementer afficitur et trahitur, ita ut in ipsa et in bono ci correspondent! vitam suam ponat, docente Aquinate: «e.v *affectu* hominis trahitur mens eius ad intendendum his ad quae afficitur, secundum illud Mt. 6, 21: ubi est thesaurus tuus, ibi est et *cor* tuum» 5.

Quia ergo «unumquodque nominatur a nobis secundum quod ipsum cognoscimus» e, cognoscimus autem amorem Sapientiae ex fervore vehementi et insatiabili aviditate qua eam prosequimur, ex hac exteriori atque sensibili occupatione et studiositate nomen trahimus Philosophiae; nam et universaliter «nomina imponuntur rebus *ex proprietatibus carum* sumpta», quae exterius et sensibiliter apparent7.

Quis autem primo invenerit et adhibuerit hoc nomen, incerta res est.

Multi ferunt illuni fuisse Pythagoram. Cuius facti exstat narratio celeberrima Tullii Ciceronis dicentis rem quidem

1 *I Metaph.,* cap. 1; 980 a 20.

1 'Delectationes spirituales... secundum suam naturam sunt maiores dilectionibus corporalibus·' *(Summa Theologiae,* II-II, q. 141, a. 4, ad. 4).

' *Summa Theologiae,* II-II, q. 166, a. 2 c. Cf. etiam *In I Metaph.* Itet, i, num. 3.

* Περί άρχών, lib. 2, cap. 11, num. 4; MG, 11, 243.

' *Summa Theol.,* II-II, q. 166, a. 1, ad. 2.

Summa Theol., I, q. 13, prol.

' *In II Sait.,* dist. 23, q. 2, a. 2, arg. I, sod contra. Cf. *De Potentia,* 9-9, a- 3, ad. I.

hac voce significatam esse antiquissimam, nomen tamen esse recens.

«Nam *Sapientiam* quidem ipsam quis negare potest non modo *re* esse antiquam, verum etiam *nomine?* Quae divinarum humanarumque rerum, tum initiorum causarumque cuiusque rei cognitione hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequebatur.

Itaque et illos septem, qui a graecis σοφοί, sapientes a nostris, et habebantur et nominabantur; et multis ante saeculis Lycurgus, cuius temporibus Homerum etiam fuisse ante hanc Urbem conditam traditur; etiam heroicis aetatibus Ulyssem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes...

A quibus ducti deinceps *omnes qui rerum contemplationem studia ponebant, sapientes et habebantur et nominabantur,* idque eorum *usque ad Pythagorae manavit aetatem,* quem, ut scribit auditor Platonis, Ponticus Heraclides, vir doctus in primis, Phliuntem ferunt venisse cumque cum Leonte, principe phliasorum, docte et copiose diseruisse quaedam; cuius ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quaesivisse ab eo qua maxima arte confideret:

At illum artem se scire nullam, sed *esse philosophum.*

Admiratum Leontem *novitatem nominis,* quaesiisse *quinam essent philosophi, et quid inter eos et reliquos interesset.*

Pythagoram autem respondisse *similem* sibi videri vitam hominum et mercatum eum qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate.

Nam

i. ut illic:

a) alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronae peterent;

b) alii emendi et vendendi quaestu et lucro ducerentur;

c) esset autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, quia nec plausum nec lucrum quaererent, sed visendi causa venirent studioseque perspicerent quid ageretur et quomodo.

2. item nos

quasi in mercatus quamdam celebritatem ex urbe aliqua sic in hanc vitam ex alia vita in natura profectos;

a) alios gloriae servire;

b) alios pecuniae;

c) raros esse quosdam qui, ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur, hos se appellare *sapientiae studiosos idest philosophos',* et

ut illic liberalissimum esset spectare, nihil sibi acquirentem;

sic in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque praestare»1.

Quae quidem appellatio, ut S. Augustinus dicit, «ita deinceps posteris placuit, ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque vel sibi vel aliis videretur excellere, nonnisi *philosophus* vocaretur» 2.

Quidquid tamen de hoc sit, profundius dixit Plato solum Deum esse vere sapientem et omniscientem et sapientiam inquirentem, idest philosophum3; et Aristoteles similiter docuit Sapientiam non esse humanam possessionem, sed divinam 4. Quibus praeierat Heraclitus, apud quem primo apparet nomen *philosophi,* qui plura cognoscere debet5, qui tamen ad perfectam sapientiam pervenire valeat: sicut enim, inquit, pulcherrimus simius homini comparatus est foedissimum animal, ita sapientissimus homo

1 *Tusculanarum Disputationum,* lib. 5, cap. 3; cd. cit., t. II, p. 453-454. Idem tradunt Diogenes Laertius, *Vitae Philosophorum,* prooem., num. 12, P· 3› 35-51; cd· G. Cobet, Parisiis, 1850; lib. 8, cap. 1, num. 8, p. 206, 44-52; Jamblichus, *De pythagorica vita,* VIII, 44; cd. cit. p. 25, 19-26; XII, 58, p. 28-29; XXIX, 159-160, p. 57, 5-36; PLUTARCHUS, *De Placitis philosophorum,* lib. i, cap. 3, num. 14, Opera, cd. Dübncr, t. II, p. 1069, 43-47, Parisiis, 15 Clemens Alexandrinus, *Stromata,* lib. 1, cap. 5, MG 8, 718-72; S. Augustinus, *De Civitate Dei,* lib. 8, cap. 2, ML 41, 225; S. Thomas, *in I Me*u;«.,lect. 3, num. 56; Dante Alighieri, *Convivio,* tract. III, cap. 11, nn. <-6, Opera, p. 568, Mediolani 1965.

2 *De Trinitate,* lib. 14, cap. 1. ML. 42, 1037.

3 *Convivium,* 204 a 1-2; *Facdrus,* 278 d.

4 *I Metaph.,* cap. 2, 982 b 11-32.

5 Diels, IL, Fragmente der Vosokratiker. 22 b 35. Bcrolini, 1956.

Deo comparatus est insipientissimus, quasi simius sapiens \ idest imperfectissima quaedam et fere ridicula imitatio, quae vulgo *caricatura* audit.

Ceterum Herodotus, Tucydides, Xenophon, alii, adhibent quasi usitatum et frequens verbum φιλοσοφεϊν, atque a σοφίζω constradistinguunt.

Art. 2.—Definitio vulgaris.

Maxime tamen significatio nominis attenditur secundum usum loquendum, penes quem ius est et norma loquendi[2]. Cum enim verba oralia vel scripta non sint signa naturalia, sed ad placitum, eorum germanus sensus hauriendus est i ex communi sive vulgari usu hominum ea adhibentium.

Et ideo iure meritoque S. Thomas: «significatio nominis, inquit, accipienda est ab eo quod intendunt communiter loquentes per illud nomen significare. Unde et in II Topicorum, cap. i (109 a 28), cap. 2 (no a 16-22), dicitur quod nominibus utendum est ut plures utuntur»[3].

Haec autem usualis significatio maxime elucet ex nominis comparatione cum aliis finitimis ct plus minusve synonimis e quibus explicatur ac vcluti circumscribitur cuiusmodi sunt pro φιλοσοφία, τέχνη, σοφία, ετπστήμή, φιλολογία, φιλομοϊθία, φιλορητορεια, πολυμαθαί.

Ita significatio nominis φιλοσοφία declarari potest per aliud nomen magis notum, puta per nomen σοφία; vel etiam per orationem notiorem, ut si dicamus quod philosophia est amor sive studium sapientiae[4].

«*Studium* enim, ut ait 'Iullius Cicero, est *animi assidua et vehemens ad aliquam rem magna cum voluntate occupatio,*

' *Ibid.* 22 b 83; quae verba recoluit Plato, *Hippias Maior,* 289, 3-5.
1 Horatius.
3 *In I Post.,* lect. 4, num. 6.
* *In VII Aietaph.* lect. 3, nn. 1329-1330. Cf. *ibid.,* lect. 9, num. 1460.

ut Philosophi ac Poetices, Geometriae, Litterarum» quia videlicet «*proprie* importat *vehementem applicationem mentis* ad aliquid *cognoscendum*» 2, siquidem studium est *proprie* circa cognitionem, et inde oritur *diligens inquisitio veritatis*»3.

Sapiens autem et sapientia, sive σοφό et σοφία, nomen est antiquissimun et usitatissimum, ac primo adhibitum est ad significandam habilitatem, dexteritatem atque peritiam in exercendis operibus manualibus et utilibus vel necesarus ad vitam humanam congrue degendam, puta venandi, piscandi, arandi, coquendi, suendi, calceandi, caementandi, dolandi, lapides vel ligna, sagittandi, aliaque id genus multa.

Et hoc modo sapientes sive σοφοi primitus dicti sunt manu operantes habiles et experti in uno vel altero ex his officiis quibus dicentur, puta expertus et peritus sator, sutor, faber, ferrarius et lignarius, caementarius, sagittarius, chirurgus.

Et inde extensum est postea ad similia opera liberalia magna cum dexteritate perficienda, verbi gratia, canendi, sonandi, saltandi, ludendi, litteras vel poesim excolendi.

Itaque σοφία hac primaeva sua significatione nominat perfectam et accuratam operationem manualem vel ingenuam, qua res utiles ct pulchrae vel delectabiles in usum et commodum hominum producuntur.

Qua in re in idem fere incidit cum nomine τέχνη, nisi quod σοφία importat cognitionem magis practicam et empiricam quam τέχνη quae potius involvit cognitionem magis universalem, ut ars chirurgica, ars architectonica, ars rhetorica et alia id genus.

Rursus vero σοφοi dicti sunt homines habiles et periti in regendo et gubernando rem publicam. Sicut enim ars gubemativa est ars dirigendi navim inter medias procellas ad portum usque securitatis, ita ars regendi rem publicam est ars ducendi navim status sanam et salvam usque ad eius communem prosperitatem ac felicitatem.

l *De inventione rhetorica,* lib. 1, cap. 25.
1 S. Thomas, *Summa Theol.,* II-II, q. 166, a. 1 c ct ad. 1; a. 2 ad. 1 et 3.
l *In VI Metaph.,* lect. 2, num. 1173; *Summa Theol.,* I-II, q. 37> a· l c·

Qua in dexteritate politica eminebant septem illi viri sapientes Graeciae tantopere commendati.

Hac tamen in re, cum multum valeat ars rhetorica, quae maxima ex parte argumentis mere apparentibus aut pure probabilibus innititur, certitudinem generare non possunt, sed opinionem tantum plus minusve solidam.

Ac praeterea solent homines hisce in rebus non quaerere bonum reapse commune, sed famam, gloriam, divitias, potestatem, idest non verum sed fucatum bonum, et quidem mediis plerumque illicitis astutiae, calliditatis, veterationis,

INTRODUCTIO

Inter quaestiones fundamentales philosophiae aristotelico thomisticae, quas, secundum *spiritum* Conditorum ejus, pertractandas suscepimus \ haud immerito dici potest eam sibi principem locum vindicare quae de ipsa Philosophia *in actu signato* inscribitur. Ad hoc enim vel maxime Philosophia supra seipsam redire debet, ut se penitus cognoscat intimiusque spiritum ejus scrutetur, atque ita secundum ipsum *vivere* pergat. Si ergo *vita* viventibus est *esse,* si vita sine vitali *spiritu* ne mente quidem concipi potest, si demum nihil vitalius ipsa vita sit, plane sequitur quaestionem hanc fundamentalissimam et maxime vitalem esse, cum ab ea pendeat quod Philosophia *viva* sit, quin, et quod simpliciter *Ill.*

At insignis exstat difficultas, ut ex innumeris discussionibus philosophorum, praesertim modernorum, apparet; adeo, ut quidam dixerit nescire adhuc ipsos philosophos quidnam Philosophia sit; id quod sane, exaggeratione seposita, veritate non caret.

1 La Ciexcia Tomista, Jul.-Aug., 1921, p. 20.

Quare autem ad optatum pervenire non valuerint, exinde procedere videtur quod veram methodum sequuti non sint, Plerique enim, initio totius Philosophiae, quasi primam, quaestionem ponunt de ipsa Philosophia, eamque ibi solvere conantur;* unde et *Introductionem in universam philosophiam* 1, *Notiones propaedeuticas*3, *Prolegomena in universam philosophiam* aliisve nominibus insigniunt.

Sed in his quaedam diversitas est; *quidam* enim longe lateque pertractant, sive in *discursu,* quem *praeliminarem*

1 Quorum sententiam ita nervose expresserat acutus ille et audax philosophus Raphael Aversa: *«Primum Philosophiae officium est de seipsa disserere·,* nihil enim est seipsa illi propinquius; priusque debet sui conditionem et statum, naturam et objectum inspicere, ut praenoscat quonam modo procedere, quomodo intelligere, scire, aut opinari, an solum speculari « contemplari, an se totam in unam collligere vel in plures facultates distrahere; ' praecipue quas res complecti, ad quas se extendere debeat. Ac deinceps via et methodo sibi praestituta rerum omnium philosophicarum indaginem | prosequatur.» *(Philosophia Metaphysicam Physicamquc complectens* quaestionibus contexta, in duos tomos distributa; auctore P. Raphaële Aversa a Sanscverino, Cleric. Reg. Minimorum, t. I in quo de ente in communi et primis ejus generibus accurate disseritur, q. i, p. I. Romae 1625.)

Simili ratione moti sunt postea cartesiani quidam ad defendendum quod Philosophia debet incipere a Psychologia, quia scilicet nihil est propinquius et notius intellectui quam ipsa cogitatio cum essentia animae cogitantis iden- j tificata. Sed utrique falluntur; nam, sicut non cognoscimus animam per essentiam suam, sed per actus suos et facultates suas, ita etiam Philosophiam) *signate* non cognoscimus nisi per actus suos, hoc est, per Philosophiam *exercite:* et ideo, sicut in Psychologia debemus incipere ab actibus et deinde | procedere ad facultates ut postea perveniamus ad essentiam animae, ita in Philosophia ipsius philosophiae debemus ab actibus initium sumere, ut postea determinemus quasi potentias ejus, quae sunt partes ipsius, ut finaliter perveniamus ad ipsam essentiam Philosophiae in se consideratam. (Cfr. S. Thomam, *in II de Anima,* lect. 6, in fine, edit. Lovan., p. 99.)

- Sanseverino, *Philosophia Christiana cum antiqua et nova comparata,* t. I, pp. 9-160. Neapoli, 1862. Urraburu, S. J., *Institutiones philosophicae,*) t. I, pp. 1-98, edit, secunda, Vallisolcti, 1908.

3 T. PESCH. S. J., *Institutiones logicales,* t I, Friburgi Brisgoviae, 1888; Card. Mercier, *Cours de Philosophie,* 1.1, Logique, 6e. édit., 1919.

* Liberatore, S. J., *Institutiones philosophicae,* t. I, Prati, 1889; Lo- ' renzelli, *Philosophicae theoreticae institutiones,* edit altera, t. I. Romae, 1S96; Hugon, O. P., *Cursus philosophiae thomisticae,* t. I. Paris, Lethielleux, s. d.

vocant, ut videre est in quibusdam cartesianis 1, in Wolffio 2 aliisque rccentioribus, quibus praeierant Boetius 3 et Ammonius4;* sive etiam speciali volumine, ut mos est apud nonnullos philosophos germanos δ, quos Gioberti6 et nuperime D. Maritain7 sequuti sunt; *alii* vero nonnisi obiter attingunt, pleniorem doctrinam reservantes *vel* ad finem totius Logicae, ubi de divisione scientiarum fit sermo, ut plerique recentiorum scholasticorum facere consueverunt8,

1 Cfr. v. gr., Antonium Legrand, *Institutiones philosophicae secundum principia D. Renati Descartes,* nova methodo adornata et explicata in usum juventutis academicae. Edit, tertiae in Germania. Norimbergae, 1695. *Praecognoscenda de Philosophia in genere et ejus partibus.* Pierre Silvain Regis, *Cours entier de Philosophie ou Système Général selon les principes de Ai. Descartes,* contenant la Logique, la Métaphysique, la Physique et la Moral, 1.1. Dernière édit, sur l'imprimé de Paris. A Amsterdam, 1691. Et similiter Gassendi, *Syntagma philosophicum;* liber proocmialis de Philosophia in genere. Opera omnia in sex tomos divisa, curante Nicolao Averanio, advocato florentino, 1.1, Florentiae, 1727.

: *Philosophia Rationalis sive Logica methodo scientifica pertracta,* et ad usum scientiarum atque vitae aptata. *Praemittitur discursus praeliminaris de Philosophia in genere.* Edit. Veronae, 1735.

1 *Dialogi in Porphyrium.* coi. 2-4. Venctiis, apud Joannem Gryphium, 1566.

4 «Quoniam, inquit, de Philosophia disputationem instituimus, necesse est ut quid ea sit cognoscamus. Is enim, qui aliquid aggreditur, quid illud sit praediscat oportet, quo rem studiosius et diligentius persequatur* *(In Porphyrii Introductionem.* Joanne Baptista Rasario interprete, fol. 2, col. I, Venetiis, apud Hieronymum Scotum 1550). Quod sane verum est, si de quid *nominis* sermo fiat, non autem si loquamur de quid *rei,* ut Aristoteles expresse docuit, *I Post., I,* 4 *(r, 121, 14-15),* nam quid *rei* sequitur ad quaestionem *an sit* res, quae posterior est quaestione *quid nominis,* ut ibidem Philosophus tradit. Omnes citationes Aristotelis fiunt secundum edit. F. Didot.

‘ Cfr. v. gr. G. F. Herbart, *Lerbuch zur Einleitung in die Philosophie,* Kônigsbcrg, 1813, ct innumeros alios posteriores. Revera etiam duae Criticae Kantii scilicet *Kritik der reinen Vemunft* ct *Krilik der praktischcn Vernunft,* una cum *Prolegomenis,* in quibus vulgarizatio quaedam Criticae rationis purae invenitur, nihil aliud sunt quam *Introductio quaedam in Philosophiam.*

‘ *Introducione alio studio della filosofia* per Vinzenzo Gioberti. Prima cdizione di Losanna fatta sulla seconda belgia. Losanna, 1846 (3 vols.)

’ *Elements de Philosophie,* fasc. I: *Introduction Générale à la Philosophie,* Pari,Téqiu. 1920. Vol. 214 pp.

’ Unum aut alterum c scholasticis scribentibus post sic dictam Restaurationem Philosophiae Christianae me legisse recordor, qui extra hunc

vel ad initium totius Physicae, quam Philosophiam simpliciter dicebant, ut antiquioribus scholasticis placuit\ putantes Logicam non tam esse philosophiam quam philosophiae instrumentum, ideoque Philosophiam in Physica incipere.

Omnes tamen in hoc convenire videntur, quod Philosophiam ad instar *totius* cujusdam *univoci* (generis) concipiant, cujus propria et stricta definitio et quaeri et dari debeat —unde et de Philosophia *in genere* vel de Introductione *generali* in Philosophiam loquuntur—; at, invenire non potentes, in desperationem quamdam, post infinita tentamina, nonnulli lapsi sunt.

Sed *veritas peripatetica* —et objectiva, ut opinor— aliter omnino se habet. Certissime enim *consideratio reflexa di ipsa Philosophia non ad Logicam neque ad Physicam, sed ad λ-îctaphysicani pleno jure spectat unde nec genus quoddam, sed quid analogum et transcendens est; nec in principio lotius philosophiae, sed in fine, hoc est, in ultima ejus parte tradi debet.* Quod quidem ostendimus et ratione et auctoritate.

locum quaestionem istam versaret; sed ut transferret ad initium totius Philosophiae.

l Ita B. ALBERTUS Magnus, O. P. (Opera, edit. Vives, t. **III,** cap. i, pp. 2-4); Benedictus Pererius, S. J. *(De communibus omnium rerum naturalium principiis et affectionibus,* lib. I per totum, Romae, 1576.); Dom. Soto, O. P. *(Super octo libros Physicor. Comment, et quaestiones,* prooem, s. d.); Toi.etvs, S. J. *(Commentaria cum quaestionibus in octo libros Aristotelis di Physica auscultatione,* prolegomena. Venetiis, 1590); DIDACUS Mas, O. P. *(Comment, in universam Philosophiam Aristotelis una aim quaestionibus quat* u *gratissimis philosophis agitantur,* t. I, complectens duos priores libros de Physica auscultatione, sect. I, q. 1, Valentiae, 1599); Conimbricenses, S. J. *(Comment, in octo libros Physicorum Aristotelis,* prooem., edit. Conimbricae, 1592); Complutenses Carmei.itani *(Disputationes in octo libros Physicorum Aristotelis,* juxta miram Angelici Doctoris et scholae ejus doctrinam, prooem. edit. Matriti, 1628) et Dominicam *(In octo libros Physicorum Aristotelis quaestiones,* prooem., edit, tertia, Compluti, 1736); Joannes A. S. Thoma, O. P., *(Cursus philosophicus,* t. 2, *Philosophia Naturalis,* prooem., edit. Vives. Parisiis, 1883); Card. Aguirre, O. S. B. *(Philosophia Nov-antiqua seu disputationes in universam Physiologiam Aristotelis,* t. prior continens ea quae *ad octo libros Physicorum spectant,* disp. I prooem., Salmanticac, 1678). et alii fere communiter usque ad revolutionem cartesianam et reformationem, quam dicunt, wolffianam, immerito tamen Wolffio attributam, ut deinde ostendetur.

A. *Ratione* autem *dupliciter.'*

a) *indirecte* seu *negative;* quia philosophia ipsius Philosophia?, quam præsens quæstio tractandam aggreditur, non debet ignota remanere. Constat autem talem philosophiam ab aliis scientiis fieri non posse.

Et sane, fieri nequit *a)* a *Logica,* quia ipsa Philosophia *nalis* est, saltem quoad ejus partes principales. Atqui Logica non habet facultatem supra ens *reale;*

b) neque *a Physica,* quia non minoris abstractions est totum quam panes ejus. Sed pars Philosophiae est *Aletaphysica,* cujus abstractioncm non potest attingere Physica. Ergo multo minus determinare poterit *de re abstractissima,* qualis est ipsa Philosophia *signate* inspecta;

c) neque a *Mathematica,* quia ipsa Philosophia *quantitas* quædam *non est;*

d) neque demun ab *Ethica,* quia philosophia ipsius Philosophiæ quæstio quædam est *speculativa,* quæ ad scientiam practicam minime pertinere poterit.

Relinquitur ergo *sola Metaphysica* intra cujus formale objectum hujusmodi consideratio cadere possit et debeat, cum et scientia sequatur ad scibile, quod *ens* est.

β) Probatur deinde *directe et ostensive.* Nam speculatio, quæ *maximam reflexionem* importat, ad supremam scientiam pertinet. Atqui consideratio de ipsa Philosophia *in actu signato* maximam reflexionem importat. Ergo ad supremam scientiam pertinet; sed suprema scientia est Metaphysica. Ergo speculatio de ipsa Philosophia in actu signato ad Metaphysicam spectat.

Major exinde constat quod scientiae sunt quasi quædam potentiæ cognoscitivæ. Jam vero in potentiis cognoscitivis hoc invenitur quod superiores, scilicet intellectivae, ad seipsas redeunt reditione completa, dum inferiores, nempe sensitivae,

actum directum tantummodo exercent \ Unde et superiores cognoscere possunt veritatem *in actu signato,* aliæ vero inferiores nonnisi *exercite* veritatem attingunt[1]. Et quo facultates illæ superiores sunt, tanto melius et perfectius supra se reflectunt; et ita videmus quod sensus communis —qui inter sensitivas potentias altior est— redire incipit supra se, intellectus vero complete redit[3]. Immo et inter diversos homines illi qui superioris sunt ingenii perfectius se cognoscunt —unde et *reflexivi* vulgo dicuntur— et illi qui *reflexioni* apti sunt atque parati quasi *philosophi a natura* dignoscuntur. Sic etiam videmus quod angeli perfectius se cognoscunt quam homines: maxime autem se cognoscit Deus, in quo idem realiter sunt intelligere et esse '. Ergo similiter in scientiis, illæ, quæ altiores et communiores sunt, supra se reflectere possunt perfecte, ut cognoscant quæ et quales sint; unde, si aliqua scientia suprema sit, maxime etiam supra se redire debet.

Minor vero est per se nota; sicut enim maxima reflexio mentis supra se est considerare ipsam considerationem qua actu considerat, dum considerare subjectum considerans ; entitative sumptum vel etiam partes ejus est tantum reflexio *quadam secundum quid,* ita considerare Philosophiam quasi in actu exercito vel etiam signate partes ejus est reflexio secundum quid, sed *seipsam signate* considerare est maxima reflexio, ex qua resultat philosophia ipsius Philosophiæ, sicut consideratio ipsius considerationis exsurgit ex reditione completa considerationis supra seipsam.

Quod autem suprema inter omnes scientias humanas Metaphysica sit, indubia res est apud peripateticos. Unde manifestum es quod *facere philosophiam ipsius Philosophia*

[1] *De Verit.,'* quaesi. I, art. 9. Cfr. *De Causis,* lect. 15 et I, q. 14, art. 2, ad i, et praesertim *I Sent.,* dist. 17, q. 1, ari. 5, ad 3.

[1] Cfr. Cajet., in I, q. 16, art. *2,* n. 6.

[3] *De Verit.,* q. I, art. 9, et *II de Anima,* lect. 13, pp. 125-127, et *III,* lect. 2-4, pp. 180-194; I, q. i, art. 3 ad 2. Sunt qui negent existentiam talis sensus; qui ita sentiunt, accipiant exemplum modo historico: qui vero existentiam ejus admittunt, philosophice et vere sumant Sed de hoc, alias.

[*] I, q. 14, artt. 2-4.

munus est proprium Metaphysica, sicut etiam ad Sacram Theologiam spectat facere theologiam ipsiusmet Theologiæ, ut acute notaverat Bânez [1], quem Nazarius sequutus est[2].

B. Rationi accedit peripateticorum *auctorias. Aristoteles* enim ipse nullibi de Philosophia *signate* loquutus est præter quam in Metaphysica, ubi de divisione ejus deque indole singularum partium egit, ut inde venationem faceret notionis ipsius Metaphysicæ [3]. Ad eamdem autem scientiam ad quam pertinet tradere divisionem alicujus pertinet etiam consideratio notionis ejus [4].*

Quod si alicubi mentionem Philosophiæ vel aliquarum partium ejus *signate* fecerit, quemadmodum videre est in Logica[6] et in Physica [°] et in Ethica[7], non aliter quam per modum exempli vel illustrationis adhibuit, vel etiam ab ipsa Metaphysica mutuando, ut ex toto contextu manifeste apparet.

[1] En ejus verba: «Circa titulum hujus primae quaestionis, illud ante omnia sese offert advertendum, quod sacra Theologia non solum versatur directe circa ipsum Deum et ea quae ad Eum ordinantur, verum etiam et rirca *semetipsam reflectitur et de semetipsa considerat qualis sit et ad quae se extendat.* Hujus *ratio* est, *tum* quia de ipsa ad nullam aliam scientiam pertinere potest, cum nulla sit ipsa superior, quin potius ipsa omnibus aliis quasi ancillis imperat; *tum* etiam quia, cum Theologia ab ipso Deo originem ducat, ad Ipsum destinatur *Eiquc quodammodo assimilatur qui in Scipsum perfecte sua cognitione reflectitur.» (In I,* q. 1, art. I, cois. 1-2. Venetiis, 1585.)

[2] *Commentaria et controversia in I P. S. Theol.,* t. I, q. 1, meditatio in quaestionis titulum, p. 2, coi. 1. Bononiae, 1620. Id quod jam pridem subobscure tamen, tradiderat B. Albertus Magnus per haec verba: «Est scientiam considerare duobus modis: uno modo in comparatione ad materiam de qua est scientia, et sic proprie scientia vocatur et non quaerit subjectum suum, sed supponit; alio modo prout est doctrina quae faciliori modo discendi procedere habet, ut dicit Philosophus et sic *quaedam scientiae* investigant sua subjecta, praecipue quando sut occultae, *ut in scientis ahiis,* quarum *altissima tst Theologia* (In I Sent.,* dist. 1, A, art. I, p. 15, edit. Vives, t. XXV).

[3] *I Metaphysic.,* II, per totum (II, 470-471); III, I (II, 500, 1-14); et praesertim V, I-II (II, 534-536) et X, I-IV (II, 584-588).

[1] Cfr. S. Thomam, *I Ethicor,* proocm., lect. 1, et alibi passim.

[1] *VII Topicor.,* T, 23 (I, 263, 31-39).

[4] *I de Anima,* I. 1 (III, 431, 5-7), 11 (433,2-15). Cfr. S. Thomam, *in h. I.*

[1] *VI Ethic. Nie.,* VII per totum (II, 70, 71); praecipue vero *ibid.,* VIII, 5-6 (II, 71, 29-39).

Neque contrarium sentientes validam rationem afferre possunt quare Philosophus, qui tam caute et methodice ubique procedit, talem *Introductionem* non fecerit, si adeo necessarium est quod universam Philosophiam ordine doctrinæ præcedat.

S. *Thomas* quoque, exemplum Aristotelis sequutus, non de tota Philosophia sed de partibus singulis in prooemiis singularum partium loquutus est de tota vero Philosophia in Metaphysica tantum [1]; in Logica autem nonnisi de scientia subalternante et subalternata sermonem instituit, quatenus inservit ad explicandam distinctionem demonstrationis in *propter quid* et *quia,* de quibus ibi *formaliter* est quæstio [3].

Similiter fecisse constat Alexandrum Aphrodisieum[4],

[1] Quod ubique videre est. v. gr., in prooemio ad ***I*** *Perih.,* n. 1-2, et ad ***I*** *Post.,* n. 1-6; et ad *Libros de Anima* et ad *De Sensu et Sensato,* et similiter in aliis: quod, si alicubi, ut *in prooemio Physicorum* et maxime *in prooemio Ethicorum,* ulteruis de tota Philosophia loquitur, apparet ex toto contextu se ad modum illustrationis a Metaphysica mutuare; in prooemio enim Ethicorum hoc ipse attribuit Sapienti; constat autem ex ipso S. Thoma in toto commentario quod Ethicus non est proprie loquendo Sapiens, sed prudens, sapiens autem est Metaphysicus. Similiter in ***I*** *Physicorum* ad hominem contra Parmenidem ct Melissum, qui de physicis non physice loquuti sunt, metaphysice seu non physice loquitur cum Aristotele.

- Cfr. ejus *Comment,* in loca Aristotelis supra laudata, scilicet, secundum divisionem antiquam ***I*** *Metaph.,* lect. 1-3, ***IV*** *Metaph.,* lect. 1-4; ***VI*** *Metaph.,* lect. 1-2; ***XI*** *Metaph.,* lect. 1-4. Item *in Boetium de Trinitate,* qq. 5-6. Patet autem quod illud opusc. est mctaphysico-thcologicum. Similiter *in lib. de Causis, proocm,* lect. I.

[3] ***I*** *Post.* lect. 25. Manifestum est enim quod Posteriora Analytica formaliter tractant de demonstratione seu dc syllogismo demonstrativo, ct consequenter omnia —etiam ipsacmct scientiae— ibi considerantur relative ad demonstrationem vel ad modos ejus. Id quod S. Thomas expresse monuerat dicens: Postquam ostendit Philosophus qualiter demonstratio *quia* differt a demonstratione *propter quid in eadem scientia,* hic ostendit quomodo differt *in diversis scientiis· (Ibid., n. 1).* Sed loqui dc notione ct divisione scientiarum seu Philosophiae in Posterioribus Analyticis est *materialiter* res considerare ct introducere ens *reale* in scientiam entis *rationis,* quod certe t ero Philosopho non licet; nisi tota Philosophia reducatur ad Logicam.

[1] *In loc. cit. Arist.* (Alexandri Aphrodisiei *Commentaria in duodecim Aristotelis libros dc Prima Philosophia* interprete Joanne Gincsio de Sepulveda. Cordubensi, ad Clementem VII Pont. Max. edit. Romae, 1527, tine numeratione foliorum).

[1] *Metaphysica* tract, i, cap. I, fol. 70, cois. 1-2 (AviCENNAE, Peripatetici Philosophi ad medicorum facile primi Opera in lucem radacta, ac nuper, quantum ars niti potuit per canonicos Regulares D. Augustini in Monasterio D. Joannis de Viridario commorantes emendata. *Logica, Suffientia, De Coelo et Mundo, Dc Animalibus, De Intelligcntiis,* Alpharabii *Di Intdligentibus, Philosophia Prima.* Venetiis, mandato ac sumptibus heredum nobilis viri D. Octaviani Scoti, 1508).

[1] *Inloc. cit. Arist.,* Opera, t. VIII, Venetiis, apud Cominum de Tridino, Montisferrati, 1560.

[1] *Inloc. cit. Arist.,* Opera, t. V-VI. Edit. Vives, 1891.

[1] *Summa Philosophiae Naturalis* —sub qua et Metaphysicam comprc-■'.ndit, large sumpto vocabulo Naturalis, secundum morem plurium scolas-•uconim—. Edit Parrhisius, 1512.

[1] *Inloc. cit. Aristotelis* (Augustini Niphi Medicis Philosophi Suessani *Expositiones in Aristoletis libros Mctaphysices.* Venetiis, apud Hieronymm Scotum, 1558).

• *In* ***I*** *vel* ***VI*** *Ethicor.,* et maxime *in* ***I*** *Post,* et in ***II*** *Physic.,* ubi Philotophus inquirit an Astrologia pertineat ad Physicam vel ad Metaphysicam.

[1] *Quaestiones perspicacissimi* Joannis DE Gandavo *vulgo cognonnnati h* Janduno *in duodecim libros Metaphysicae,* juxta Aristotelis ct Magni Commentatoris intentionem ab eodem exactissime disputatae, lib. I, q. 21.

Avicennam \ Averroem [2], Scotum[3], Paulum Venetum [4] Augustinum Niphum [5] et quotquot integra commentaria in Aristotelem ediderunt, quamvis multi, *occasione* quorumdam verborum Aristotelis, alibi egerint de hac quæstionee; id quod tamen *vero* peripatetico non licet, quia philosophus non *occasionaliter* seu *per accidens,* sed *per se* debet res considerare et ordinare.

Nec desunt qui sententiam nostram —quam, nescientes adhuc aliorum scripta vel doctrinam, sed ab ipsa veritate coacti, jamdudum amplexi fueramus— conceptis verbis tradant.

Audiantur nonnulli. *Joannes Dullcert,* ab aliis Gandavensis vel de Janduno dictus, scribit:

«Illa scientia principalis est quae habet ordinare omnes alias scientias, cum ordinare pertineat ad proprietatem scientiae. Sed *Metaphysica esi hujusmodi* per Aristotelem in littera dicentem quod *sapieniis est ordinare et non ordinari,* et loquitur de Metaphysica; sed aliae scientiae sunt subservientes»

Pariter et alius egregius philosophus, *Franciscus Piccolomini,* dicit:

«De altera difficultate, *ad quem pertineant hujusmodi difinitiones* (philosophiae quas prius tradiderat).

Respondeo eas, et *praesertim communem Philosophiae difinitionem,* attinere *ad disciplinas communes,* qualis est Dialectica et *Metaphysica.* Dialecticus id facit populariter et per communia. *Metaphysica vero scienter et per propia;* hinc *absolute* dicuntur *ad Metaphysicam pertinere.*1

Confirmatur, quoniam hujusmodi difinitiones ad eas disciplinas pertinent quae sunt *liberae, vagantur per omnia, indagam principia cunctarum scientiarum* et *earum terminos judicant.* Hujusmodi praesertim est *Metaphysica.*

Hinc Aristoteles in *VI Metaphysic.* Philosophiam in partes divisit.

—At *dubitabit aliquis:* quia sic Aristoteles esset diminutus, cum in Metaphysica Philosophiam et ejus partes non definiverit.

—*Respondeo* non esse necessarium in Metaphysica omnia definire (explicite), sed *esse satis tradere methodum et regulas per quas habitu metaphysico omnia definiantur.*

Definit Aristoteles, in II Metaph. comm. 3, philosophiam *inspectriceni* quod sit scientia veritatis; manifestavit philosophiae *practicae* finem esse bonum quod in actione est collocatum; similiter manifestavit in VI qui et quales sint habitus mentis et in quibus versentur, *ex quibus difinitiones Philosophiae et partitan ejus eliciuntur.* Et nedum ipse definit, verum etiam regulas tradit caeteris disciplinis quomodo definiri debeant. Et nedum considerat constituta per naturam, sed etiam constituta per intellectum, et considerans ea ut sunt entia, considerat essentias et quidditates eorum quae per difinitiones explicantur» 2.

fol. 17, coi. 3, s. d. (Ibidem tamen in eodem volumine habetur Logica edita Parrhisius, 1519).

1 Proprie loquendo non est Dialecticus nec alius inferior philosophus, sed est Metaphysicus utens omnibus inferioribus ad suum propositum ostendendum. Unde quae ex Logica vel Psychologia vel Ethica sumuntur in hac quaestione, si secundum se considerentur, materialiter se habent, nec inserviunt ad Philosophiam ut sic manifestandam, nisi quatenus informantur et vivificantur *spiritu* proprio Mentaphisicae, ad quam formaliter haec quaestio pertinet.

1 Francisci Piccolominei Senensis, in Academia Patavina Philosophi Primi *Librorum ad scientiam de Natura attinentium partes quinque.* Introductio

Accedit *Fonseca,* Societatis Jesu insigne decus:

«Aliquis artifex, inquit, praescribere debet unicuique scientiae proprium ac peculiare subjectum; is autem *nullus alius esse potest nisi Metaphysicus,* tum quia solus ipse est sapiens simpliciter, tum quia solus versatur circa ea ex quorum divisione distinctio subjectorum colligitur, quod etiam Aristoteles facit VI hujus, ut subjectum Metaphysicae a subjectis aliarum scientiarum distinguat» 1.

Sequuntur *Coniinbricenses* quorum hæc sunt verba:

«Ei *Metaphysicae,* ut communi omnium artificum Praesidi, *ex officio incumbit scientiarum rempublicam constituere* ac tueri et *unicuique disciplinae propriam ac Deculiarem materiam,* in qua insistat, *designare»*2.

Immo et contrarium facientes hoc ipsum aperte fassi sunt. Sic enim legitur in *Cursu* quodam *Franciscano:*

«Verum, quia scientias in particulari inquirere sine praevia notitia scientiae in communi difficile est, ideo *in ipso Logicae vestibulo de scientia ut sic disputationem praemittamus;* sic enim, ratione communi penetrata, cujuslibet scientiae particularis natura facile innotescit: *ordo quidem praeposterus, sed necessario commutatus;* nam, licet *ad Metaphysicam* spectet tamquam ad generalem scientiam caeterarum investigare naturam, consulto

ad scientiam de Natura, cap. 19, p. 35. Francofurti, 1597. Quare autem ipse in Physica quaestionem istam versaverit contra expressum ejus praeceptum, exponit ibidem in prooemio, dicens: «Quia de futuro sum incertus —habebat enim tunc temporis (1595) aetatem 72 annorum— cupiens quibus lingua prodesse non potero id saltem efficere calamo, libris de Philosophia variis, quos construxi, Introductionem hanc praeponendam duxi, in qua communiora nonnulla, ut valui, lucide et distincte explicare conatus sum· (p. 1-2).

1 *In I Metaphysic.,* cap. 2, q. 1, sect. 2, pp. Xii-112 *(Commentariorum* Petri Fonsecae Doctoris Theologi, S. J., *in libros Metaphysicorum Stagiritae,* L I, Romae, 1577).

1 *Comment.* Collegii Conimbricensis, S. J., *in octo libros Physicorum Aristotelis Stagiritae,* proocm., q. r, art. 5, p. 12. Conimbricae, 1692. Cfr. etiam Benedict. Pereira, *loc. cit.,* lib. 2 cap. 4, pp. 49-50·

tamen hic disputatio ista instituitur, ut in prooemialibus cujuscumque alterius libero pede transcurrere liceat»x.

Denique S. *Thomas* ipse hanc eamdem doctrinam haud obscure tradidit. Ait enim:

«Quaerit (Aristoteles) *cujus scientiae sit* dubitare de materia mathematicarum scientiarum, id est, *inquirere de quibus Mathematicae considerent.*

Non enim hoc est scientiae Naturalis (Physicae), propter hoc quod totum negocium Naturalis philosophiae est circa ea quae habent in seipsis principium motus et quietis, quae naturalia dicuntur. Unde de hac dubitatione se non intromittit.

Similiter etiam consideratio hujus dubitationis non videtur pertinere ad illam scientiam, quae intendit de demonstratione et scientia mathematicorum, quae dicitur Mathematica scientia: quia hujusmodi scientia praesupponit hujusmodi materiam sive hujusmodi subjectum, et circa ipsum aliqua inquirit.

Unde *relinquitur quod ad hanc philosophiam (Metaphysicam) pertineat considerare de quo tractant scientiae Mathematicae»* 2.

Quod autem dicitur de una parte eodem jure dicendum est de cæteris, et quod de partibus asseritur a fortiori de toto praedicandum est. Ergo considerare de quo tractat tota Philosophia ad Metaphysicam absque dubio pertinet.

Stat ergo veritas peripatetica sententiae hujus, nec amplius tolerari potest illa turba multa modernorum manuaiistarum, qui, de libro in quinternium transferentes ea quae scholastici declivioris aetatis in fine *Posteriorum Analyticorum* et in prooemio *Physicae Auscultationis* praepostere scripserunt, partim initio totius Philosophiae, partira vero in fine Logicae, ut ajunt, Criticae, collocarunt, ordinem pervertentes membraque quaestionis hujus discerpentes.

' *Integer Philosophiae cursus Aristotelica face succensa Scotica lucc,* cujus splendore detegitur veritas Logica, Physiologica, utraque in duas partes divisa, Ammastica, Metaphysics, De generatione, Corruptione ct Coelo, studio ct labore fratris Fray (sic) Joannis A Trinitate, Salmantini, ct fratris Fray (sic) Joannis a Nativitate (alias Villa-Casiin): t. I, pracf., p. 1. Salmanticac, 1712.

l *XI Metaph.,* lect. I, edit, cit., n. 2165.

Quod autem *Philosophia, in communi* sumpta, sit quid *analogum,* vel ex eo patet quod ad Metaphysicam proprie spectat; nam «quae in hac scientia considerantur sunt omnibus communia; *nec* dicuntur *univoce,* sed secundum prius et posterius de diversis», hoc est, *analogice* x; sed hoc melius et uberius ostendetur postea.

Quod rursus non initio, sed *in fine totius Philosophiae sit haec quaestio pertractanda,* ex dicendis apparebit, ubi invicte demonstrabitur *Metaphysicam esse ultimo addisendam.*

Qui ergo cum *D. Maritain* zelo magno restituere conantur ordinem doctrinae aristotelicae simulque hanc quaestionem ad instar *Introductionis generalis* longe lateque prosequuntur, *negant in actu exercito* (factis) *id quod in actu signato* (verbis) *docent* —tunc enim Philosophia esset a Metaphysica incipienda et non in Metaphysicam terminanda—, similes illi qui abstinentiam epulando praedicaret.

Metaphysice ergo quaestionem hanc de philosophia ipsius Philosophiae aggredientes, tria investigabimus: i.°, *quid sit;* 2.0, *quotuplex',* 3.°, demum, *propietates* ejus, quas inter dc *propia* ejus *methodo* sermo fiet.

Quod, si quibusdam nimis forsitan gravosa videatur expositio nostra, eo quod innumeras adducamus auctoritates, sciant multos, *propter defectum intellectus,* recusare rationes nisi testimonio alicujus auctoris condiantur2, cani similes, qui omne illud quod extraneum vel novum videtur, latrando recipiunt3, quamvis etiam non desint qui *tristentur,* si quid

l *V Metaph.,* lect. I, n. 749.

l S. Thomas, *in II Metaph.,* Icct. 5, n. 334.

' «Canes enim latratu excipiunt quem non agnoscunt ut ait Heraclitus» Plutarchus *An seni sit gerenda respublica, cap.* 7, n. 1. Edit. *Dilbner* apud Didot, Parisiis, 1877 *(Scripta Moralia,* t. II, 961, 44-47). »Qucm enim fanis) ignotum viderit, graviter fert, etsi nihil mali ab eo sit perpessus; Mto autem blanditur, quamvis nihil boni ab eo susceperit.» (Plato, *De Re~ publica* lib. 2. Platonis philosophi opera quae existant graece ad editionem Henrici Stcphani accurate expressa cum Marsilii Ficini interpretatione; '«cadit varietas lectionis, Studiis Societatis Bipontinac, t. VI p. 244 (Stcph. P- 376 a). Biponti, 1784.)

per certitudinem cum diligenti discussione inquiratur, *propter impotentiam complectendi;* habent enim debilem rationem, unde non sufficiunt ad considerandum ordinem complexionis priorum et posteriorum x. Has ergo querelas, si quae sint, attendere nolumus, unice veritati consulentes, quam ut plenius assequeremur, nulli pepercimus labori; nam et infinitos prope philosophorum libros —quotquot nempe in hac alma Universitate Salmanticensi asservantur, multosque alios aliunde conquisitos— attente propriis oculis perlegimus. Quod ideo diximus, ne quis expositionem istam, quasi imberbis cujusdam vel pueruli, a priori contemnat. Ac si Philosophia barbae responderet!...

Arduum sane opus, quod, aliis occupationibus distracti, minime complere potuissemus, nisi accederet eximia benevolentia egregii viri D. Joannis Larrauri, Bibliothecae et Archivii Universitatis Praefecti, una cum summa diligentia socii ejus Cl. D. Fulgentii Riesco, Presbyteri, aliorumque officialium. Ac si enim nihil aliud faciendum haberent, integram et ditissimam Bibliothecam usui nostro posuerunt, servilia quaeque aliasque commoditates addendo. Nostram ergo profundam gratitudinem erga tantos viros —hac certe insigni Universitate dignos— publice testari officium duximus.

Sed ad quaestionem redeamus.

x S. Thomas, *in II Metaph.,* lec. 5, n. 334: Sunt etiam qui, propter pigritiam, et plerumque propter impotentiam deducendi principia usque ad remotissimas conclusiones vel resolvendi hujusmodi conclusiones usque ad prima principia, dicant perniciosam esse, vel saltem inutilem, diligentem inquisitionem, quam putant esse matrem obscuritatis et farraginis. «Imaginantur enim quod, sicut in symbolis conviviorum non pertinet ad liberalitatem quod debeant etiam minima computari in ratiocinio, ita etiam sil quaedam *importunitas et illiberalitas, si homo velit circa cognitionem veritatis etiam minima discutere»* (S. Thomas, *ibid.).* Et tamen Aristoteles docuit quod «tunc putamus unumquodque cognoscere, quum causas primas noverimus et principia prima, et *usque ad elementa:* καὶ μέγρι τῶν στοιγειων *(I Physicor.,* I, 1 (II, 249, 3-6) et S. Thomas pluribus articulis discutit ea quae illi, qui ita loquuntur, una linea tradunt, v. gr. circa definitionem legis. Sed hoc eis accidit ex impotentia videndi unitatem in multiplici varietate.

PARS PRIMA

NOTIO PHILOSOPHIAE.

Proprium analogorum est, ut alibi ostendimus x, quod stricte definiri nequeant, sed tantummodo *describi et explicari per quamdam inductionem vel per deductionem ad sensum;* quod, si aliquando in eis quaeratur quasi genus et quasi differentia, hoc erit *ad similitudinem* univocorum; nam et innatum nobis est metaphysicalia ad instar physicalium, ad quae primo terminatur cognitio nostra et in quibus proprie sunt genus et species et differentia, intelligere et explicare, sicut et supernaturalia et divina ad instar naturalium exprimuntur 2. Cum ergo Philosophia ipsa, ut modo dictum est, sit quid metaphysicale et analogum, mirum nemini videri debet, si definiri proprie non possit.

Id quod facto ipso comprobatur, et jam pridem notatum uerat a quibusdam philosophis. Nam *Franciscus Piccolomini* egregie scribit:

(l ormantur de Philosophia primo duae quaestiones simplices: ansitet *quid sit...3.*

. p' CmxciA roMiSTA, jan-febr., 1922, pp. 21, 29, 30, 34.

l <D artS' I-3'
Piloso T Pr*ma quaestione, inquit, hoc mirabile est, quod nemo potest e® raf} CVertcre Quin simul eam constituat; indagare enim an sit et i^cna'Onibus dcmoliri est philosophari» *(Op. cit.,* cap. 19, P· 34)· Haec es/~^uac ctiani a modernis scholasticis serio discuti solet— bwju ' emrn CSt ^uacs^° philosophica vel non. Si non, debet ex Phi-
l % eo ' CXCu^ c°nsequenter stulte ponitur in ea; sin autem philosophica JP$° Philosophia *supponitur esse,* et ideo existentia ejus, utpotc per se 'noa cadit sub quaestione.

2

De secunda quaestione etiam hoc est *mirabile* quod, *cum definiri nequeat, maxime tamen definitur, nam exacte definiri non potest, leviter autem et adumbrate variis modis circunscribitur.*

Non valet exacte definiri. i.°, quia non est substantia; exactae autem definitiones substantiarum sunt, ex VII Metaphy; 2.0, quia non est species ultima, quae sola, cum sit postrema perfectione praedita, valet perfecte definiri; 3.0, *quia non est aliquid univocum et natura una in omnibus eadem, sed ab uno;* 4.0, quia perfecte definitiones sunt rerum natura constantium, de quibus formatae sunt scientiae; Philosophia vero humano ingenio formata est»

Sennertus etiam dicit:

«Philosophia *exacte definiri nequit cum non sit genus univocum* distinctamque a suis partibus naturam obtineat. Non tamen etiam ὁμώνυμον est —plus enim quam nomine partes ejus conveniunt—; sed *quae ab uno ad unum vacant*[1]. Nam non credendum est Philosophiam esse unam aliquam scientiam, quae circa aliquam peculiarem speciem entis versetur, sed est genus totum sub se omnes scientias comprehendens. Omnia enim unico habitu cognosci non possunt, sed variis; qui, si omnes conjunguntur, perfectam scientiam efficiunt, quae Philosophia appellatur. Ideo, *quaecumque definitiones Philosophiae afferentur, a perfecta definiendi lege declinant* [3].

Similiter et *Buddeus'*.

«Ejusmodi, ait, sapientis imago, qui rerum omnium causas accurate tenet, si nobis quoque in praesenti animo fuerit observata, non equidem a mente sententiaque tum veterum tum ipsius Aristotelis abhorrebunt, At *qui exquisita definitione ita eumdem delimatum esse aut etiam exprimi posse arbitratus fuerit, seipsum turpiter deciperet.* [4]

1 *Op.* et *loc. cit.,* cap. 19, p. 34.

2 Id quod tamen cum grano salis est accipiendum, nam proprie loquendo est analoga analogia attributionis mixtae cum proportionalitatc, ut in secunda parte hujus tractationis, dum loquemur de divisione Philosophiae et de ordine partium ejus, ostendetur.

3 Danielis Sennerti Wraslavicnsis, *Epitome Naturalis Scientiae,* lib. t» cap. i, *De Natura Philosophiae,* p. 2. Parisiis, apud Societatem, 1633.

4 JoANNIS Fr ANCISCI Buddei D. et P. P., *Analecta historiae Philosophiae. Exercitatio historica de peregrinationibus Pythagorae* habita Jenae die 20 Martii 1692, § 2, pp. 46-47. Edit. 2.“, Hallac Saxonum, sumptibus Orphanotrophii, 1724.

Nec est ut alios successus sibi polliceantur qui Philosophiam exacta definitione explicare annituntur. Amorem sapientiae fortassis dixeris? Vocem teneo, rem ignoro... *Describi haud difficulter poterit.* Nec enim omnino nihil dixerit qui Philosophiam exquisitam rerum omnium per causas cognitionem appellitaverit. At definiri nequit.

Hic autem praetermittendus non est illorum error qui ab ipso Aristotele istud jam factum, de quo nos irrito conatu laboramus, arbitrantur. Namque φιλοσοφία, inquit (Met., lib. X, cap. 3) ἐσ-π γνώσι$ των ὀντων ἡ ὀντα εστί Philosophia est cognitio rerum ut sunt... At falluntur turpiter; non enim aliter quam de certa philosophiae parte et quidem transcendental!, quam et Metaphysicam vocant, haec verba Aristotelis capi debent... Quare *nec Aristoteles ipse eamdem definit nec leges exquisitae definitionis hic quadrant* si optimis doctrinae Aristotelis interpretibus credendum est» [1].

Nemo igitur a nobis quaerat definitionem stricte dictam; dabimus tamen operam ut descriptiones, explicationes et quasi definitiones exacte tradantur. Cum autem definitio duplex sit, *nominalis* scilicet et *realis,* quarum prima ad secundam manuducit, in hoc sensu inquirimus primo definitionem *nominalem,* deinde *realem* definitionem Philosophiae.

1 *Ibid.,* § III, p. 48-49.

CAPUT PRIMUM

DEFINITIO NOMINALIS PHILOSOPHIAE

Definitio *nominalis,* ut in Logica traditur, duplex est. alia *etymologica* seu *originaria,* quae accipitur secundum id *a quo* imponitur nomen ad significandum; et alia *vulgaris* seu *actualis* vel *usualis,* quae sumitur secundum id *ad quod* significandum nomen imponitur, hoc est, secundum id quod *vulgo* seu *communiter* intelligunt *utentes* hoc nomine. Audiatur S. Thomas:

«Aliud est, inquit, *etymologia* nominis et aliud est *significatio* nominis. Etymologia attenditur secundum *td a quo* imponitur nomen ad significandum; nominis vero *significatio* attenditur secundum *id ad quod* significandum nomen imponitur, quae *quandoque* diversa sunt]; nomen enim lapidis imponitur a *laesione pedis,* non tamen hoc significat; alioquin tam, cum pedem laedat, lapis esset»2. Et rursus: «De diquo nomine *dupliciter* convenit loqui: *uno modo* secundum *pnniam* ejus impositionem; *alio modo* secundum *usum* nominis, iiicut patet in nomine *visionis,* quod *primo* impositum est a(i significandum *actum sensus visus;* sed, propter dignitatem ll certitudinem hujus sensus, extensum est hoc nomen non est nobis per

l Quando scilicet res, quae significatur pu nom nota, sed innotescit per ejus actus vel propri et 0« Pot., q. 9, art. 3.

‘ 11-11, q. 92, art. 1, ad 2.

l3, art. 5)

secundum *usum* loquentium ad *omnem cognitionem alionm sensuum; dicimus enim: vide* quomodo *sapit* vel quomodo re *dolet* vel quomodo est *calidum;* et *ulterius etiam ad cognitionem intellectus,* secundum illud Mtt., V, 8: beati mundo corde; quoniam ipsi Deum *videbunt»* x.

Utramque ergo definitionem, seu potius explicationem, nominis videamus.

Art. i.—Definitio etyi ologica.

Graecum nomen φιλοσορία — ἀττό τού φιλία τή σοφία - quod clasicum est1, *ab ardore, fervore, zelove sciendi* sumptum est3; «nec enim, ut est apud Tullium, quidquam aliud est φιλοσοφία si interpretari velis, quam *studium* sapientiae» ut jam pridem explicaverat Plato5, quem Plutarchus Diogenes Laertius \ Augustinus 2, Sextus Empiricus 3 aliique sequuti sunt, et nervose Aristoteles expressit illis verbis celeberrimis quibus Metaphysicam suam exorditur: ττάντε ἀνθρωποι τού είδέναι ὀρέονται φύσει 4 *«Sicut* enim, ait S. Thomas, *naturaliter* homo concupiscit delectationes ciborum et venereorum secundum naturam corporalen, *ita* secundum animam *naturaliter* desiderat —et quidem vehementius 5— cognoscere aliquid. Unde et Philosophus dicit in principio Metaphysicae quod *omnes* homines *naturaliter* scire desiderant»6. Et *Origenes* praeclare dicit: *«Sicut* oculus naturaliter lucem requirit et visum, et corpus nostrum escas et potum desiderat per naturam, *ita* mens sciendi veritatis Dei et rerum causas noscendi proprium ac naturale desiderium gerit» 7.

Ex hoc enim ipso quod quis scientiam diligit, omnia sua ad hoc collineare facit ut ipsam inveniat augeatque inventam, ita sane ut nec de alio cogitet, nec de alio loquatur, nec pro alio laboret quam pro sapientia; nam et *«ex affectu hominis trahitur mens* ejus ad intendendum his ad quae afficitur, secundum illud (Mtt., VI, 21); ubi est *thesaurus* tuus ibi est et *cor* tuum»8.

Quemadmodum enim *avari* dicti sunt ab *aviditate aeris* vel *auri* qua avarus inhiat ad lucra conquirenda, ita philosophi dicuntur a siti vel aviditate sapientiae, quae quidem aviditas exterius manifestatur laborando, inquirendo, peragrando ut, si qui sapientes sint, consulantur.

Et quia unumquodque nominatur a nobis secundum

1 I, q. 67, art. i,

2 Adhibetur jam ab Herodoto *(Hist.,* lib. 1, cap. 30. Edit. H. Kallenberg, Lipsiac, 1906, t. I, p. 15, I. 20-23) et postmodum a Tucydide, Xenophonte aliisque.

8 Φιλοσοφία δε ή ^ήλωσι η τοισύτη5 Οειωρια (Jamblichüs, *Dt Pythagorica vita,* XII, 59, edit. Wcstermann, apud Didot, 1878.

4 *De Officiis,* lib. 2, proocm., edit. Bassani, 1835, p. 61. Sicut caetera nomina, nomen hoc *Philosophia* dupliciter exponi potest: uno modo imperfecte *per aliud nomen magis notum;* alio modo perfectius *per plura noniins notiora,* hoc est, per orationem seu dictionem compositam (Cfr. S. Thomam. *in VII Metaph.,* lect. 9, n. 1460). Ad rem Angelicus: dupliciter, inquit, potest esse aliqua ratio declarans quid significat nomen: «uno modo, sicut quando nomen minus notum manifestatur per magis notum quod de eo praedicatur, ut si hoc nomen *Philosophia* notificetur per hoc nomen *Sapientia...* alto modo quando accipitur ad expositionem nominis simplicis aliqua oratio notior, sicut si ad exponendum hoc nomen *Philosophus,* accipiatur haec oratio: *amator Sapientiae (VII Metaph.,* lect. 3, n. 1329-1330).

1 Τὸ te, inquit, φιλομαθὲ καὶ φιλοσοφον ταυτὸν *(De Republica,* lib. 2, edit, dt, t. VI, p. 245. Cfr. etiam *ibid.,* lib. 6, t. VII, p. 76).

e *De Placitis Philosophorum,* lib. I, n. 2, edit. Dubncr (Plutarchi scripta Moralia, L II, p. 1066, 17-18).

l *De clarorum philosophorum vitis, dogmatibus et apophthegmatibus,* libri decem, edit. Cobct, apud Didot, Parisiis, 1878, proocm., n. 3, p. 3, 42-43-

2 *De Civitate Dei,* lib. 8, cap. 1, edit. Parisiis, 1555. t. V, fol. 64, coi. iC.

l *I Adversus Physicos,* cap. 2, n. 13, p. 555 (Sexti Empirici opera, graece et latine, edit. Joan. Albertus Fabricius, Lipsiae, 1718).

4 *I Metaph.,* I, 1 (II, 468, 1).

* II-II, q. 141, art. 4, ad 4. cf. *Dc anima,* a 13 ad 11.

' II-II, q. 166, art. 2.

' Ηεριαρχων, lib. 2, cap. 11, n. 4 (Opera omnia, edit. Maur., t. I, p. 105 cf. Parisiis, 1733).

‘ II-II, q. 166. art. I, ad 2.

quod ipsum cognoscimus, cognoscimus autem aviditatem illam *ex actibus exterioribus avidi sensibiliter apparentibus* —cum omnis nostra cognitio a sensibilibus ortum ducat—, ideo *ab illis,* secundum quod *signa* sunt sitis et aviditatis interioris, qua philosophus quasi devoratur et consummitur, nomen trahitur Philosophiaex.

* * *

Ferunt *Pythagoram* auctorem fuisse hujus nominis; cujus rei ita eleganter meminit *Tullius.*'

«Quam *rem* (Philosophia significatam) *antiquissimam* quum videamus, *nomen* tamen confitemur esse *recens.*

Nam *Sapientiam* quidem ipsam quis negare potest non modo *re* esse antiquam, verum etiam *nomine?* Quae divinarum humanarumque rerum, tum initiorum causarumque cujusque rei cognitione hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequebatur. Itaque et illos septem, qui a graecis σοφοι, sapientes a nostris, et habebantur et nominabantur; ct multis ante saeculis Lycurgum, cujus temporibus Homerum etiam fuisse ante hanc Urbem conditam traditur; etiam heroicis aetatibus Ulyssem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes. Nec vero Atlas sustinuere coelum, nec Prometheus affixus Caucaso nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi coelestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset.

A quibus ducti deinceps *omnes, qui in rerum contemplationem studia ponebant, sapientes et habebantur et nominabantur;* idque eorum nomen *usque ad Pythagoram manavit aetatem,* quem, ut scribit auditor Platonis, Ponticus Heraclides, vir doctus in primis, Pliuntem ferunt venisse eumque cum Leonte, principe Phliasiorum, docte et copiose disseruisse quaedam; cujus ingenium et cloquientiam, quum admiratus esset Leon, quaesivisse ab eo qua maxima arte confideret:

‘ Cfr., I, q. 13, art. 8, corp, ct ad 1, ct pariter *De pot.,* q. 9, art. 3. Proptcrea nomen hoc significat amorem seu fervorem et studium *in recto.* sapientiam autem *in obliquo* tantum: quia *Sapientia,* quae inquiritur est sensibilis *per accidens,* dum *Studium* seu opus quarendi est aliquid sensibile *Per se.*

—At illum artem se scire nullam, sed esse *philosophum.*

—Admiratum Leontem novitatem nominis, quaesisse quinam essent philosophi et quid inter eos et reliquos intéresser.

—Pythagoram autem respondisse *similem* sibi videri vitam hominum et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate nam,

1, *ut illic:*

e) *alii* corporibus exercitatis *gloriam* et *nobilitatem* coronae peterent;

β) *alii* emendi et vendendi *quaestu* et *lucro* ducerentur;

y) esset autem *quoddam genus* eorum, idque vel *maxime ingenuum,* quia *nec plausum nec lucrum quaererent,* sed *visendi causa* venirent *studioseque perspicerent quid ageretur et quomodo;*

2. *item nos:*

quasi in mercatus quamdam celebritatem ex urbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita in natura profectos,

a) *alios gloriae servire,*

β) *alios pecuniae;*

y) *raros* esse *quosdem,* qui, *caeteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur;*

hos se appellare *sapientiae studiosos,* id est enim philosophos: et w *illic* liberalissimum esset spectare, nihil sibi acquirentem. *sic* in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque praestare» x.

Quae quidem appellatio ut *Augustinus dicit,* «ita deinceps posteris placuit, ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque vel sibi vel aliis videretur excellere, nonnisi *philosophus* vocaretur» 2.

Idem testantur *Plutarchus3, Diogenes Laertius, Clemens*

l *Tuscul. dispp.,* lib. 5, cap. 3, n. 7-9. Opera omnia, Parisiis, 1668, l VIII, p. 500-502.

* *De Trinitate,* lib. 14, cap. 1, edit, cit., t. III, fol. 96, coi. 31.

• *De Placitis Philosophorum,* lib. I, cap. 3, n. 14, edit, cit., II, 1067, «•47.

Alexandrinus[1] caeterique historici et philosophi [2]. Liceat nobis verba *Diogenis Laertii* transcribere:

«Sosicrates autem in Lucrenionibus ait ipsum (Pythagoram) rogatum a Leonte Phliasiorum tyranno quisnam esset, dixisse: Philosophus. Praesentemquc vitam dicebat celebritati hominum ad ludos confluentium esse simillimam.

1. *quemadmodum* enim *ad eos:*

a) *alii* certandi gratia veniunt;
β) *alii* mercaturae faciendae;
y) *optimi* quique ad spectandum:

2. *sic in vita:*

a) *alios* quidem gloria mancipia nasci dicebat,
β) *et* cupiditatis aucupes,
y) *alios* vero *philosophos veritati studiosos:* οl δε φιλοσόφοι τή αληθεία » [3].

Et alibi uberius dicit:

«Philosophiam vero Pythagoras primus appellavit seque philosophum, quum Sicyone conveniret Leontem Sicyonorum tyran-

[1] *Stromat.,* lib. i, cap. 5, edit. Oxonii, 1715, p. 333«

[*] Audi S. Augustinum: «Italicum genus (Schola philosophica) auctorem habuit Pythagoram Samium, *a quo etiam ferunt ipsum Philosophic nomen exortum.* Nam, cum ante *Sapientes* appellarentur, qui modo quodam laudabilis vitae aliis praestare videbantur, iste interrogatus quid profiteretur, *Philosophum se esse* respondit, id est, *studiosum seu amatorem Sapientiae,* quoniam Sapientem profiteri *arrogantissimum videbatur·) (De Civitate Dei,* lib. 8, cap. 2, edit, cit., t. V. fol. 64, col. 2F). Augustinum sine dubio sapiunt haec verba S. Thomae: «Notandum est autem quod, cum prius nomine *Sapientiae* uteretur, nunc ad nomen *Philosophiae* se transfert; nam *pro eodem* accipiuntur. Cum enim antiqui studio Sapientiae insistentes Sophistae, id est, Sapientes vocarentur, Pythagoras interrogatus quid se esse profiteretur, noluit se *Sapientem* nominare, sicut sui antecessores, quia hoc *praesumpluosum* videbatur esse: sed vocavit se *Philosophum,* id est, *amatorem Sapientiae.* Et exinde nomen Sapientis immutatus in nomen Philosophi, et nomen Sapientiae in nomen Philosophiae· *(l Metaph.,* lect. 3, n. 56).

[3] *Vitae Philosophorum,* edit, at., lib. 8, cap. 1, n. 8, p. 206, 44-52.

num sive Phliasiorum, ut ait Heraclides Ponticus in libro quem inscripsit de Femina exanimi; *neminem enin esse sapientem praeter Deum*

Antea enim sapientia dicebatur quae nunc philosophia dicitur, et qui hanc profitebantur sapiens appellabatur, qui quidem summis animi dotibus esset perpolitus: *philosophus autem est qui sapientiam amplexatur.* Ipsi tamen sapientes (σοφοί) Sophistae (σοφισ-ταί) sunt dicti (non tamen in sensu pejorativo): neque hi solum, verum poetae quoque, quo nomine Cratinus in Archilochis Homerum et Hesiodum laudans illos vocat.

Sapientes habiti sunt: Thales, Solon, Periander, Cleobulus, Chilo, Bias Pittacus. His annumerant Anacharsim Scytam, Miponem Cheneum, Pherecydem Syrium, Epimenidemque Cretensem; nonulli etiam Pisistratum tyrannum. Et hi quidem *sapientes* dicti»2.

Et recte quidem distinctio haec inter sapientes et philosophos Pythagorae adseribitur. Sicut enim rudes illi qui e regione sua, in qua nati sunt, numquam exierunt, totum mundum putant ibi contineri nihilque amplius esse, dum e contra, qui multa gerunt itinera, regiones alias et provincias, forte meliores et ampliores, cognoscunt, in quarum comparatione patria sua quasi minima est; ita antiquiores illi credebant se omnia scire, eo quod sapientiam graecorum, vel forsitan unius urbis tantum, possidebant, dum Pythagoras, qui regiones multas peragravit multosque sapientes adivit, non sapientem esse, hoc est, omniscicntem, professus est, sed quaesitorem sapientiae; nam sapientia illa graecarum urbium quasi minima videbatur, collata cum sapientia Aegyptiorum aliorumque orientalium, maxime vero cum divina sapientia, quae sola est omniscientia.

1 Unde Plato pulcherrime dixit: «Neque mendicus est Amor unquam, neque opulentus; quin etiam inter Sapientiam et inscitiam constituitur. Sic enim res se habet: *nullus deorum philosophatur aut sapiens fieri cupit;* est enim: nec alius quivis sapiens philosophatur. Neque omnino *ignorantes philosophantur,* neque sapientes fieri cupiunt; hoc enim habet ignorantia pessimum, quando qui nec pulcher nec bonus est, neque sapiens, sufficienter haec habere se censet. Numquam igitur expetit illa, quoniam se indignum non advertit» *(Convivium,* edit, cit., t. X, p. 232).

1 *Vitae Philosophorum,* prooem., n. 12, p. 3, 35"51·

Sicut et apud nos videmus quod facile quis sapientis nomen obtinet coram rudibus vel imperitis, cum tamen stultiae notam coram pcritioribus forsitan mercatur; id quod frequentissime in recensionibus periodicorum videre est.

* * *

Cum ergo Philosophia sit *studium sapientiae,* reliquum est jam ut breviter videamus quid significet nomen *studii,* quid *sapientiae* nomen importet.

«*Studium,* inquit S. Thomas, *proprie importat vehementem applicationem mentis ad aliquid*»[1] *cognoscendum* —nam et nomen studiositatis *proprie* circa cognitionem est—, ex qua oritur *diligens inquisitio veritatis*[2]. Et Tullius praeclare dixerat: «Studium autem est animi *assidua et vehemens* ad aliquam rem, *magna cum voluptate,* occupatio, ut Philosophiae, Poetices, Geometriae, Litterarum»[3].

«*Sapientia* autem, prosequitur Aquinas, secundum nominis sui *usum* videtur importare *eminentem quamdam sufficientiam in cognoscendo* (tam scilicet ex parte *objecti* quam ex parte *modi)* ut etiam in seipso (sapiens) a) *certitudinem* habeat β) *de magnis et mirabilibus,* quae aliis ignota sunt, et possit de aliis judicare»[4]; et quia cognitio rerum mirabilium et magnarum delectabilissima est[5], ideo sapientia

---

[1] II-II, q. i66, art. i, corp, et ad i; et art. 2, ad i et 3.

[2] *VI Metaph.,* lect. 2, n. 1173. Et alibi dicit: «Ad addiscendum aliquid de novo requiritur *studium et conatus cum magna intentione»* (I-II, q. 37, art. 1). «Studium, addit, est vehemens applicatio animi ad aliquid agendum *cum bona voluntate',* dico *cum bona voluntate,* quia *in malevolam animam non intrabit Sapientia· (In lib. Boetii de Consolatione Philosophae,* lib. I, metr. i, sine numeratione fol.—Inter opera dubia S. Thomae, edit. Lugduni, 1505). Cfr. etiam *Comment, in Mtt.,* cap. 6, edit. Marietti, Augustae Taurinor, 1912, p. 106.

[3] *De Inventione Rhetor.,* lib. I, cap. 25, n. 36, edit. ciL, t. I, p. 184.

[4] *III Sent.,* dist. 35, q. *2,* art. I, qla. 1, corp.

[5] Cfr. Aristot., *I de Partibus Animalium,* V, initio (III, 226, 39-53; 227, 1-6) et S. THOM., *in I de Anima,* lect. I, edit, cit., p. 6.

nominat *dulcedinem* quamdam, qua illa quae *sapiuntur* quasi *experimentaliter* gustantur \

Unde sibi invicem respondent studium et sapientia, ita ut, quo magis studium augetur, tanto sapientia perfectius attingitur, et quo haec magis gustatur eo fortius studium accenditur.

Hoc sapientiae studium S. Thomas ipse *dulplici analogia* illustravit: *prima, religiosi,* qui non profitetur se revera esse perfectum, sed ad perfectionem totis viribus tendere, ita et philosophus non profitetur se esse *de facto* sapientem, sed sapientiam *vehementer quaerere 2; altera* ex comparatione cum *quarta beatitudine; sicut* enim *beati sunt,* qui esuriunt et sitiunt justitiam, ad eam semper anhelando, quamvis perfecte in hac vita possideri nequeat, *ita philosophus* est qui ad sapientiam semper anhelat, eam vehementer esuriendo ardenterque sitiendo, quamvis plene haberi non possit in hac vita[3]. Usque adeo enim philosophus debet sapientiam diligere, ut eam praeferat cacteris bonis, etiam maxime caris; nam «*oportet* nos majori studio Philosophiam quam *parentes*

[1] I, q. 43, art. 5, ad 2.

[2] «Ille, ait, qui transit *ad religionem,* non profitetur se *esse* perfectum; wd profitetur se *adhibere studium ad perfectionem consequendam; sicut* etiam ille qui intrat scholas, non profitetur se *(esse)* scientem, sed profitetur se *studentem ad scientiam acquirendam.* Unde, sicut Augustinus dicit in VIII *De Civit. Dei,* Pythagoras noluit se sapientem profiteri, sed sapientiae amatorem. Et ideo religiosus non est transgressor religionis, si non *sit* perfectus, sed solum *si contemnat ad perfectionem tendere»* (II-II, q. 186, art. 2, ad I); et similiter Philosophus non desinit esse talis eo quod non *sit actu* sciens omnia, sed solum *si contemnat laborare ad scientiam acquirendam.*

[3] Justitia, inquit, est duplex, perfecta et imperfecta: perfectam in mundo habere non possumus, quia *si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos '.ducimus, ct veritas in nobis non est (I Joan.,* 1, 8) et *Is. LXIV,* 10: *omnes justitiae nostrae quasi pannus menstruatae.* Sed hanc habemus in coelo; *Is., LX,* 21: *Populus tuus omnes justi in perpetuum hacreditabunt terram.* Sed hsiderium justitiae *possumus hic habere:* ct ideo dicit: beati qui *esuriunt ct sitiunt* justitiam etc. Et est *simile* illud quod Pythagoras fecit: Tempore enim Pythagorae illi qui *studebant,* vocabantur σοφοι id est, *Sapientes;* Pythagoras lutem noluit vocari σὀφο^ id est Sapiens, sed *Philosophus,* hoc est, *Sapientiae amator, ita* vult Dominus quod *sui sint, et vocentur amatores justiattac.» (Comment, in Mtt.,* V, edit. Marietti, 1912, p. 74).

et agriculturam complecti; parentes enim et agricolae id tantum efficiunt, ut *vivamus;* philosophia autem et praeceptores ut *bene vivamus* et *sapiamus,* quoniam rectam rerum administrationem excogitarunt» [1].

Sic ergo patet quod *Philosophia, juxta vim nominis,* importat «vehementem, assiduam delectabilcmque animi applicationem seu conatum ad sapientiam totis viribus conquirendam».

Art. 2.—Definitio vulgaris.

Id ergo *a quo* imponitur nomen Philosophiae est amor seu appetitus sapientiae; id tamen *ad quod* significandum nomen imponitur est *sapientia ipsa,* non quidem plene possessa, sed ut mortalibus possibile est, hoc est, non sapientia simpliciter, sed sapientia *humana.*

Ut ergo sciamus *vulgarem* definitionem Philosophiae, necesse est videre quid *vulgo* philosophi intelligant nomine sapientiae. Sapientia autem apud veteres in sensu valde largo sumitur: modo enim significat peritiam magnam *in artibus* sive mechanicis sive liberalibus, et sic dicitur sapiens statuarius, sapiens pictor, sapiens grammaticus [2]; modo insignem dexteritatem *in negotiis publicis expediendis,* in quo sensu dicitur sapiens judex, sapiens rex[3]; modo etiam eminentem quamdam cognitionem *rerum speculabilium,* sive sensibus proximarum, sive a sensibus remotarum, et ita dicitur sapiens physicus, sapiens mathematicus, sapiens metaphysicus [4]. Nomine ergo sapientiae intelligebant *com-*

1 Jamblickus, *De Pythagorica vita,* cap. 34, n. 246, edit. Westermann. apud Didot, Parisiis, 1778, p. 79, 32-36. Cfr. etiam *Fragmenta Philosophor, graecor.,* edit. Mullachius, apud Didot, Parisiis, 1875, pp. 502-503, n. 54 (Pythagoreorum ct aliorum similitudines).

3 Aristot., *VI Ethic. Nie.,* VII, i (II, 70, 1, 5).

3 Unde ct illi antiquiores, qui homines practici erant, dicebantur *Sapientes,* ct Socrates etiam *Sapiens* apdlatus est.

* Aristot., I, HI, V et X, *Metaph.,* locis supra cit., ct alibi passim.

muniter omnia illa. Attamen, secundum diversas eorum tendentias, diversimode de diversis dicebatur *seeeundum prius et posterius;* nam, qui scientiam naturæ maxime excoluerunt, ut jonici, nomine sapientiæ praesertim intelligebant Physicam; qui vero rebus practicis et moralibus animum suum applicuerunt, ut Socrates et Stoici, sapientiam præcipue nominabant Ethicam; qui demum speculationi maxime intenderunt, ut eleatici, Plato ct Aristoteles, nomen sapientiæ præcipue attribuebant Metaphysicæ. Nullus tamen eorum alias significationes a nomine sapientiæ excludebat, sed primatum dabat illi parti quæ, juxta uniuscujusque tendentiam seu mentalitatem, ut ajunt, praecipua videbatur. Apud omnes ergo Philosophia complectebatur *notitiam eorum omnium quae homines sciunt vel scire possunt* [1]; et haec est notio vulgaris Philosophiae in qua omnes indistincte conveniunt [2], quaeque usque ad Car-

1 Unde Pempelus scribit: «Natus compositusquc est homo ad contemplandum rerum naturae rationem; estque Sapientiae officium id ipsum consequi rerumque sapientiam intueri. Geometria quidem et Aritmethica reliquaque tum contemplativa tum litteraria circa *res nonnullas* versantur; at *Sapientia circa omnia* illarum genera. *Sic* haec enim *Sapientia circa omnia* quae sunt occupata est, *ut visus circa aspectabilia cuncta et auditus circa inversa illa quae auribus percipiuntur.» (Fragmenta Philosophorum graecorum,* edit cit., t. II, pp. 32-33, 13, 1). Et inde effatum illud: *sapientis est noscere omnia.*

1 Audiatur Hugo a S. Victore: «Pulchre equidem, ait, inquisitores veritatis non sapientes, sed amatores Sapientiae vocat, quia nimirum adeo latet omne verum, ut ejus amore quamtumlibct mens ardeat, quamtumlibct d ejus inquisitionem assurgat, difficile tamen ipsam, ut est, veritatem comprehendere queat. Philosophia autem earum rerum quae verae essent suique immutabilem substantiam sortirentur, disciplinam constituit; est autem Philosophia amor ct studium et amicitia quodammodo Sapientiae. Sapientia vero non hujus quae in ferramentis quibusdam ct in aliqua fabrili scientia ootitiaque versatur, sed illius Sapientiae, quae nullius indigens, vivax mens tt sola rerum primaeva ratio est. Est autem hic amor Sapientiae intclligentis animi ab illa sapientia illuminatio ct quodammodo ad scipsam retractatio «tque advocatio ut videatur Sapientiae studium divinatatis et purae mentis dims amicitia *(Erudit. Didascal.,* lib. 1, cap. 3, fol. 1, col. 4. Opera, t. III, Vcnetiis, 1588). Quod si verum constituit, jam non solum ea studia in quibus tel de rerum natura vel disciplina agitur morum, verum etiam *omnium humanorum actuum seu studiorum rationes non tneongrie ad Philosophiam foiinere dicemus.* Secundum quam acceptionem sic Philosophiam definire

tesii vel potius Baconis a Verulamio [1] manavit aetatem.

Exinde enim soli Mctaphysicae incoepit reservari Philosophiae nomen, ita tamen ut *excursiones* quasdam per omnes scientias *aliquando* et facere possit et faciat.

Postquam vero saeculo XIX scientiae experimentales *majorem aetatem* attigerunt, *autonomiam,* ut ajunt, adeptae sunt, ita ut cum Metaphysica, cui soli nomen Philosophiae attribuitur, paris sint aequalisque juris, quin et plerumque *superioris.* Unde et nonnulli tentamina fecerunt ut Metaphysica evaderet *empirica,* sicque cum illis *empiricis* scientiis adeo excultis *alternare* et colloqui posset in nova illa et democratica scientiarum Republica.

In quo tamen evidenter reapparet vulgaris illa notio

possumus: *Philosophia est disciplina omnium rerum humanarum atque divinarum rationes plene investigans.* Nec movere debet quod supra diximus Philosophiam esse amorem et studium Sapientiae, non hujus quae instrumentis explicatur, ut est architectura, agricultura et caetera hujusmodi, sed ejus Sapientiae quae sola rerum primaeva ratio est. *Potest namque idem actus et ad Philosophiam pertinere secundum rationem suam et ab ea excludi secundum administrationem.* V. gr., ut de praesenti loquamur, agriculturae ratio philosophi est, administratio rustici. Praeterea opera artificum, etsi natura non sint, imitantur tamen naturam et sui exemplaris formam (quae natura est qua imitantur) ratione exprimunt. Vides jam qua ratione cogimur Philosophiam in omnes actus hominum diffundere, ut jam necesse sit tot esse Philosophiae partes quod sunt rerum diversitates ad quas ipsa pertinere constiterit.» *(Ibid.,* cap. 5, fol. 2, col. 1-2.)

[1] Nam Cartesius expresse dicit: «Explicare illis voluissem quid sit Philosophia, initium faciendo a rebus maxime obviis, cujusmodi sunt Philosophiae voce sapientiae studium denotari, ct per Sapientiam non solum prudentiam in rebus agendis intclligi, verum etiam *perfectam omnium earum rerum quas homo novisse potest scientiam,* quae ct vitae illius regula sit et valetudini conson andae artibusque omnibus inveniendis inserviat.» (Renati Descartes, *Principia Philosophiae,* epistola auctoris ad Principiorum Philosophiae interpretem Gallicum, quae praefationis loco esse potest. Edit ultima, Amstelodami, 1692).

Baco autem a Verulamio Sapientiam seu scientiam proprie dictam ad empirismum reduxit, quamvis ipse loquatur adhuc dc Metaphysica et de Philosophia Prima, inter quas distinctionem ponit.—Cfr. Francisci Baconis a Verulamio vicccomitis S. Albani, *De Dignitate et augmento scientiarum libri IX,* ad Regem suum, Parisiis, 1624.

Philosophiae apud antiquos inventa; sive enim *excursiones* appetantur, sive *contactus* cum empirismo procuretur, *signum* est quod Metaphysicus concipitur ut *omnisciens* —in quantum homini possibile est—, et consequenter Philosophia, cum Metaphysica identificata, intelligitur quasi scientia humana *universalis.* Alii vero, empirismo nimis addicti, qui Metaphysicae possibilitatem negant, hoc ipso respuere debent possibilitatem ipsius Philosophiae; omnis enim scientia realis, ut dicunt, continetur jam in aliqua scientia experimentali. Sed de his, alias.

Stat ergo quod omnes *philosophi* omnium temporum *vulgariter* concipiunt Philosophiam quasi *eminentem quamdam cognitionem omnium rerum humanitus cognoscibilium,* et haec est ipsa *vulgaris* ct *lata* significatio nominis *Sapientia.*

CAPUT SECUNDUM

DEFINITIO REALIS PHILOSOPHIAE

Definitio realis est duplex: alia *descriptiva* seu accidentalis, quae fit per causas extrinsecas vel etiam per actus et accidentia *propria;* et alia *essentialis,* quae fit per causas intrinsecas, maxime per causam *formalem.* Non enim causae *exirinsecae ingrediuntur* essentiam alicujus rei. Procedendo ergo a posteriori, quasi a signis ad signata, incipiendum est a definitione descriptiva.

Art. i. Definitio descriptiva vel accidentalis.

Ut modo dictum est, definitio *descriptiva* dupliciter eri potest: *uno modo* per *actus* et *accidentia propria,* hoc cst' ,Per *ProPnetates* rei definiendae; *alio modo* per *causas Wrinsecas.*

^um autem cognitio nostra *ex sensibilibus* oriatur, quae sunt et *actualia,* prior quoad nos est cognitio lac-
^um seu actuum quam cognitio causarum. Prius ergo a <-nda est descriptio Philosophiae per proprietates ejus ™ Per causas ipsius.

u l rursus proprietates dupliciter considerari possunt: n° modo a posteriori et quasi ab extrinseco *(inductive);*

alio modo a priori et quasi ab intrinseco ex causis a quibus naturaliter erumpunt *(deductive):* in primo casu proprietates illae considerantur in concreto, hoc est, in re aliqua existente et individual!; in secundo vero quasi in abstracto et universaliter. Aliis verbis: secundum primum modum fit descriptio philosophi in recto ex qua resultat quasi in obliquo descriptio ipsius *Philosophiae,* qua philosophus formaliter constituitur; secundum alium vero est e converso, nam per se fit descriptio Philosophiae et nonnisi per accidens descriptio philosophorum, secundum quod conveniunt in forma philosophiae.

Atqui impossibile est *formaliter* cognoscere proprietates hujusmodi, non cognitis causis ejus, praesertim formali.

Superest ergo ut describatur Philosophia in concreto per descriptionem diversorum, qui vulgo philosophi dicuntur, ex qua per quamdam collationem extrahi possit inductive quaedam notio realis et universalis Philosophiae h De proprietatibus vero formaliter et deductive sumptis sermo redibit in ultima parte quaestionis hujus, ut initio promissimus. Sic enim philosophando circa ipsam philosophiam Philosophiae, *philosophice* procedemus, *exercendo* simul id quod *signate* docemus, quemadmodum Aristoteles et S. Thomas facere consueverunt1.

1 Ita docuit Aristoteles venari definitiones, 77 *Post., XII,* 21-22 (I, 166, 45-60; 168, 1-10) ubi concludit inductive definitionem magnanimatatis post considerationem diversorum magnanimorum, ut fuerunt Alcibiades, Achilles, Ajax, Lysander et Socrates (Cfr. S. Thom., Icct. 16, n. 3).

2 V. gr., in venatione definitionis animae in communi. (Cfr. Arist., *II de Anima,* II per totum (III, 445-447) ct S. Thom., h. 1., Icct. 3 et 4.)

§ I.

DESCRIPTIO PHILOSOPHIAE PER ACTUS PROPRIOS SEU PER VITAM PHILOSOPHORUM, HOC EST, QUASI PER EFFECTUS PROPRIOS IPSIUS PHILOSOPHIAE.

Interminabilis foret sermo —nec ad rem veniret— si vitam singulorum philosophorum describere conaremur. Quantum ergo satis est ad concludendam per sufficientem inductionem, quasi notam caracteristicam typi philosophici et, per consequens, ipsius Philosophiae, breviter considerabimus vitam philosophicam1 quorumdam philosophorum omnium temporum, qui ab omnibus uti veri philosophi et agniti et salutati sunt.

Ex antiquis seligimus Thaletem, Anaxagoram, Pythagoram, Platonem et Aristotelem; ex medio aevo, S. Thomam; ex modernis autem, Cartesium et Balmes.

i. *Thales* ergo *Milesius,* qui quasi fundator, vel saltem initiator, exstitit philosophiae graecac 2, cum prius negotiis publicis et politicis navaret operam, sicut ct alii ex septem sapientibus, postmodum, honoribus et divitis contemptis 3;*

‘ Patet enim quod vita philosophica, quae est manifestativa Philosophiae, ipsa ostenditur per actus philosophorum, sicut vita viventium manifestatur per eorum actus vitales. Sumitur ergo vita philosophica pro vita propria philosophi in actu secundo considerata.

1 Cfr. Aristot., *I Metaph.,* II, 4 (II, 472, 20-24) et alibi pluries, ct Plutarch., *De Placitis Philosophorum,* I, 3, 1, edit, cit., 1066, 27-2S.

• «Thales Milesius, ait ad rem S. Thomas, fuit unus de septem sapientibus qui primus incoepit studere in philosophia naturali, aliis sex sapientibus circa res humanas occupatis, cujus factum habet quamdam considerationem utilem ad adquirendum pecunias, quamvis adseribatur non ad cupiditatem pueuniae sed ad Sapientiam... Cum enim exprobraretur sibi ab Lquibus quod pauper esset, ct quod sic *sua philosophia esset sibi inutilis,* toraidcravit *per Astrologiam,* cujus erat peritus, quod in futuro anno, futura tiiet ubertas olivarum praeter consuetudinem, nam in praecedenti anno etiam fuerat olivarum ubertas: ut plurimum autem olivae deficiunt post zerutem. Cum igitur adhuc in hieme esset abundantia olivarum, dedit cultoribus olivarum in duabus civitatibus, scilicet Mileto ct Chio paucas itcunias pro arrha fructus futuri anni, qui parum credebantur crescere. Quando ergo venit tempus olivarum, multis simul et subito quaerentibus

ad naturae contemplationem totum se dedit, sepositis, ut plurimum, antiquorum poetarum figmentis \

Quo autem Sapientiam melius assequeretur, Aegyptum petiit, ubi cum sacerdotibus et astrologis congressus est, quemadmodum ipsemet narrat in epistola quadam ad Pherecydem [1]. Deinde, in patriam redux, tantum in rerum agnitione profecit, ut nullo praeceptore usum, sed omnia proprio marte repetisse videretur[3].

Innumera ejus inventa eclipses Solis et Lunae astrorumque revolutiones recensentur; verum non in his, sed in spiritu et ardore, quibus ad illa investiganda ducebatur animus noster est figendus.

Id quod facto quodam —anechdotem vocant— apparet. Narratur enim de ipso quod «quum, ut consueverat, una cum ancillula sidera inspecturus atrio domus exiisset, immemor ut sese loci situs haberet, *dum totus est in contempiandis sideribus, in preceps cecidit*» [2] «ejulantique, vetula, quae commitabatur, dixisse: σὺ γάρ, ὠθαλή, τὰ ἐν ποσὶν ov δυνάμενὸ ἰδεῖν, τὰ επὶ too ουρανού οἴει γνώσεσθαι [3].

2. Similiter et *Anaxagoras.* «Hic enim non modo generis gloria ct opibus, verum animi quoque magnitudine clarissimus fuit: quippe qui universum patrimonium suis sponte concessit. Nam insimulatus ab iis, quod opes negligentia minueret, Quin vos, inquit, ista curatis?, ac tandem, his omissis, *in contemplanda rerum natura totus erat, a Reipublicae negotiis alienus;* sed adeo, ut cuidam se ita compellanti, *Nullane tibi patriae cura est?,* dixerit: εὐφήμει, ἐμο! γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τή πατρίδα , digitum in coelum intendens [4].

^Rogatus cujus rei causa natus esset: ει θεωρίαν, inquit, ἡλιον καὶ σελήνη καὶ οὐρανοὔ» [5].

3. *Pythagoras* quoque «quum esset juvenis ac discendi studiosissimus (φιλομαθή απεδήμησε), patriam linquens, cunctis fere barbaris graecisque mysteriis initiatus est. Itaque Aegyptum petiit, quo tempore Polycrates Amadisi per epistolam illum commendavit, illorum linguam, ut Antipho tradit in eo libro quem de iis qui virtute principes fuere scripsit, edidicit, atque apud Chaldaeos conversatus est et Magos. Deinde in Creta una cum Epimenide descendit in Idaeum antrum. In Aegypto quoque adyta ingressus est, et de diis quae arcana habentur didicit[6].

Namque *Maximo cum studio et accurato judicio* templa obiens omnia prophetas et sacerdotes, quibus utebatur, in sui amorem admirationemque excitavit et, singulis exacte perceptis, *non praetermisit quin etiam cognosceret quidquid sua aetate celebre foret, sive viri essent sapientia nobiles sive initia quomodocumque culta, nec loca invisa reliqui in quibus se inventurum aliquid amplius putabat.* Qua de causa ad omnes profectus est sacerdotes, quo quisque excelleret sapientiae genere erudiendus. Itaque viginti duos annos in Aegytop commoratus in adytis templorum Astronomiam tractavit et Geometriam, omniaque deorum initia non in transcursu neque obiter addidicit, donec a Cambysis milite inter captivos Babylonem abductus est, ubi cum Magis lubentibus ipse lubens versatus illorum studia summamque perdidicit religionem et numerorum musicaeque artis et reliquarum disciplinarum fastigium assequutus, post annos duodecim Samum rediit» [7].

4. Eamdem viam ingressus est *Plato.* Relicta enim poesi, quam adolescentulus coluerat, Socratisque discipulus effectus, rerum contemplationi ardenter incubuit. Mortuo autem Socrate, quem per annos octo praeceptorem habuit, «Megara se *ad Euclidem* cum aliis aliquot Socraticis contulit.

cmerc olivas, taxavit pretium sicut voluit, et sic, colligens multas pecunias, ostendit quod *philosophis facile est ditari si volunt, sed non est studium eorum ad hoc,* ct per hunc modum Thales ostendit suam Sapientiam.» *(In I Polit.,* lect. 9, edit. Pian., fol. 13, col. 3-4.)

1 Cfr. Aristot., *Metapn., loc. supra cit.,* et XIII *Metaph.,* IV, 4 (II, 634, 44-49) et alibi.

2 Apud Diog. Lâertium, *Vitae Philosophor.,* lib. 1, cap. 1, n. 43, pp. IO-II.

3 Diogenes Laertius, *ibid.* n. 27, p. 6, 50-51; Plutarch., *De Placitis Philosophor.,* I, 3, 1 (1066, 29-30).

4 *Epistola* Anaximenis *ad Pythagoram,* apud Diog. Lâert., op. cit., lib. 2, cap. 2, n. 4, 34, 1-5.

5 Diogenes Laertius, op. cit., lib. 1, cap. 1, n. 34, p. 8, 31-35. Idem legitur apud *Philosophotimcna,* cap. 1; inter opera Origcms, edit, cit.; t. I, p. 878.

1 Diogenes Laertius, op. cit., lib. 2, cap. 3, n. 6-7, p. 34, 36-43-

1 Diogenes Laertius, op. cit., loc. cit., u. 10, p. 35, 36-38.

' Diogenes Laertius, op. cit., lib. 8, cap. 1, n. 2-3, p. 205, 20-2S.

* Jamblichus, *De Pythagorica vita,* cap. 4, n. 18-19, edit, cit., p. 19, S-J0. Cfr. etiam Porphyrium, *Dc Vita Pythagorae,* cad. edit., p. S9-90.

Hinc Cyrencm profectus, *Theodorum mathematicum audivit,* atque inde *in Italiam ad Pythagoricos Philolaum atque Eurytum concessit.* Ab Ilis se *in Aegyptum ad prophetas vel sacerdotes recepit,* quo et Euripidem ajunt una cum ipso profectum esse» \

5. Pariter et *Aristoteles* qui *«prorsus summo studio atque industria fuit* inventionisque incredibili copia viguit» et, quamvis balbutie lingua ejus laboraret, mens tamen ipsius perspicacissima et expeditissima erat, adeo ut, cum Plato Xenocrati conferret, *Aristotelem freno, Xenocratem diceret egere calcaribus*3. Alexandri Magni praeceptor effectus, itinera plura confecit; ejus vero diligentiae in rebus persciustandis et in aliorum volvendis scriptis litteraria monumenta, quae reliquit, fidem faciunt. Unde et Ludovicus Vives, Aristotelismo non adeo affectus, mea scribere non dubitavit: «Fuit vir ille, quidem sententia, *ingenii acumine, prudentia, diligentia atque studio, omnium cujuscumque aetatis scriptorum facile praestantissimus**4.

6. Jam, si *Aquinatis* vitam consideremus, apparet tota veritati sacra. Puerulus adhuc, vehementer a praeceptoribus quaerit quid sit Deus; grandior effectus, domesticorum persequutiones obliviscitur philosophando; virilem aetatem ingressus, «cum semel apud Ludovicum gallorum regem cocnaret et caeteri quidem aliis de rebus sermonem haberent, *ipse suam contemplationem pro more sequutus, ita sensuum omnium usum reliquit, ut sui ipsius oblitus, immobilis prorsus et atonito similis haeret ductusque contemplationis vehementia excusa pugno mensa, in eam notissiman vocem erumpere compulsus est, esse scilicet contra Manichaeos jam čonclusum* 5.

7. *Cartesium* autem quod attinet, audiamus ipsum de semetipso ita *modeste* loquentem:

1 Diogenes Laertius, op. cit., lib. 3, cap. 1, n. 6, p. 70, 20-22.
2 Diogenes Laertius, op. cit., lib. 5, cap. 1, n. 34, p. 118, 43-45.
3 Diogenes Laertius, op. cit., lib. 4, cap. n. 6, p. 94, 25-27.
* *De Causis corruptionis artium,* lib. I, cap. 4. Opera omnia, edit. Valentiae, 1782. t VI, p. 31.
4 *Vita S. Thomae Aq.* praeposita edit. Pianae, Romae, 1570.

«Ab ineunte, inquit, aetate ad litterarum studia animum adjeci; et quoniam a Praeceptoribus audiebam illarum ope certam et evidentem cognitionem eorum omnium, quae ad vitae utilia sunt, acquiri posse, *incredibili desiderio discendi flagrabam x.*

Et post pauca, antiquorum philosophorum exempla quasi aemulatus, ita pergit:

«Quapropter ubi primum mihi licuit per aetatem e praeceptorum custodia exire, litterarum studia prorsus reliqui, captoque consilio nullam in posterum quaerendi scientiam, nisi quam vel in meipso vel in vasto mundi volumine possem reperire, *insequentes aliquos annos variis peregrinationibus impendi, atque interea temporis, exercitus, urbes aulasque exterorum principum invisendo, cum hominibus diversorum morum et ordinis conversando, varia hinc inde txperinienta colligendo et nieipsum in diversis fortunae casibus probando, sic ad omnia, quae in vita occurrebant attendebam ut nihil ex quo eruditior fieri possem mihi viderer omittere.* Quippe multo plus veritatis inveniri arbitrabar in iis ratiocinationibus quibus singuli homines ad sua negotia utuntur et quorum malo successu paulo post puniri solent, quum non recte judicarunt, quam in iis quas doctor aliquis otiosus in Musaeo sedens, excogitavit circa entia rationis aut similia quae ad usum vitae nihil juvant, et ex quibus nihil aliud exspectat nisi forte quod tanto plus inanis gloriae sit habiturus, quo illae a veritate aut sensu communi remotiores; quia nempe tanto plus ingenii atque industriae ad eas verisimiles reddendas debuerit impendere. Ac semper *scientiam verum a falso dignoscendi sumno studio quaerebam,* ut rectum iter vitae clarius viderem et majori cum securitate persequerer.» 2

8. Porro *Balmesii* notus est spiritus philosophicus, adeo ut Card. Gonzalez *typum philosophi christiani* appellare non dubitaverit3. Plerumque enim, vel solo librorum indice inspecto, caput suum proprio circumvolvens pallio, ostiis fenestrisque clausis, in longam et profundam meditationem -trium vel quatuor horarum— rapiebatur, ut sic quasi proprio marte solutionem quaestionum inveniret; id quod.

1 *De Methodo,* p. 2-3 (edit, cit., Opera philosophica, t. II).
2 *Op. et loc. cit.,* p. 6.
» *Historia de la Filosofia,* 2.“ edic., t. IV, p. 454· Madrid, 1886.

dum Summam Theologicam addisceret, pro votis successit pluries; nam saepe solutio ejus cum solutione S. Thomae concordabat. «Mi cabeza, ajebat, es en esas ocasiones *un hervidero»* \

In his omnibus facile est videre elementum quoddam commune —*spiritum* dicam— in quo praedicti philosophi conveniunt; nam itinera illa unice suscepta sunt *propter amorem sciendi;* pariter honores, divitias caeteraque vitae commoda, ab aliis hominibus tam fortiter concupita, eadem de causa contempserunt, *quia* nempe *liberum animum non relinquunt ut contemplationi vacare possit.* Denique, quod Thales in foveam inciderit, quod Anaxagoras de rebus politicis patriae suae non curaverit, quod Pythagoras et Plato tot vitae periculis se exposuerint, quod S. Thomas inurbanus apparuerit, quod demum Aristoteles, Cartesius et Balmes tam ardenter mediationi se dederint, in eamdcm resolvuntur causam, quia scilicet *amore sapientiae capti et vulnerati eram.*

Altissimarum enim rerum contemplatione distracti et quasi illaqueati, ea quae inferiora sunt sive in terra sive in conversationibus hominum, animo non advertebant[1], et propterea ab hominum turba ut imprudentes vel inurbani vel saltem ut inutiles reputati sunt. Philosophus ergo est *professor sapientiae, investigator veritatis, homo contemplationi deditus 3.*

Quod quidem cxsamussim respondet descriptioni Philosophi, pulcherrime a Platone traditae, quae sic se habet:

—«Si in me ostendere cupis quo pacto amatores afficiantur, disputationis gratia hoc accipio. Quid *vini avidos?* nonne *similiter*

1 Cfr. Narc. Roure, *La Vida y las obras de Balmes,* p. io, i6. Madrid, Pcrlado Pârz, 1910.

- Ncc de hoc curabant; «Non enim pertinet ad perfectionem intellectus mei quid tu velis vel quid tu intclligas cognoscere; sed solum quid rei veritas habeat» (I, q. 107, art. 2), et propterea innutilcm reputabant talium cognitionem: «unde et *curiosi* dicuntur qui sunt *scrutatores conscientiarum proximi (III Sent., q. 35, art. 3, qla. 3),* non autem *studiosi nec philosophi.* Certe, qui naturaliter *curiosi* sunt, *non habent temperamentum philosophicum.*

3 S. Thomas *in I Ethic.,* lect. 6, fol. 5, coi. 3, initio.; *I de Coelo et Mundo,* lect. 22. n. 5; *VII Polit.,* lect. 11, fol. 133, coi. 2-3.

vides quodlibet vinum quacumque capta occassione vehementer exspuere?

—Valde.

—Quin etiam animadvertisse te arbitror quod *ambitiosi homines,* si exercitus totius praefecturam assequi nequeant, saltem tribuni effici volunt; ac, nisi a magnis venerandisque hominibus honorentur, honorem ab ignobilibus accipiunt, utpote qui *honorem prorsus affectent.*

—Magnopere.

—Fateberis hoc an non? Num eum, quem amare quidpiam dicimus, *omnem* illam rem *ardere* dicemus? an *partim* exoptare rem eam, *partim* nequaquam, fatebimur?

—*Omnem.*

—Nonne ergo *Philosophum sapientiae studiosum* esse dicemus rou *hujus quidem avidi, illius non, sed omnis potius sepientiae?*

—Vera loqueris.

—Eum igitur, qui aliquam odit doctrinam, praesertim dum est juvenis neque, dum ratione delectum habet, quid conferat quidve non conferat discernentem, nequaquam discendi cupidum vel sapientiae amatorem esse asseverabimus; quemadmodum illum, qui fastidit epulas neque esurire dicimus, neque epulas concupiscere, neque amatorem cibi, sed contemptorem vocamus.

—Et merito quidem.

—*Hominem vero, ad quamlibet doctrinam degustandam propensiorem, ad discendum promptissimum* et *inexplebiliter inhiantem,* merito *Philosophum nuncupabimus, nonne?*

—Hic Glauco assensus. At vero, inquit, multi et absurdi quidem homines tales esse comperientur. Nam qui spectaculorum avidi sunt discendi cupidi omnes esse videntur, et ad audiendos curiosos homines, absurdum est philosophos dicere, qui ad rationem discendi disserendique haud libenter accedunt; verum ad omnes choros protinus audiendos, quasi auribus mercedc conductis, in Bachanalibus obversantur, necnon omnes, sive in urbe sive in pagis agantur, audire percupiunt. Numquid istos omnes, ac alios talium quorumdam percipiendorum cupidos et artibus vilissimis incumbentes, philosophos nominabimus?

—Nullo modo, sed philosophis similes:

—*Veros autem philosophos, quos appellas?*

—*Veritatis inspiciendae cupidos x.*

1 *De Rcptiblica,* lib. 5, edit, cit., t. V II, p. 55~57·

Et alibi pergit:

Socr.—«Illi igitur philosophi ab ineunte aetate primum quidem *viam ad forum ignorant,* neque judicium aut consilium aut concilium civitatis aliud ubi sit norunt: leges autem decretaque, vel promulgata vel scripta, nec vident nec audiunt. Factiones autem sodalitatum, quae ad magistratus creandos spectant, et congressus et coenas et lasciviora convivia neque somniant quidem. Jam bene an male urbs jam olim se habuerint, aut quod cui malum turpisve notam a majoribus suis, seu feminis seu viris sit, magis eos latet quam maris, ut dici solet, arenae. Atque haec omnia etiam nescire se nesciunt; *neque enim vulgaris gloriae gratia ab his abstinet sed revera corpus dumtaxat illius in urbe habitat atque versatur,- mens autem haec omnia parvi, inimo nullius aestimans, passim volat,* ut ait Pindarus, *et quae sub terra sunt et quae supra dimetiens et arte coelum transcendens, omnem perscrutata naturam rerum omnium, quae ad universum pertinent, his autem quae prope sunt solis nullo modo applicans se.*

Theod.—Quo pacto id ais, o Socrates?

Sorc.—*Quemadmodum Thaletem, dum coelum suspiceret intentus sideribus, in foveam cadentem Thracensis quaedam ejus ancilla concinna et lepida arguisse dicitur, quod quae in coelo sunt, pervidere contenderet, quae vero proxima et ad pedes non videret. Idem similiter omnibus, qui in Philosophia versantur objici potest;* latet enim Philosophum non modo quid agat ejus proximus, sed fere hominem sit an brutum; *qui'd autem homo ipse et quid ipsius naturae maxime conveniat agere aut pati, exquirit et laboriose perscrutatur.* Intelligis, 0 Theodore, an non?

Theod.—Intelligo equidem et, quod dicis, approbo.

Socr.—Enimvero, 0 amice, ut in superioribus diximus, si quando *vir talis,* vel privatim cum aliquo, vel publice in judicio, sive alibi de his, quae ad pedes et in conspectu sunt, disserere cogitur, *risum movet,* non Thraccnsibus solum, verum etiam reliquae turbae, *quippe cum in foveas ambiguitatesque multas propter harum rerum imperitiam incidat.* Sed et *ineptus ac indecorus gestus stoliditatis opinionem de eo inducit.* Nam et in conviciis nihil habet quod privatim alicui exprobret, ut qui nihil mali de ullo aliquo novit, eo quod nullam ullius curam habuit; *ambiguus* igitur, *ridiculus apparet,* ct in locutionibus et jactationibus aliorum non similate, sed revera ridere compertus, *delirus esse videtur.*

Etenim *quum tyrannum aut regem laudari audit,* subulcum aliquem aut pastorem ovium aut bubulcum extolli existimat, quod abunde mulgeat, id tamen intéressé censet, quod reges et tyranni infensius ct insiodiosius animal curent et mulgeant; agrestes vero et rudes non minus propter otium quam pastores, illos esse necesse est, sicut moenibus in urbe circundatos, ut pastor caula in monte.

Cum vero agroruni decem millia jugera aut plura etiam praedicari audit, quasi magnum quippiam ab illo, qui habet, possideatur, exigua quaedam audire se putat, quippe qui universum terrae orbem spectare sit solitus.

Quoties praepterea quis generis nobilitatem refert, quod septem avos divites omnes enumerare valeat, hebetis nihilque magnum propter ignorantiam cogitantis animi laudes hujusmodi censet, quasi ac totius mundi naturam respicere nequeat, et videre quod innumeri unumquemque nostrum avi atque proavi antecesserunt, quorum in numero divites et inopes, reges et servi, barbarique et graeci innumerabiles cuique fuerunt.

Quin *et si quis stirpem quinque et viginti majorum dinumerat* ct in Amphitryonidem Herculem originem refert, indigna memoratu res illi videtur; quod enim ille jam inde ab Hercule quintus et vigesimus talis est cum talem fortuna fecerit, etiam si quinquagessimus ab Hercule sit, ridet, tanquam eos qui reputare et abigere insane mentis vanitatis non possint.

In his omnibus Philosophus vir vulgo deridetur partim quia superbus contcmptorque apparer, partim quia, quae ante pedes sunt, ignorat, et in singulis ambigit.

Thcod.—Rem ipsam, o Socrates, *ut accidit, enarrasti"* ↘

Et S. *Thomas praeclare dixerat:*

«Dicit ergo primo (Aristoteles) quod, quia *prudentia* est *circa bona humana, Sapientia* autem *circa ea quae sunt homine meliora,* inde est quod *homines* (vulgus) dicunt *Anaxagoram* et quemdam alium Philosophum, qui vocabatur *Thales, et alios similes,* esse quidem *Sapientes, non autem prudentes,*- eo quod *homines vident eos ignorare ea quae sunt sibi ipsis utilia, et dicunt eos scire inunita et admirabilia,* quasi excedentia communem hominum notitiam, *et difficilia,* quia indigent diligenti inquisitione, *et divina propter nobilitatem naturae.*

Ponit autem *specialiter exemplum de Thalete et Anaxagora, quia specialiter super hoc reprehensi sunt.*

Cum enim *Thales* exiret domum, ut astra consideraret, incidit in foveam eoque lugente, dixit ad cum quaedam vetula: *'I u quidem,*

i *Theaciet.,* edit, dt., t. II, p. 115-119·

0 Thales, quae ante pedes sunt, nequis videre et quae in coelo sunt putas cognoscere?

Anaxagoras autem, cum nobilis et dives esset, paterna bona suis dereliquit, et *speculationi naturalium se dedit, non curando dt politicis;* unde ut negligens reprehendebatur. Et dicenti sibi: *non est libi cura patriae? respondit: mihi patria valde curae est, ostenso coelo.*

Ideo autem *homines* (vulgus) dicunt eos scire *inutilia,* quia *non inquirunt de bonis humanis,* propter quod etiam non dicuntur esse *prudentes;* nam *prudentia est circa bona humana»x.*

Unde verissima sunt quae *Buddeus* ad rem scribit:

«Qui ad sapientiae studium animum adjecerunt apud veteres, vario atque multiplici labore ad istud contenderunt culmen, quod illorum memoriam leto eripuit, propagavitque ad omnem posteritatem. Nec domesticos consuluisse doctores satis erat. Quidquid arcani atque reconditi remotissimae continebant gentes istud rimabatur atque perquirebat *insatiabilis discendi aviditas. Non labori, non sumptibus statuebant modum. Doctrinam scientiamque minoris aestimari quam vel amplissimas atque immensas opes, piaculum erat et summum nefas. Unicum quippe exhausti laboris, peragrati orbis vitaeque mille descriminibus expositae pretium habebatur, recte sapere vitamque componere ad quamvis fortunam.* 2

Secundum praedicta ergo talis erit *descriptio Philosophiae: forma illa (qualitas vel habitudo) vi cujus homines quidam, Philosophi nuncupati, ita mirabilium rerum contemplatione allecti rapiuntur, ut a contingentibus physicis vel moralibus abstrahantur, sicque in mundo quasi extra mundum vitam degere videantur.*

§ II

DESCRIPTIO PHILOSOPHIAE PER CAUSAS EXTRINSECAS

Ex his quae modo dicta sunt patet jam gressus *ad causas* Philosophiae investigandas. Et quidem, quia *a posteriori* et *quasi ab extrinseco* procedimus, *prius* inquirendae veniunt

x S. THOMAS, *in VI Ethicor.,* lect. 6, fol. 80, col. 1,

2 *Op. cit., Exercitatio historica de peregrinationibus Pythagorae,* § I, p. 4.

causae extrinsicae, quae ad *descriptionem,* ut supra diximus, reducuntur.

Sunt autem *duae causae extrinsecae, efficiens* nempe et *finalis,* quarum prima a secunda pendet in causando, licet secunda pendeat a prima in essendo E

Quia ergo de Philosophia, non in actu exercito, sed *in actu signato* loquimur, videtur etiam quod causae ejus *signate* et *non exercite* considerandae sint, hoc est, non in essendo, sed in causando, et, per consequens, incipiendum esse a causa finali; eo vel magis quod definitio tradita per causam finalem sit ratio definitionis datae per causam afficientem, sicut causa finalis est causa causalitatis causae elicientis.

Sed aliunde constat quod, cum fit sermo de causa finali Philosophiae, *non* quaeritur *finis operantis seu Philosophi,* qui extrinsecus *omnino* et, aliquando, per accidens, diversus esse potest, sed de *fine operis vel Philosophiae,* aut, si mavis, de fine Philosophi in quantum Philosophus formaliter est. Patet autem quod finis operis seu immanens determinari non potest ignoto opere cujus est, et nihilominus opus illud, totum quantum est, propter illum finem est, ab eoque consequenter rationem essendi trahit.

Ut ergo omnibus istis exigentiis satisfaciamus simulque Philosophiam *docendo exerceamus,* talis videtur esse congruus ordo procedendi, ut primo, quasi *ingrediendo,* describamus *genesim psychologicam Philosophiae,* quae erit *definitio genetica;* inde statim *procedemus* ad determinandum *finem ejus immanentem,* ad quem genesis illa tendit natura sua, et haec erit *definitio per causam finalem;* demum, quasi *regrediendo* a fine causaliter sumpto, concludetur *vera et realis causa efficiens* ejusque causalitas, et sic obtinebitur *definitio per causam efficientem,* quatenus formaliter effeiens est. *Nec* enim *idem sunt* definitio *genetica* et definitio per causam *efficientem proprie sumptam (definitio causalis);* nam illa datur per *modum* quo res ipsa fit; haec vero *per cau-*

1 Cfr. S. Thomam, II *Physic.,* lect. 5, n. 7; et V *Mctaph.,* lect. *2,* numera 774-775.

sationem causae per quam fit \ Attamen modus ille reducendus est in causam efficientem, licet quodammodo etiam pendeat a materia vel quasi materia *ex* qua vel *in* qua res fit. Erit ergo ipsa definitio per causam efficientem, non tamen perfecte et complete, sed *quasi materialiter et quadantenus a posteriori;* et ideo merito praecedere debet definitionem per causam finalem, a qua formalitcr pendent definitio per causam efficientem proprie et perfecte sumptam, quae, idcirco, erit ultimo tradenda 1.

A) *Descriptio philosophiae per modum quo in nobis fit (definitio genetica).*

Platonis[3] et Aristotelis[4] sententia fuit *Philosophiam* «occasionaliter», ut S. Thomas exponit [5][8] *ex admiratione ortum habuisse;* id quod merito dictum est. *Admiratio* enim

1 Sunt qui non distingunt inter definitionem *geneticam* et causalem, quarum tamen differentia manifesta est; nam in Mathematicis fiunt definitiones geneticae, sed minime dari possunt definitiones causales, quia Mathematica non concernunt nisi causam formalem. Cum enim omne agens agat propter finem, impossibile est dari definitionem per causam efficientem, quin ipso facto dari debeat per causam finalem; quae tamen a Mathematico nullo modo consideratur, ut perpetuo tradidit Aristoteles. Definitio autem genetica ex una parte respicit efficientem; et ex altera, materiam: in Mathematicis ergo fit secundum quod materiam concernit, quatenus haec radix est quantitatis, quae est eorum proprium objectum; non vero secundum quod efficientem quodammodo attingit, secundum quam adhibetur in Physica et in Metaphysica. Unde nihil mirum, si definitio genetica secundum diversas ejus formalitatcs diversimode dicatur de diversis scientiis.

2 Sicut enim impossibile est dari effectum sine causa, ita imposibile cst efficientem causare nisi propter aliquem finem; unde et impossibile quoque erit definitionem *per causalitatem causae efficientis* tradere nisi prachabeatur notio causae finalis. Atque ita in expositione nostra processum vere philosophicum et peripateticum sequuti sumus, eo vel magis quod in causa efficienti causaliter seu formalitcr sumpta *exercite* apparent ct finis et agens.

8 «Theodorus, o amice, non male de tuo ingenio conjectasse videtur; maxime enim Philosophis hoc usu venit, ut admirentur, *neque enim aliud praeter hoc est Philosophiae principium:* et qui Irim Thaumantis, id est, Admirationis filiam esse tradidit, non absurde originem ejus explicuit.» *(Theaeteto,* edit, cit, t II, p. 76.)

* Pluribus in locis, maxime tamen in I *Metaph.,* II, 8 (II, 470, 45-52^.

8 «Hoc ipsum quod est *stupere,* hoc cst, *vehementer admirari,* omnibus

in nobis *excitatur ad praesentiam alicujus facti rari, insoliti vel novi seu etiam magni, cujus tamen causam vel ignoramus penitus vel certe non plane attingimus.* Et quidem ab initio pauca admodum et magis manifesta et particularia admirata sunt; postmodum vero, plura ct occultiora et universaliora; demum, etiam universalissima et quae a sensibus valde remota sunt. Quia enim admiratio mixta est ex cognitione et ignorantia, secundum processum cognitionis, ita est et processus admirationis, quatenus respicit *rem* quae miratur. Unde S. *Thomas* egregie scribit:

«Illi, qui *primo philosophati sunt et qui nunc philosophantur, incipiunt philosophari propter admirationem* alicujus causae. *Aliter* tamen *a principio et modo;* quia

1. *a principio* admirabantur dubitabilia pauciora, quae magis erant in promptu, ut eorum causae cognoscerentur; sed

2. *postea,* ex cognitione manifestorum ad inquisitionem occultorum *paulatim* procedentes, incoeperunt dubitare de majoribus et occultioribus, sicut *de passionibus Lunae,* videlicet de eclypsi ejus et m 'tatione figurae ejus, quae variari videtur secundum quod diversimode se habet ad Solem: et similiter dubitaverunt *de his quae sunt circa Solem,* ut de eclypsi ejus et motu ipsius et magnitudine ejus; et *de his quae sunt circa astra,* sicut de quantitate ipsorum et ordine et aliis hujusmodi; et *de totius Universi generatione,* quod quidam dicebant esse generatum casu, quidam intellectu, quidam amore.» 1

Philosophis factum est *Philosophema,* id cst, philosophiae consideratio, vel *philosophandi occassio;* sicut in principio xMetaphys. dicitur, quod ex admirari incoeperunt homines philosophari.» (II *de Cocio et Mundo,* lect. *22,* n. *2* in fine.)

1 I *Aletaph.,* lect. 3, n. 54. Adverte pulcherrimam gradationem istius processus, qui cst ipsius textus aristotclici *(loc. cit.);* passiones enim Lunae sunt manifestiores, quia frequentiores, et omnes statim animadvertere possunt; sed passiones Solis sunt rariores, licet mirabiliores; et adhuc magis rarae sunt, vel saltem ita apparent, passiones cactcrorum astrorum; demum ascenditur a partibus ad considerationem totius universi. Ex quo disces quomodo Aristoteles *philosophando* Philosophiam doceat. Cfr. etiam I, q. 44, artt, et in *Job, prol.,* init. Similia docet alibi: «Nota, inquit, quod Sacerdotes n Aegypto propter admirari incoeperunt philosophari, videntes enim cclypses Solis ct Lunae et ignorantes causas mirabantur, causas carum inquirentes, quibus inventis, habuerunt scientiam cclypsium, co quod scire cst causam

Ex *novitate* facti, ut *cogniti,* exsurgit in nobis *delectatio,* nam et nova ct rara, et etiam cognitio ex se, delectare solem. Aliunde *ex ignorantia* causae, quatenus ignorantia est, oritur illico *stupor* quidam et quasi *timor* in parte sensitiva, quibus homo *quasi ad se retrahitur;* sed, quia naturaliter ratione comperimus non dari effectum sine causa, inde animus, delectatione illa imperfecta cognitionis effectus commotus, ad factum illud *extra porrigitur*[1] et ad investigationem causae ignotae concitatur, ut delectatio illa consummetur plcnaque sit per cognitionem illius causae. «Unde *admiratio,* ait S. Thomas, est *principium* philosophandi, sed *stupor* est philosophicae considerationis *impedimentum»* -, cum sit potius principium *stupiditatis,* eo quod *«stupens* timet et in *praesenti judicare et in futuro inquirere, admirans autem* refugit in praesenti dare judicium de eo quod miratur, timens defectum, sed *in futurum inquirit» 3.*

Et iterum:

«Est autem admiratio desiderium quoddam sciendi, quod in homine contingit ex hoc quod *videt* effectum et *ignorat* causam, *vel* c< hoc quod *causa* talis effectus *excedit cognitionem aut facultatem ipsius.* Et ideo admiratio est causa delectationis, in quantum habet adjunctam *spem* consequendi cognitionem ejus quod scire *desiderat.* Et propter hoc omnia *mirabilia* sunt delectabilia, sicut quae sunt *rara,* et *omnes repraesentationes* rerum, etiam quae *in se* non sunt delectabiles; gaudet enim anima in collatione unius ad alterum, quia conferre unum alteri est proprius et connaturalis actus rationis, ut Philosophus dicit in sua Poetica. Et propter hoc etiam liberari a *magnis periculis* est magis delectabile, *quia est admirabile,* ut dicitur in *I Rhetor» x.*

Et rursus:

«Admiratio non est delectabilis in quantum habet ignorantiam, sed inquantum habet desiderium addiscendi causam, et in quantum admirans aliquid novum addiscit, scilicet talem esse quem non aestimabat»[1].

Et *Ludovicus Vives:*

iNovitas omnis, inquit, *admirationem* parit, quae, postquam aliquandiu in ea subsistit mentis acies, *eastimulat ad quaerendum atque investigandum» 3.*

Motus ergo, quo Philosophia in nobis fit, *incipit a cognitione sensibili* et imperfecta alicujus phaenomeni seu facti magni et rari, ut puta ab eclypsi Solis vel Lunae, ex qua cognitione sequitur delectatio quaedam imperfecta, valde tamen dulcis. *Statim vero* ratio percipit illius effectus aliquam causam magnam esse; ad quod sequitur vehemens appetitus voluntatis quaerendi et videndi causam illam. Applicat ergo intellectum ad illius causae investigationem quam, *quum plene et perfecte attigerit,* expleritur in se plenam et perfectam delectationem, quiescendo valde dulciter in ejus contemplatione[4]. Unde

rei cognoscere. Cognita ergo causa, cognoscitur res ct, per consequens, cessat admiratio.* *(In lib. Boetii de Consolatione Philosophiae,* lib. 4, metr. 4, in fine, edit. cit. Cfr. etiam in I *Metaph.,* lect. 1, n. 33; VII *Politic.,* lect. 7, fol. 125, coi. i E; *in Mtt.,* cap. 2, edit, cit., p. 30 b.)

1 Unde admiratio videtur importare motum quemdam animi *ad* rem quae miratur fad-miratio). «Contingit tamen, ait alibi S. Thomas, quod ea quae quis a pueritia accipit, firmiter in memoria tenet *propter vehementiam motus,* ex quo contingit ut ea quae admiramur magis in memoria imprimantur. Admiramur autem nova pracC.pue et insolita; pueris de novo mundum ingredientibus major advenit admiratio de aliquibus quasi insolitis, ct ex hac causa firmiter memorantur.» *(De Memoria et Reminiscentia,* lect. 3, fol. 23, coi. 3 K.) *Stupor* autem est affectio quaedam *mixta* appetitus sensitivi et rationalis, ct ideo est passio *conjuncti:* unde et in schemate adjuncto *bis* ponitur, scii, in appetitu *sensitivo* ct etiam cx parte *voluntatis.*

3 I-II, q. 41, an. 4, ad 5.

3 I-II, q. 41, art. 4, ad 5.

1 I-II, q. 32, art. 8. Cfr. *in Mtt.,* cap. 14, edit, cit., p. 201 a; *in Joan.,* αp. i, lect. 7, p. 40 a; *in* II *Thcssal.,* cap. 1, lect. 1, p. 171 a; I, q. 105, art. 7; III, q. 5, art. 4; q. 15, art. 8; II *Sent.,* dist 18, q. 1, art. 3; III *Contra Gent.,* cap. 101; *de Pot.,* q. 6, art. *2,* et alibi.

* *Ibid.,* ad i. «Sed tamen, addit, *magis excitatur ex perceptione propriae ignorantiae:* unde maxime homo delectatur in his quae de novo invenit aut addiscit.» *(ibid.,* ad 2.)

3 *De instrumento probabilitatis liber unus* (Opera, edit, cit., t. III, p. 82).

4 Cfr. I-II, q. 32, art. 8 ad 2, et q. 3, art. 2 ad 4 et art. 3-5. «Remanet *naturaliter* homini *desiderium,* cum cognoscit effectum, et scit cum habere ausam, ut etiam sciat de causa quid est: et illud desiderium est *admirationis*

1. *tortninus a quo Philosophia incipit est*

a) ex parte potentiae cognoscitivae perceptio *alicujus facti sensibilis;* quod quidem

a) sub ratione *sensibilis sensu* apprehenditur.

b) sub ratione vero *facti* statim attingitur *ab intellectu* ad occursum rei sensatae;

PJ *ex parte vero potentiae affectivae* consurgit

a) delectatio sensibilis sensationi respondens,

b) et delectatio quaedam intellectiva imperfecta, sed spontanea, consequens intellectivam aprehensionem facti illius:

2. inde resultat a) *admiratio,* dum homo videt effectum, cujus causam, quae magna esse debet, ignorat; captus tamen illa delectatione

PJ ulterius *studiose inquirit* causam illam, nec quiescit donec ad ipsam pertingat, ct sic

3. *motus ille terminatur.*

a) et *ad plenam cognitionem completam* ex parte *intellectus.*

PJ et ad *quietem et delectationem completam* ex parte *voluntatis.*

Sicut ergo ex parte termini *a quo* mixtio quaedam habebatur apprehensionis et affectionis, per prius tamen apprehensionis quam affectionis; *ita* etiam ex parte termini *ad quem* per prius et formalius habetur cognitio intellectiva causae et per posterius tantum delectatio voluntatis in cognitione illa.

Nec tamen fieret *transitus* a termino *a quo* ad terminum *ad quem,* nisi *admiratio* interjiceretur. Jure igitur admirationi attribuitur origo Philosophiae per modum cujusdam incitamenti seu occassionis.

Quam ad rem ita egregie scribit auctor Metaphysicae, immerito quondam attributae *Alexandro Halensi,* ut facere non possimus quin aliqua verba transcribamus.

et *causai inquisitionem,* ut dicitur in principio Metaph.; puta, si aliquis cognoscens eclypsim Solis, considerat quod ex aliqua causa procedit, de qua, quia nescit quid sit, admiratur et admirando inquirit, *nec ista inquisitio quiescit quousque perveniat ad essentiam causae.*·· (I-II, q. 3, art. 8.)

I) ex parte *objecti: factum* aliquod *sensibile* rarum vel *insolitum* ct *magnum,* v. gr., cclypsis Solis vel Lunae.

- A) *initium* scu terminus *a quo (momentum: primum*
  - i) in parte *sensitiva*
    - a) *aprehensiva* (cognitio)
      - *a)* actus *sensus externi proprii,* v. gr. visus = apprehensio facti illius sub ratione *sensibilis.* (proportio).
      - b) actus *sensus interni,* scii, *cogitativae* = apprehensio facti illius sub ratione *rari et magni* (improportio).
    - β) *affectiva* (appetitio)
      - a) *delectatio sensibilis*
        - *(a')* consequens apprensionem (quasi attractio ex proportione)
          - a") *sensibilis* = delectatio *ex cognitione.*
          - a") *rari et magni* = delectatio *ex novitati.*
        - *b) tristitia quaedam* vel timor consequens apprehensionem *magni insoliti* = *stupor* (quasi retractio vel repulsio cx improportione aut dissonantia).
  - 2) in parte *rationali*
    - a) *apprehensiva* seu cognoscitiva (1.a *operatio* mentis)
      - a) quasi *positive* = *perceptio* illius sub ratione *facti* (proportio).
      - *b)* quasi *negative vel privative* = *perceptio* ejusdem sub ratione *magni et insoliti* (improportio).
    - β) *affectiva* scu appetitiva
      - *a) delectatio placentia voluntatis* vel *complacentia voluntatis facti* = delectatio *ex cognitione.*
        - consequens apprehensionem (quasi attractio cx proportione).'
          - a") *rari et insoliti*= delectatio*cxnovitate.*
      - *b) displicentia* vel *tristitia* quaedam consequens *magnitudinem facti insoliti* = *stupor* (quasi repulsio ex improportione).
- II) cx parte *subjecti* vel *philosophi*
  - i) *momentum secundum, tangentis* terminum *a quo.*
  - B) *medium* scu *processus*
    - β) ex parte *voluntatis.*
      - *a) affirmati-la')* quatenus *factum* = habetur: facturaj *causam.*
        - Illud
          - (a') quatenus *magnum* — habere debet «causam gnam»
            - *ma-jadmiratio causaliter.*
      - *b) negativum* cx improportione = causam illam magnam *non cognosco*
        - *a') volo* cognoscere *causam*
          - a") ct *vehementer* quidem causam illam *magnam*
            - *'admiratio*
        - *b) spes* = *crucior* hac ignorantia causae illius ct siti famc-lque pereo, sed *spero* me talem cognitionem consequi pose, ct ideo *ardentissime* cupio ipsam habere *causamque videre!* *formalittr.*
  - *2) tertium momentum, tangens* terminum *ad quem....]*
    - *a)* cx parte *intellectus* = *imperium categoricum: inquire causam illam.*
    - β) cx parte *voluntatis* = *usus activus: applicatio* intellectus *ad* eam *inquirendam* cui respondet ex parte intellectus investigatio et *discursus* = *usus passivus* (3· *operatio* mentis) *Studium.*
- C) *finis* seu tcrminusi) ex parte *intellectus* = *adeptio veritatis* per cognitionem causae illius: εὑρηχα. *Sapientia,* hoc est, *sapida scientia.*
  - *ad quem (momentum'2)* ex parte *voluntatis* = possessa *quies in* possessione veritatis et *gaudium de veritate*

«Notandum est, inquit, quod *iste* fuit *modus in inventione scientiarum;* Philosophi enim viderunt *quia* est, viderunt enim *quia* Luna deficit a lumine; videntes autem *quia* est, admirabantur *propter quid* est, *videntes* enim *quod* lumen deficit, *admirabantur propter quid* deficit, si enim scivissent causam hujus, scilicet *propter quid* deficit, non fuissent admirati; *omne enim mirandum consurgit ex eo quod scitur quia est, sed ignoratur propter quid est.* Philosophi ergo videntes *quia* est, coeperunt admirari; et quare hoc admirabantur, nisi quia ignorabant causas et coeperunt quaerere causas ut fugarent illam ignorantiam et quaerebant ipsum scire quod fugabat ignorantiam? Quando enim duo opponuntur, *si unum oppositum* cadit *sub fuga,* oportet quod *suum oppositum* cadat *sub appetitu;* ideo ergo *fugabant ignorantiam quia appetebant scire.* Unde notandum est quod *semper odium et fuga causantur ex amore;* non enim odio habeo aliquid vel fugio, nisi quia contrariatur alicui bono quod amo. Si ergo fuga fuit respectu ignorantiae, hoc fuit propter hoc quod *amor fuit ad ipsum scire* x.

Et 5. *Thomas* iterum profunde dicit:

«Voluntatem opportet quod praecedat aliqua cognitio. Est enim *duplex* actus voluntatis. Unus *imperfectus,* scilicet *appetere,* et *iste actus praecedit cognitionem perfectam* eorum quae acquiruntur in cognitione. Per appetitum enim sciendi aliquid movetur aliquis ad considerationem alicujus, cujus cognitionem considerando accipit; sed *tamen hunc actum voluntatis praecedit cognitio indeterminata,* qua res scitur in universali, et *per illam cognitionem imperfectam tendit appetitus in perfectionem* ipsius: si enim esset omnino ignotum, non quaereretur. Est et *alius actus voluntatis perfectus* quo voluntas *quiescit et placet sibi in re jam habita, et ita voluntas sciendi sequitur cognitionem perfectam* -.

Quae modo summarie et veluti crassa minerva diximus —non enim rudibus, sed praesertim sapientibus et philosophis loquimur, quibus verba illa sufficiunt ad reliqua intelligenda—, possunt hoc schemate contrahi uberiusque illustrari:

1 *In loc. cit. Aristot.,* edit. Vcnetiis, 1572, fol. 9, coi. 3. Verus auctor est Alexander ah Alexandria, O. AI. Cfr. Hirter, *Nomenclator Htt.*. t. II, edit. 3.·, coi. 468-469. Oeniponte, 1906. Cfr. etiam Alex. Aphrod. ct Averroem *in h. I.*

2 I *Sent.,* dist. 6, exposit. textus, initio. Cfr. etiam I-II, q. 27, art. 2, ad i ct 2.

Unde patet quod genesis Philosophiae, integraliter sumpta, *circulo quodam* perficitur; nam *incipit a motu objecti in subjectum* per cognitionem, quae contingit secundum quod cognitum est in cognoscente, et *terminatur in motum subjecti ad objectum* per gaudium de objeto illo intime cognito ex causa propria ejus; gaudium enim, sicut et quilibet actus voluntatis, est motus ad rem in se \

Ex parte autem cognitionis, quae est id quod est magis formale in Philosophia, *motus* incipit *a sensu* et terminatur *in intellectu,* qui conformatur *intelligibili latenti in re illa sensibili sensu percepta.*

Quod autem dicitur de uno objecto, proportionaliter dicendum est de aliis, et quia illa objecta se habent inter se secundum prius et posterius, ideo, statim, ac ad fastigium totius Philosophiae per cognitionem Primae Causae Universalis perveniatur, abstrahi poterit analogice *genesis* quaedam proportionalis *totius* Philosophiae.

Sedulo etiam adverte quomodo ab illo simplici phaenomeno, quod primo objicitur, *omnia* trahantur quae ad sensum et intellectum, ad appetitum et voluntatem quoquomodo spectant; nam et *omnes* illae facultates et carum actus proportionales sunt[2]. Secundum hoc ergo *omnia* illa sunt *proportionaliter et quodammodo resolvenda, per deductionem quamdam, ad sensum et sensibile illud;* ut sic habeatur quasi *quidam syllogismus expositorius,* juxta ea quae S. *Thomas* post Aristotelem adeo profunde docuit scribens:

> ^*Judicium* enim fit *per resolutionem in principia;* unde *de omnibus* oportet nos *judicare* secundum id quod *sensu accipimus,* ut dicitur in III Coeli et Mundi», nam et «sensus... *est primum principium nostrae cognitionis* [3], et sic «αδ *eo* (scilicet sensibili singulari cuius est sensus) *incipit nostra cognitio ad universalia procedens et ad ipsum terminatur in via descensus* «Et quia singularia proprie

[1] Cfr. I, q. 16, art. i ct alibi passim.

[2] Et proptcrca appetitus elicitus dividitur secundum divisionem apprehensionis, quae analogice dicitur de sensu ct intellecti, ut alibi dictum est. Cfr. La Ciencia Tomista, Nov.-Dec. 1921, p. 340.

[3] *De Verit.,* q. 28, art. 3, ad 6.

[4] VI *Ethicor.,* lect. 7, fol. 80, coi. 3 K, n.° 1198.

cognoscuntur per sensum, oportet quod homo horum singularium, quae dicimus esse principia et extrema, *habeat sensum, non solum exteriorem, sed etiam interiorem...* scilicet *vim cogitativam* sive aestimativam, quae dicitur *ratio particularis»* h *«Syllogismus* enim *expositorius,* non est vere syllogismus, sed magis *quaedam sensibilis demonstratio seu quaedam resolutio facta ad sensum;* ad hoc ut consequentia, quae vera erat secundum intellectualem cognitionem, *declaretur in sensibili»*[1].

Nec est inconveniens quod ita habeatur quaedam descriptio vel quasi definitio, nam et definitio potest haberi quandoque in termino demonstrationis, ut Aristoteles docuit[3]. Et vere sic est, nam illud *sensibile* et est *factum* et est *magnum* ct in haec, *omnia illa quae dicta sunt, quodammodo resolvuntur;* non enim perciperetur ratio *facti,* nec ratio *magni et insoliti,* nisi esset *sensibile:* unde *a sensibile* omnia *quodammodo oriemur* et *in sensibile quodammodo resolvuntur* omnia.

B) *Descriptio philosophiae per causam finalem.*

Exinde facile videre est finem proprium Philosophiae. Philosophus enim fame et siti magna veritatis cruciabatur, quam ideo maximo ardore quaerebat, ut satiaretur et quiesceret. Ex hoc ergo quod *veritatem* quaerebat, finis ejus est *veritas;* ex hoc autem quod in ea *quietem et delectationem* appetebat, ipsius finis est *gaudium.* Unde finis Philosophi, ut Philosophus est, nihil est aliud quam *gaudium in veritate et de veritate.*

At rursus Philosophus non quamcumquc veritatem quaerit neque gaudium qualecumque, sed plenam et universalem veritatem, et completum et universale gaudium.

1 VI *Ethicor.,* lect. 9, fol. 83, coi. 2 DE. n.° 1249. Cfr. II *de Anima* lect. 13, edit, cit., p. 126-127, nn. 395-398.

2 *Opusc. de natura syllogismorum,* edit. Dcscléc, 1913, t. I, p. 162.

* I *Post.,* VIII, 2 (I, 129, 20-23) et II *Post.,* IX, 3-8 (I, 160, 47-51 et 161,1-18). Cfr. S. THOM., *in h. I.,* scilicet I *Post.,* lect. 16. n. 4, lect. 26, n. 3 et II *Post.,* lect. 8, n. 8-11. Item II *dc Anima,* lect. 3, edit, cit., p. So-83, et IV *Sent.,* dist. 3, q. I, art. I, qla. I.

Et sane, appetitus *naturalis*, qui vehementissimus esse debet, utpote ad *naturale* bonum tendens, respondere debet naturae appetentis. Qui vero Sapientiam appetit, est homo; humana autem natura rationalis seu intellectualis est, cujus, naturale bonum est *universalis veritas.* Oportet ergo quod *homo naturaliter tendat in universalem veritatem appetitu naturali vehementissimo.* Sed appetitus ille vehementissimus est Philosophia, ut supra dictum est. Ergo *fiinis naturalis (operis) Philosophiae est adeptio universalis veritatis.* Nec enim intellectus, cujus capacitas receptiva est infinita, satiari potest nisi per possessionem universalis seu infinitae veritatis, hoc est, nisi *tota rerum universalitis in tabula illa rasa intellectus posibilis integra transcribatur*x. Unde S. *Thomas* profunde scribit: «Philosophi, attendentes *naturalem perfectionem hominis,* dixerunt ultiman felicitatem hominis in hoc consistere, quod *in anima hominis describatur ordo totius universi»* ·. «Unde haec est *ultima perfectio* ad quam *anima* potest pervenire secundum Philosophos, *ut in ea describatur totus ordo universi et causarum ejus,*' in quo etiam finem ultimum hominis posuerunt, qui secundum nos (christianos) erit in visione Dei»[1]4Et alibi: «ad beatitudinem, inquit, praeexigitur primo conservatio vitae, deinde cognitio sensibilium, et ultimo *apprehensio universalis veritatis, in qua consistit finalis beatitudo*^.

Finis itaque Philosophiae est naturalis beatitudo; et propterca, sicut omnes homines naturaliter beatitudinem appetunt, ita etiam omnes naturaliter scire desiderant5. Unde et *Augustinus* praeclare dixit: «Nulla est homini causa philosophandi nisi ut beatus sit»6. Et S. *Thomas: «Naturaliter*

1 Cfr. I *Metaph.,* Icct. i, n. 2.

* *De Verit.,* q. 20, art. 3.

3 *De Verit.,* q. 2, art. 2.

4 *11 de Coelo et Mundo,* Icct. 18, in fine. Hanc autem esse veterum philosophorum sententiam fatetur etiam J. Brucker in sua *Hist. Crit. Phil.,* t. VI, p. 4-5. Lipsiae, 1757. Cfr. t. I, p. 4.

5 I *Metaph.,* Icct. 1, n. 4, et uberius Aegidius Romanus, *Quaestiones rnetaphysicales,* q. 1 in I libr., edic cit., sine numeratione fol.

• *De Civit. Dei,* lib. 1% cap. 1, edit, cit., t. V, fol. 177, Col. 2 D.

tamen, ait, *omnes* inclinantur in eamdem delectationem sicut *in optimam,* puta in contemplationem intelligibilis veritatis, secundum quod omnes homines natura scire desiderant. Et hoc contingit, quia *omnia habent in seipsis quoddam divinum,* scilicet inclinationem naturae, quae dependet ex principio primo, vel etiam ipsam formam, quae est hujus inclinationis principium» \

Et alibi: «Hujus operationis, quae est contemplatio veritatis, non potest esse superexcessus melioris, quia quanto plus aliquis veritatem contemplatur, tanto melius est: unde et delectatio consequens est bona absolute et non solum usque ad aliquam mensuram»1.

Denique: *«Si horno esset solum intellectus, semper in contemplando delectaretur;* et inde est quod, quia Deus est simplex et immutabilis, semper gaudet una et simplici delectatione, quam scilicet habet in contemplatione Sui ipsius; non enim est operatio quae delectationem causât solum in motu consistens, sed etiam in immobilitate, sicut patet de operatione intellectus; et *illa delectatio quae est absque motu est major quam illa quae est in motu, quia illa quae est in motu est in fieri, illa autem quae est in quiete est in esse perfecto»3.**

Secundum hoc ergo recte pythagorici ct platonici dixerunt quod Philosophia est *assimilatio ad Ðeum* *vel* etiam *mortis contemplatio*5, sumpta morte pro abstractione a rebus corrup-

1 VII *Ethic.,* Icct. 13, fol. 100, coi. 1 E. Cfr. /Xristot., I *Physic,* 3 (II, 260,8) et S. Thom, *in h. L,* Icct. 15, n. 7.

3 VII *Ethic.,* lect. 14, fol. 100, coi. 3 H.

* VII *Ethic.,* Icct. 14, fol. 101, coi. 3 F. G.

1 Cfr. Alcinoum, *Liber de Doctrina Platonis,* cap. 2, edit. Veneriis, in aedibus Aldi et Andreae soceri, mense Novembri 1516, fol. 75 recto.; Hieroclem, *Comment, in Aureum Carmen,* XX, 45-48 *(Fragmenta Philosoph. Graec.,* t I. p. 462, coi. 2 ct 463). Et Sextus Pythagoricus ait: «Sapiens mens speculum est Dei.» *(Enchiridion* latine versum a Rutino, apud *Fragmenta Phil. Graec.,* t. I, p. 531, n. 427.)

* Cfr. Philonem, *De Mundi Opificio,* Opera, edit. Lugduni, 1561, t. I, p. 1-31, et *De Specialibus Legibus,* t. II, p. 165-166; Alcinoum, *De Doctrina Platonis,* cap. I, ubi dicit quod Philosophia est «solutio animae a corpore et conversio quaedam ad ea quae vera sunt atque divina* (edit, ct *loc.dt.)* et Ammonium, *loc. cit.,* fol. 2,coi. 1. Idem testatur S. Hieronymus,

tibilibus et a passionibus appetitus sensitivi, sine qua impossibile est veritatem Universalem in causando et in essendo dulciter et quiete contemplari[1].

Id quod egregie exposuit *Hierocles* hisce verbis:

«Philosophia est *vitae humanae purgatio atque perfectio* (χάβαρ; καὶ τελειότΥβ); purgatio quidem a brutae materiae affectibus, mortalique corpore, perfectio vero ut quae vitae beatitatem homini propriam restituat *et ad divinam eum similitudinem reducat.* | Ad haec autem efficienda *virtus et veritas* maxime sunt idoneae, quarum altera tollit affectuum immoderationem, altera divinam formam iis qui bona indole sunt conciliat... Oportet enim primum rationis in nobis perturbationem atque socordiam corrigere, deinde ita comparatos ad rerum divinarum studium incumbere. Ut enim | oculus lippitudine laborans necdum purgatus ea quae valde lucida sunt intueri non potest, ita etiam fieri nequit, ut virtute carens | animus veritatis pulchritudinem cernat. Nam vide ne impuro purum attingere nefas sit. *Philosophia* vero, quae *in actione* versatur, *virtutem* parit; quae *contemplatione* continetur *veritatem,* sicut et in ipso carmine Philosophiam *activam* reperimus dictam humanam virtutem, *contemplativam* autem divinae virtutis nomine celebratam... *Primum* igitur *hominem fieri oportet, deinde Deum:* πρώτον οὺν ἀνθρωπον δει γενέσθαι, καὶ πότε θεόν. *Hominem* vero bonum reddent *virtutes* civiles. *Deum* autem faciunt *disciplinae* quae ad divinam virtutem evehunt» x.

Et *Archytas Tarentinus:*

«Ortus, ait, compositusque est homo ad contemplandum rerum naturae et sapientiae rationem; quocirca ejus officium est comparare et contemplari rerum quae exstant sapientiam» 2.

«Sapientia non circa certum quoddam rerum genus, sed omnino circa totam rerum seriem versatur, neque oportet eam primam singulorum quae sunt, sed communia omnium principia investigare. Ita enim Sapientia rebus cunctis occupatur, ut visus omnibus quae sub aspectum veniunt. Ergo quae in universum omnibus sunt attributa, haec intelligere et considerare Sapientiae proprium est, ideoque Sapientia omnium rerum principia investigat...

Quicumque igitur omnia genera in unum idemque principium resolvere potest rursusque componere et apte conjungere, hic mihi qua sapientissimus esse qua verissimus videtur; praeterea *commodam speculam invenisse, unde possit Deum intueri et cuncta in rerum digestione et ordine suis quaeque locis ab ea collocata, atque hac via regia potitus mente recta progredi cursumque perficere queat initia cum finibus connectons atque intelligens, Deum esse initium, finem et medium omnium quae juste ac decenter peranguntur» 3.*

Consideratio haec de *fine* Philosophiae majoris est momenti. *Per eam* enim maxime *discernuntur Philosophia et Sophistica;* nam Philosophia quaerit veritatem, honores autem ct divitias aliaquc hujusmodi parvipendit; Sophistica vero c converso lucrum quaerit vel honores, scilicet *apperen-*

Adversus Rufinum, lib. 3 (Opera, edit. Maur., Parisiis, 1706, t. IV, col. 470 c ct in *Epistola 96* (alias 16) *ad Principiant Virginem* (eodem vol. col. 780 in fine).

| Unde ait Tullius: «Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, id est, a corpore, quum a re familiari, quae est ministra et famula corporis, quum a Rcpublica, quum a negotio omni se vocamus animum? quid, inquam, tur.c agimus, nisi animum ad seipsum advocamus, secum esse cogimus, maximeque a corpore abducimos? *Secernere autem a corpore animum; ne: quidquam aliud est quam emori discere.* Quare hoc commentemur, mihi crede, *disjungamusque nos a corporibus,* id est, *consuescamus mori.* Hoc et, dum erimus in terris, *erit illi coelesti vitae simile:* ct, quum illuc ex his vinculis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorum; nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam quum soluti sunt, tardius ingrediuntur, ut ll, qui ferro vincti multos annos fuerunt: quo quum venerimus, tunc denique vivemus. Nam haec quidem vita mors est; quam lamentari possem si liberet.' (Tvscvl., *dispp.,* lib. i, cap. 31, n. 75, edit, cit., t. VIII, p. 322.) Et S. Thomas: dntclligentia, ait..., magis assimilatur quieti quam motui... quia sicut ipse dicit in VII Physic, *non potest fieri aliquis sapiens quando motus ejus non resident nec quiescunt.* Unde in pueris et in omnibus in quibus motus non quiescunt, non de facili invenitur Sapientia. Sed *tunc aliquis Sapientiam acquirit quando quiescit,* unde dicit quod in quiescendo ct sedendo anima fit sapiens ct prudens. (*I de Anima,* Icct. 8, edit, cit., p. 44.)

| *Commentarium in Aureum Carmen Pythagor.,* p. 416-417, apud *Fraganta Philosoph. Graecor.,* edit. Fr. Guil. Aug. *Mullachius,* t. I. Parasiis, Didor, 1875.

| *Fragmenta ex libro de Sapientia,* § 3· (Apud *Fragmenta Phil. Grace., Mi.,* t. I, p. 528, coi. 2.)

Fragmenta ex libro dc Sapientia, § § 4_5 (*ibid.,* p. 559, coi. 1).

tiam Sapientiae, qua Sophistae quasi vere Sapientes a rudibus salutari volunt, vel etiam *opiniones* sectatur secundum quod praedictis finibus consequendis aptae sunt; unde potius dicenda est φιλοδοξία vel etiam ἀφιλοσόφια, quemadmodum Platoni post Socratem placuit h est enim *aequivoce* tantum Sapientia, quia solo nomine cum illa convenit. Quapropter ‹S. *Thomas* dicit: «A Sophista vero differt Philosophus prohacresi, id est, electione vel voluptate, id est, desiderio vitae. *Ad aliud enim ordinat vitam suam et actiones Philosophus et Sophista; Philosophus quidem ad sciendum veritatem, Sophista vero ad hoc quod videatur scire quamvis nesciat'*

Propterea ergo, qui verba tantum in medium proferunt et innumera folia in vulgus edunt, si Philosophi et *veri* sapientes —ut plerique hodie dum scribentes et loquentes appetunt— agnosci velint, *Sophistae reapse* sunt. Quorum numerus ita nostris temporibus percrebuit, ut, non unus, sed mille Socrates non sufficerent ad illos confundendos multoque minus exstirpandos.

Aliunde, quia terminus motus est contrarius principio ejus, ideo, ex quo Philosophia ab admiratione omnium incoepit, terminari debet ad hoc ut Philosophus de nullo amplius admiretur, hoc est, nec de rebus, nec de hominibus; qui enim Sapiens est, non miratur. Si ergo non admiratur de aliis, de ipsis loqui non potest cum admiratione: sed magnanimus potius est, cui nec etiam admiratio convenit3.

1 «Quarc, ait Plato, non aberrabimus, si istos φιλοδοξου$ id est, opinionis amicos potius quam φιλοσόφου appellaverimus; quamquam acriter succcnsebunt nobis, si ita dicamus. Non, si mihi parcant; nam veritati irasa nefas est. Itaque eos qui ipsum unumquodque per se ens admirantur ct diligunt φιλοσόφου non φιλοδόξου vocabimus. Ita decet, inquit.* *(De Republica,* lib. 5, ed. cit., t. VIII, p. 66-67.) Et Speusippus *in Libro de Platonis definitionibus* ita definit: «Juvenum nobilium atque divitum mercenarius venator.· (Edit. Venedis, 1516, fol. 85 vers., ct inter Opera Platonis, t. IX, P· 298.) ἀφιλοσοφία autem est habitus quo quis rationes odit, et, qui talis est, appellatur μισολόγο (*Ibid.,* p. 299.)

a IV *Metaph.,* lect. 4, n. 575.

1 Aristot., /V *Ethic. Nie.,* III, 30 (П, 46, io): «Magnanimus, ait S. I HOMAS, *non est promptus ad admirandum,* quia admiratio est de rebus maenis. Sed *magnanimo non est aliquid magnum eorum quae exterius occurrere*

Itaque veritatem unice quaerit, de aliorum opinionibus non curat —quas nec timet—, et propterea, quia neque admirator est aliorum neque adulator, sicut magnanimus ipse, videtur esse superbus et aliorum contemptor, cum revera humilis sit —absque pusillanimitate tamen—; sed sapientiae aliorum rectus aequusque ponderator exsistit. Ideo *de vita aliorum,* etiam sapientium, *non curat, sed de doctrina;* unde et de ipsa loquitur, in eamque, si falsa vel contra veritatem sit, fortiter invehit —non tamen contentiose—, minime vero contra personas, quas, utpote singulares, ignorat. Unde de Philosopho *vero,* utpote magnanimo, vere dici possunt quae de ipso magnanimo scribit S. *Thomas: tin homine* invenitur *aliquid magnum,* quod *ex dono Dei* possidet, et *aliquis defectus* qui competit ei *ex infirmitate naturae. Magnanimitas* ergo facit quod homo *se magnis dignified secundum considerationem donorum, quae possidet ex* Deo; sicut, si habet magnam virtutem animi, magnanimitas facit quod ad perfecta opera virtutis tendat, et similiter est dicendum *de usu cujuslibet* alterius *boni,* puta *scientiae* vel exterioris fortunae; *humilitas* autem facit quod homo seipsum *peroipendat secundum considerationem proprii defectus.*

Similiter etiam magnanimitas *contemnit alios,* secundum quod *deficiunt a dono Dei;* non enim tantum alios apretiatur quod pro eis aliquid *indecens* faciat (puta *mentiri, laudando aliorum scripta, quae revera laude non merentur,* sed dicit: *amicus Plato, sed magis amica veritas).*

Sed *humilitas* alios *honorat et superiores aestimat, in quantum in eis aliquid inspicit de donis Dei* (v. gr. *bonam voluntatem et conatum* dicendi verum1.)

Et revera ita est; quia *venis Philosophus* non est praesump-

posiunt, quia tota sua vita versatur circa interiora bona, quae sunt vere magna.» (Comment, in h. I., Icct. io, fol. 52, coi. 3 H.)

1 11-11, q. 129, art. 3, ad 4. *Non multum loqitur de hominibus, quia particulares res hominium non multum apretiatur,* sed *tota ejus intentio est circa bona communia et divina,* Unde *nec de seipso multum loquitur neque de alni.* No enim est sibi curae quod ipse laudetur, neque quod alii vituperentur. Unde *neque ipse multum laudat alios neque male loquitur de aliis,* nec etiam de inimicis, *nisi propter injuriam sibi ab eis illatam repellendam.» (Ibid.,* fol. 52, cd. 3 K.) Cfr. Aristot., *loc. cit.,* per totum.

tuosus, nec inflatus, nec ambitiosus, neque vanus, sed neque pusillanimis; *est* autem *magnanimus, quia et magna, considerat et ad magna tendit.* Quod si secus, non Philosophus erit, sed Sophista. At homines vulgares —qui infiniti numero sunt— plerumque contrarium judicare solent, quia putant cos esse tam praesumptuosos et vilis animi sicut ipsi sunt, nam et unusquisque de caeteris judicat sicut est ipse. Sed falluntur certissime: *verum Philosophum* lectorem postulo, et rem ita se habere fatebitur.

Sed ad alia transeamus.

C) *Descriptio philosophiae per causam proprie efficientem.*

Superest jam ut causam *efficientem proprie dictam* consideremus. Causa autem efficiens *duplex* est: *principalis,* quae per se agit, et *instrumentalis,* quae per aliud, hoc est, per motionem principalis causae operatur. Ex quo liquet causam efficientem *analogice* de illis dici secundum prius et posterius, ita sane ut per prius dicatur de principali et nonnisi per posterius de instrumental!. Et quia analogia illa est attributionis ♦ntrinsecae ideo, ex quo ratio attributionis attenditur, necesse est instrumentaient per principalem definiri, sicut inferius analogatum per superius.

Cum ergo causam efficientem Philosophiae quaerimus, prius consideranda venit causa principalis; deinde vero, causa instrumentalis.

Sed rursus *instrumentum duplex* esse potest: *conjunctum,* si ad hypostasim agentis principalis pertineat, ut manus vel lingua vel pes; *et separatum,* si alterius sit suppositi, ut baculus vel calamus. Patet autem quod ratio instrumenti per prius dicitur de conjuncto quam de separato, et idcirco de illo per prius erit habendus sermo, cum de instrumento agitur.

♦ [In textu edito legebatur «attributionis mixtae cum proportionalitatc·, sed in exemplari quo auctor utebatur, invenimus correctionem manuscriptam ab ipsomet. *Nota* editoris.]

Quia ergo Philosophia, ut ex dictis patet, est *quaedam cognitio humana,* scilicet perfecta, in quantum possibile est, ideo causa efficiens cognitionis humanae perfectae erit atiam causa eficicns Philosophiae. Videnda est igitur causa efficiens cognitionis humanae perfectae.

*

Cognitio humana duplici via incedit: una *quasi passiva,* ab inferioribus ad superiora et a posterioribus ad priora ascendendo, et haec dicitur via inductiva seu inventionis alia vero est *quodammodo activa,* a prioribus ad posteriora et a superioribus ad inferiora descendendo, et haec appellatur via deductiva seu judicii. Dico autem primam quasi passivam et alteram quasi activam, non quia in illa nihil activitatis sit et in hac nihil passivitatis inveniatur, sed quia haec per prius est activa quam passiva, dum illa per prius est passiva quam activa; in illa enim, ideo homo cognoscere incipit, quia *prius patitur* sentiendo; in hac vero, ideo conclusionem percipit et percipiendo perficitur, quia, *prius applicavit* principia ad conclusionem illam inferendam; ibi ergo activitas erit ab extrinseco et passivitas quasi ab intrinseco; hic autem e converso, activitas intimior est quam passivitas, quae potius in exteriora —accidentia vel proprietates— vergit.

i. Sic ergo *secundum primam viam, primum principium cognitionis humanae est sensus.* Sensus autem circa singularia versantur, de quibus est sensatio et experimentum: *'insatio* quidem, si *semel aut iterum* fuerit habita; *experimentum* vero, si *pluries* circa res similes obtenta fuerit, addita tamen collatione, ex qua universale ipsum, quod *tatio* in illis *per se* apprehendit abstrahendo, *quodammodo* sensu percipi possit, hoc est, *per accidens sentiatur;* nisi

l Non quod idem sint omnino inventio et inductio, sed quia inductioni *imper* comitatur inventio, licet *non soli;* deductio e contra adhiberi solet :.l disciplina, quamvis etiam —et praecipue— per deductionem *inveniatur* t rt de inventis judicetur.

enim universale ipsum quodammodo *sentiretur,* nullo modo a ratione attingi posset. Quam ad rem egregia sunt plane quae S. *Thomas* docuit scribens:

‹*sEx sensu* fit *memoria* in illis animalibus in quibus remanet impressio sensibilis... *Ex memoria* autem *multoties facta circa eamdem rem, in diversis tamen singularibus,* fit *experimentum;* quia experimentum nihil aliud esse videtur quam *accipere aliquid a multis in memoria retentis.* Sed tamen experimentum indiget aliqua ratiocinatione circa particularia, per quam confertur unum ad aliud, quod est proprium rationis. Puta cum aliquis recordatur (vel in notis habet signatum) quod *talis* herba *multoties* sanabit *multos* a febre, dicitur esse experimentum quod *talis* sit *sanativa febris.* Ratio autem non sistit in experimento particularium, sed ex multis particularibus in quibus expertus est, accipit *unum commune,* quod firmatur *in anima,* et considerat illud *absque consideratione alicujus singularium* (id est *ut universale),* et hoc commune accipit ut *principium artis et scientiae.* Puta quando medicus consideravit hanc herbam sanasse Socratem febrientem et Platonem et multos alios singulares homines, est experimentum; cum autem sua consideratio ad hoc *ascendit* quod *talis species* herbae *sanat febrientem simpliciter,* hoc accipitur ut quaedam *regula artis medicinae*^ *I.*

«Deinde... manifestat (Aristoteles) quod dictum est in praecedenti solutione, quantum ad hoc quod *ex experimento singularium accipitur universale,* et dicit quod illud quod supra dictum est et non plane, *quomodo* scilicet *ex experimento singularium fiat universale in anima,* iterum oportet dicere, ut planius manifestetur.

Si enim accipiantur *multa singularia,* quae sunt *indifferentia quantum ad aliquid unum in eis existons,* illud *unum,* secundum quod non differunt, *in anima aceptum, est primum universale, quidquid sit illud, sive* scilicet pertineat *ad essentiam* singularium *sive non.* Quia enim invenimus Socratem et Platonem et multos alios esse *indifferentes* quantum ad *albedinem,* accipimus hoc unum, scilicet album, quasi *universale,* quod est *accidens.* Et similiter quia invenimus Socratem et Platonem et alios esse *indifferentes* quantum *ad rationalitatem,* hoc unum, in quo non differunt, scilicet rationale, accipimus quasi *universale,* quod est *differentia* (specifica *ad essentiam* Socratis et Platonis et aliorum pertinens).

II *Post.,* lect. 20, n. ii.

Qualiter autem hoc unum accipi possit manifestat consequenter. Manifestum est enim quod *singulare sentitur proprie et per se,* sed *tamem sensus est quadmmodo etiam ipsius universalis',* cognoscit enim Calliam non solum in quantum est Callias, sed etiam in quantum est *hic horno,* et similiter Socratem in quantum est *hic homo.* Et *exinde* est quod tali susceptione *sensus preexistente,* anima *intellectiva* potest considerare *hominen in utroque.* Si autem ita esset quod *sensus* apprehenderet *solum* id quod est *particularitatis,* et *nullo modo* (nec etiam per accidens) *cum hoc* apprehenderet *universalem* naturam *in particulari, non esset possibile quod ex apprehensione sensus causaretur in nobis cognitio universalis.*

Et hoc idem manifestat consequenter in processu qui est *a speciebus ad genus* (nam in casu praecedenti erat processus ab individuis ad speciem). Unde subdit quod iterum in his, scilicet in homine et equo, anima stat per considerationem quousque perveniatur ad aliquid *impartibile* in eis, quod est *universale.* Ut puta consideramus tale animal et tale, puta hominem et equum, quousque perveniamus ad *commune* animal, quod est *genus;* et in hoc similiter facimus *quousque perveniamus ad aliquod genus superius.*

Quia igitur *universalium* cognitionem accipimus ex singularibus, concludit (Aristoteles) manifestum esse quod *necesse est prima universalia principia cognoscere per inductionem* (vi abstractionis intellectus agentis). *Sic* enim, scilicet per viam inductionis, *sensus facit universale imus in anima,* in quantum considerantur omnia singularia»

In quo quidem sedulo notanda est distinctio radicalis inter inductionem, ut hodie a plerisque intelligitur, et inductionem vere philosophicam ab Aristotele et S. Thoma edoctam. Hodierna enim inductio —propter horrorem ad quamcumque abstractionem— potius est materialis quaedam catalogatio seu enumeratio casuum; sed aristotclica inductio, praeter enumerationem illam, addit abstractionem, hoc est, perceptionem intelligibilis in illis sensibilibus existentis. Unde, secundum Aristotelem, inductio et experimentum sunt cognitio *pure sensitiva,* sed *mixta* ex sensitiva et intellectiva, nempe sunt cognitio *humana;* moderna vero

l II *Post.,* lect. 20, n. 13. Cfr. I *Metaph.,* lect. I, n. 14-23, et *De Sensu et* t Souaw. lect. 15, fol. 16, coi. 1 Ç E, n.° 213.

reducitur potius ad solam sensitivam, qualis forsitan inveniri posset in equo et mulo, quibus non est intellectus... Propterea in casu modernorum, impossibile est habere notionem aliquam vere universalem, ideoque et sciencia et Philosophia perimuntur; sed inductio vere *humana* x, quae est aristotelica, *per abstractionem additam* ducere potest ad notiones vere universales, et sic fieri principium scientiae et Philosophiae.

Ad rem *Aegidius Romanus:*

«Est intelligendum, inquit, quod experimentum est collatio particularium. Unde ipsi milites, qui sunt multum experti et fuerunt in multis bellis, quando sunt in aliquo bello, conferunt inter se et judicant utrum sit fugiendum an non. Unde, cum impossibile sit unum factum esse simile alteri *totaliter,* oportet esse multa in memoria, cum experimentum sit collatio particularium. Unde, cum unius non sit collatio, sed multorum, et experimentum sit collatio particularium, oportet multa esse in memoria ex quibus fiat unum experimentum. Dato etiam quod esset aliquod factum simile, adhuc, cum in illo facto sint multa, oportet experimentum fieri ex multis memoriis» *

Et uberius et pulchrius *Pseudo-Alexander Halensis:*

«Ad experimentum, ait, *duo* concurrunt, unum sicut *materiale* et alterum sicut*formale. Materiale* sunt *species retentae* in memoria; *formale* autem est *collatio illarum specierum.* Licet autem illa duo concurrant, tamen formalius collatio specierum concurrit quam ipsae species, unde quodlibet debet judicari tale ex natura formalitatis. Cum ergo de essentia experimenti sit collatio, sicut collatio plura requirit, ita experimentum; unde nullus potest bellorum judicari expertus, qui non potest conferre multa bella in quibus jam fuit; nec in regimine, qui non potest conferre inter multa regimina:

l Homo enim est *animal rationale,* ct ideo cognoscere debet per *sensus (animal)* imperatos ct directos ab *intellectu (rationale),* qui naturaliter est obstructivus universalium, saltem per modum simplicitatis, sicut etiam aliae facultates cognoscitivae abstrahunt suo modo, no exclusis sensibus externis.

3 *Quaestiones Metaphysicales aureae fundatissimi* Aegidii Romani Bituricensis Archicpiscopi Ord. D. Augustini super libros Metaphisicae Aristotelis, lib. I, q. i8 sine numeratione fol. Venctiis, *per Petrum de Quarengiis,* Bergomensem, anno salutis 1499, dic 23 Decembris.

unum enim factum non facit experimentnm, sed *collatio inter multa facta experimentum facit»* [1].

Nec tamen sensationes illae ct experimenta proprie dici po-unt causae cognitionis universalis, quia inferius nequit eise causa efficiens superioris, sed sunt potius quasi occasiones, vel melius, ut ait S. Thomas, *materia causae* [2]. Unde et alibi dicit: «*Circa idem* virtus *superior et inferior* operantur, non *similiter,* sed *superior sublimius:* unde et per forman, quae a rebus accipitur, sensus non ita afficaciter rem cognoscit sicut intellectus; sed *sensus* per eam manuducitur in cognitionem *exteriorum* accidentium; intellectus vero pervenit *ad nudam quidditatem* rei, secernendo eam *ab omnibus materialibus conditionibus.* Unde pro tanto dicitur cognitio mentis a sensu originem habere, *non quod omne* illud quod mens cognoscit sensus apprehendat, sed, quia ex his quae sensus apprehendit, mens in aliqua ulteriora *manuducitur,* sicut etiam *sensibilia intellecta* manuducunt *in intelligibilia divinorum* [3].

Posset tamen dici qualitates illas sensibiles quae sentiuntur esse *quasi* instrumenta essentiae rei quae est proprium objectum intellectus, quaeque ideo ex parte objecti est

[1] ALEXANDRI de Aies Doctoris irrefragabilis, Ord. Aiin., *in duodecim hbros Metaphysicac Aristotelis dilucidissima expositio.* Venetiis, 1572. *In I Metoph.,* fol. 4, coi. 4 F.

[2] En ejus verba: «Ex parte phantasmatum intellectualis operatio a 'cnsu causatur: sed quia phantasmata non sufficiunt immutare intellectum possibilem, sed oportet quod fiant intelligibilia actu per intellectum agentem, *γμ potest dici quod sensibilis cognitio sit totalis et perfecta (et adaequata) causa intellectualis cognitionis, sed magis quodammodo est materia causae.* I, q. 84, art. 6.) Et alibi similiter dicit: «-Posset autem aliquis credere quod solus sensus vel memoria singularium sufficit ad causandum intelligibilem cognitionem principiorum, sicut posuerunt quidam antiqui (ct moderni) nen discernentes inter sensum ct intellectum; ct ideo ad hoc excludendum, Philosophus subdit quod *simul cum sensu oportet praesuponere talem naturam -rimat quae possit pati hoc,* id est, quae sit *susceptiva cognitionis universalis,* quod quidem fit per intellectum possibilem: ct iterum quae possit agere hoc «eundum intellectum agentem, qui facit intelligibilia in actu *per abstractionem universalium a singularibus.)) (In II Post.,* lect. 20, n. 12.)

[3] *De Veritate.,* q. 10, art. 6, ad 2. Cfr. *ibid.,* art. 5, ad 5.

quasi causa principalis, sicut lumen intellectus ex pane subjecti est vere principalis causa, ut postea dicetur. Intellectus ergo statim apprehendit in sensibilibus notiones universalissimas entis, unius et aliorum transcendentalium super quibus prima principia fundantur; sed principia propria singularium artium et scientiarum laboriosius adipiscitur, quia longam experientiam quandoque postulant.

Sicut ergo in generationibus substantialibus alteratio fit per corruptionem qualitatum antequam forma substantialis introducatur, quae est finis generationis, et ad illam disponunt; ita etiam in generatione scientiae sensibilia *movent* —quasi *alterando,* ut ita dicam— sensus, prius quam forma intelligibilis, quae est finis motionis illius et ad quam disponit, introducatur in intellectum et percipiatur.

Abstractio autem illa de qua loquimur in hac perceptione intclligibilis in sensibili *duplex* est: altera *intellectus agentis, et* altera *intellectus possibilis.* Quas, ut intelligas, simulque aperiatur via ad ea quae in sequentibus dicenda erunt, operae pretium duximus notionem abstractionis una cum ejus divisionibus quadamtenus explicare; ut enim statim apparebit, abstractio formalitcr dicitur de intellectu; de rebus autem, aut denominative tantum, aut fundamentaliter.

Abstractio ergo, *secundum primam nominis impositionem in sensibilibus exterioribus est;* sumitur enim pro *actione* trahendi vel separandi unum ab alio, vel etiam pro *passione* qua unum ab alio separatur vel trahitur, ut si dicamus quod aqua abs-trahitur seu cx-trahitur ex puteo quando ex illo hauritur et separatur, vel pecunia ex marsupio quando furata est. Ei autem opponitur contractio vel potius *attractio,* qua unum *ad* se *trahit* aliquid aliud, vel *ad* illud *trahitur* —nam etiam sumitur active vel passive—; ut cum dicimus quod calamita attrahit ferrum vel quod ferrum attrahitur a calamita.

Ex his rebus exterioribus physicalibus *trahitur secundo nomen abstractionis ad ordinem psychologicum tam sensitivum quam intellectivum;* nam dicimus quod visus abstrahit a sono, quia non percipit sonum in tuba quam videt, et similiter dicimus quos intellectus abstrahit a sensibili, cum percipit

universale non considerando singularia. Diversimode tamen, secundum diversitatem ordinis pure physici et ordinis psychologici. Sicut enim in ordine pure *physico* et exteriori significat *actionem transeuntem* abstrahentis vel separantis, et *passionem,* etiam *transeuntem,* abstracti vel abstrahibilis, ita in ordine psychologico significat *actionem immanentem* sensus vel intellectus cognoscentis unum non cognoscendo aliud, vel etiam *passionem aut quasi passionem immanentem* cogniti vel cognoscibilis, hoc est, sensibilis vel intelligibilis, qua unum cognoscitur, alio ignoto remanente.

Cum enim abstractio dicat essentialiter actionem et passionem, necesse est nomen abstractionis de diversis intelligere secundum quod in illis diversimode invenitur actio et passio. Jam vero ita est, quod in rebus exterioribus materialibus actiones et passiones, propriissime inveniuntur, scilicet *cum transmutatione* etiam locali; sed in viventibus, et maxime in cognoscentibus, actiones sunt *immanentes,* quia sunt cognitiones, et propterea actiones et passiones non debent intelligi secundum aliquam transmutationem, sed immanenter absque separatione locali vel etiam reali [1]. *Utrobique* tamen *per prius* dicitur abstractio *active* quam passive quantum ad *rem* significatam per nomen, licet quantum ad *impositionem nominis per prius* dicatur *de passione* in abstractione physica, sicut etiam in motu accidit[2]. Et ideo in definitione abstractionis passive sumptae necesse est ponere ordinem ad abstractioncm sumptam active, sicut et universaliter in definitione passionis oportet ponere ordinem ad actionem a qua pendet.

Sicut ergo abstraction! exteriori physicae opponebatur attractio quasi motus contrarius physicus, ita abstraction! psychologicae opponitur contrarius motus ejusdem generis —scilicet ad cognitionem pertinens—[3], nempe *concretio,* quatenus a concernere et non a concrescere sumitur; *concernere*

1 Cfr. omnino I *de Anima,* lect. io, p. 53-54·

* Cfr. IX *Metaph.,* lect. 13, n. 1805, ct III *Sent.,* dist. 5, q. 1, art. *2,* « I, q. 41, art. I, ad *2.*

1 Nam contraria semper sunt *in eodem genere.*

enim est unum *cum* alio simul videre *(cernere),* et huic opponitur *abstrahere,* quod est videre vel cognoscere unum *sine* alio.

Quia tamen objectum cognitum proprie loquendo non patitur, ideo abstractio dici non potest de illo formaliter, sed *denominative* tantum *ab actione abstrahentis vel cognoscentis.*

Dicendum est ergo quod *in physicis seu exterioribus abstractio* proprius appellari debet *separatio vel divisio; a attractio* ei contraria, *compositio: in cognoscentibus* autem *abstractio* melius dicenda erit *distinctio,'* et contrarium ejus, *concretio* vel etiam *identitas aut indistinctio.* Attamen, *metaphorice* loquendo, etiam abstractio dicitur divisio; et concretio, compositio; at minus bene, ut patet. Abstractio etiam dici soit *praecisio;* sed non tam bene sicut distinctio [1].

Relicta igitur abstractionc sensus et sensibilis, quae semper esse debet per modum simplicitatis, quia sensus judicare non possunt, consideremus tantummodo abstractioncm intellectus.

Haec autem abstractio, ut dictum est, *duo* necessario includit: *unum ex parte abstrahentis,* quod est *actio abstrahendi,* et *aliud ex parte abstracti seu abstrahibilis,* quod est *passio* vel *quasi passio ejus,* hoc est, *denominatio extrinseca ab actione abstrahentis, vel* etiam *fundamentum ab ipsa entitate abstrahibilis desumptum,* quod dici potest *abstrahibilitas* aut *distinctio objetive sumpta.*

Secundum ergo quod abstractio nominat *actum abstrahentis, dividi debet juxta divisionem actuum ejus.* Et vere sic est: nam *alia* est abstractio *intellectus agentis,* quae est *actio illuminandi* phantasmata, ut ex eis resultet species intclligibilis informativa et motiva intellectus possibilis; et *aha* est abstractio *intelluctus possibilis,* quae est *perceptio*

1 Praecisio enim scissionem quamdam vel sectionem importare videtur. Oportet ergo hujusmodi nomina analogice sumere secundum subjectam materiam. Cfr. Joannem A S. Thoma, Logic. II P., q. 13, art< 5, L , ginas 418-419.

quidditatis vel formae secundum seipsam, neglectis seu non perceptis conditionibus individuantibus 11

Sed intellectus possibilis, cui proprie actio intelligendi attribuitur, duplicem operationem habet: *primam,* quae vocatur *simplex* apprehensio; et *secundam,* quae dicitur compositio vel *divisio* 2. Ergo *duplex* quoque abstractio erit ei attribuenda: *altera* respondens *primae operationi,* a qua etiam *nomen* trahit, nam dicitur abstractio per modum *simplicitatis;* et *altera* per modum *divisionis,* quae respondet *secundae operationi* intellectus possibilis, hoc est, judicio, ab eaque *nomen divisionis* accipit 3.

1 Cfr. S. Thom., I, q. 85, art. 1, ad 1 et 4, et art. 2, ad 2.

«Nota, dicit Cajetanus, quod *abstrahere* a phantasmate *quamdoque* significat *operationem* intellectus *agentis, quamdoque* operationem intellectus *possibilis:* intellectus *agentis* quidem, quando dicitur quod abstrahimus *species* intelligibiles a phantasmatibus; intellectus vero *possibilis,* quando dicitur quod *cognoscimus quod quid est* hominis, abstrahendo ab hoc et illo homine. Tantum enim interest inter abstractioncm utramque, quod abstractio *illa* est *realis productio rei abstractae,* scilicet speciei intclligibilis; *ista* autem solum est *exspoliatio rei abstractae, non per realem denudationem sed per negationem attinctionis seu considerationis.** *(In I,* q. 85, art. I, n. 3. Cfr. etiam *in de Ente et Essentia,* q. 7, edit, cit., p. 103-107.)

1 Solent assignari *tres* operationes mentis quae tamen reducuntur ad *duas,* nam ratiocinium est *judicium quoddam* scilicet mediatum. Cfr. S. Thom., III de *Anima,* lect. II, p. 222-227; I *Pcriher.,* lect. I, n. 1-2; I *Post.,* lect. I, n. 4.

3 «*Abstrahere* contingit *dupliciter. Uno modo* per modum *compositionis et divisionis:* sicut cum *intelligimus aliquid non esse in alio vel esse separatum ab eo. Alio* modo per modum *simplicitatis:* sicut cum *intelligimus unum, nihil considerando de alio.* Abstrahere igitur per intellectum ea. quae *secundum rem* non sunt abstracta, *secundum primum modum abstrahendi, non* est *absque falsitate,* sed *secundo modo abstrahere* per intellectum, quae non sunt abstracta *secundum rem, non habet falsitatem:* ut in sensu apparet. Si enim intclligamus vel dicamus, colorem non inesse corpori colorato vel esse separatum ab eo, erit falsitas in opinione vel in oratione. Si vero consideremus colorem et proprietatem ejus, nihil considerantes de pomo colorato, vel, si quod intelligimus, voce exprimamus, erit absque falsitate opinionis et orationis; pomum enim non est de ratione coloris. Et ideo nihil prohibet colorem intelligi, nihil intelligcndo de pomo. *Similiter* dico, quod ea quae pertinent ad rationem speciei cujuslibct rei materialis, puta lapidis aut hominis aut equi, possunt considerari sine principiis individualibus, quae non sunt de ratione speciei. Et *hoc est abstrahere universalem a particulari vel speciem in-*

Patet autem quod, si abstractio psychologice sumitur pro cognitione, ei formaliter est abstractio attribuenda qui formaliter intelligit. Porro intellectus possibilis est qui formaliter intelligit, non autem intellectus agens, qui solummodo facit quod possibilis intellectus intelligat. Unde abstractio formaliter attribuenda est intellectui possibili tantum; agenti vero nonnisi *effective.* Et ideo recte Card. Lorenzelli *effectivam* appellat abstractionem intellectus agentis, dum abstractionem intellectus possibilis vocat *considerativam* x.

Secundum vero quod abstractio sumitur *quasi passivi vel ex parte objecti,* quatenus scilicet nominat *rem abstractam, dupliciter* considerari potest: uno modo, *denominative* ab abstractione activa abstrahentis, et tunc est *relatio* quaedam rationis abstracti ad abstrahentem, fundata in actione reali abstrahentis 2; alio modo, *fundamentalter,* et sic est *compositio,* vel forsitan *eminentia,* rei abstrahibilis, qua formaliter abstrahibilis redditur. Oportet enim quod fundamentum abstractionis respondeat ipsi abstraction!. Si ergo abstractio formaliter est distinctio —praecisio vel divisio— quaedam inchoata (in prima operatione) vel perfecta et completa (in secunda operatione), *fundamentum* ejus debet esse *compositio,* sicut universaliter nihil est divisible nisi *quod* est compositum et *in quantum* compositum est.

Jam vero *compositio* est *duplex:* una est *formae et materiae;* alia, *totius et partis. Fundamentaliter* ergo abstractio di-

t·

telligibilem a phantasmatibus, considerare scilicet naturam spccici absque consideratione individualium principiorum, quae per phantasmata representantur.» (I, q. 85, art. 1. ad 1.)

l *Philosophiae theoreticae institutiones,* Psychol, intcll., part. 2, lect. 2, n. 2. Edit, cit., t. II, p. 370.

l Nam scibilis ad scientem est ralatio rationis tantum, quamvis scientis ad scibile realis sit. «Sciendum est, inquit Cajetanus, quod ly *abstrahere diversa significat,* cum dicimus *intellectum abstrahere* (active vel formaliter) ab homine ct equo, ct cum dicimus *animal* (objetive vel passive) *abstrahere* ab homine et equo; eo quod *tunc* significat *ipsam intellectus operationem* attigentem in eis unum ct non alia; *nunc* vero significat *extrinsecam denominationem ab illa intellectus operatione, qua res cognita abstracta denominatur.* In unum tamen ct idem semper tendit, quoniam semper sonat intelligi unum non intellecto altero.» *(De Nominum Analogia,* cap. 5, edit, cit., p. 265.)

viditur *in totalem et formalem,* secundum quod respondet composotioni totius et partis vel formae et materiae. Ad rem *Cajetanus:*

tSicut est *duplex compositio,* scilicet formae cum materia et totius cum partibus, *ita duplex* est *abstract™ per intellectum,* scilicet qua formale abstrahitur a materiali et qua totum universale abstrahitur a panibus subjectivis. Secundum primam, quantitas abstrahitur a materia sensibili; juxta secundam, animal abstrahitur ab homine et leone: primam voco abstractionem *formalem,* secundam vero voco abstractionem *totalem,* eo quia quod abstrachitur prima abstractione est ut forma ejus a quo abstrahitur, quod vero abstrahitur secunda abstractione est ut totum universale respectu ejus a quo abstrahitur»x.

Et *Joannes a S. Thoma:*

«Vocatur, inquit, abstractio *formalis,* qua forma abstrahit a materia, actus a potencia, essentiale et proprium ab extraneo et alieno; abstractio autem *totalis* est, qua superius abstrahit ab inferiori et commune ab individuis, quia habet se ut totum respectu inferioris, includendo illa virtualiter et implicite; abstractum autem formale non se habet ut totum respectu concreti, sed ut pars et quasi forma et actus respectu potentiae et subjecti»2.

Si autem *denominative* sumatur, tunc abstractio dispescitur in *logicam* et *realem:* quarum prima respondet primae operationi mentis, altera vero, secundae, nam et ens logicum, quod est universale, fit per primam operationem, quatenus scilicet apprehenditur unum non apprehenso alio, praescindendo ab hoc quod illud unum sit *reapse* aliud vel non sit3, quia prima operatio mentis respicit *quidditatem,* non autem *esse;* sed per secundam operationem mentis apprehenditur unum *non esse* aliud, quod verum non esset

l *Comment. in Opusc. de Ente et Essentia,* q. i, edit, de Maria, Romae, 1907, pag- 8.

‘ *Logic.,* II P., q. 5, art. 2, edit. Vives, t. I, p. 289 a.

* Cfr. *Metaph.,* proocm. et VI *Metaph.,* lect. I, n. 1165, et *in Boetium & Trinitate,* q. 5, art. 2 ct in I *Physic.,* lect. 1, n. 2.

nisi in rerum natura *unum reapse non sit aliud*, et propterea dicitur quod secunda operatio concernit *esse x.*

Sed tamen non sequitur quod abstractio formalis fieri non possit in prima operatione mentis. Potest utique fieri, licet imperfecte, hoc est, *negative* vel permissive, eo vel magis quod genus sumitur a materia ct differentia a forma; et insuper quia totum se habet ad partes ut forma, quae vicissim ad totum comparantur ut materia; et iterum quia prima operatio mentis, quatenus, est inchoatio secundae, etiam *rem realem* attingit, quamvis ut *rem* tantum seu essentiam, et non ut *esse.* At verum est quod abstractio totalis non datur in secunda operatione, quia haec semper est realis ct *positiva* seu per modum divisionis 2. Et merito, quia inter et materiam et formam datur realis distinctio, non autem inter genus et differentiam, inter quae solum est distinctio logica formaliter, quamvis fundamentaliter possit esse realis. Possumus ergo dicere quod abstractio totalis est propria primae operationis, et quod abstractio formalis est propria secundae, sed diversimode; quia in primo casu illi *soli* convenit: in altero vero, *non soli,* sed *potissimum* et *per se* convenit secundae3.

' I *Sent.,* dist. 19, q. 5. art. 1, ad 7.

2 Unde ct dicitur compositio del divisio, et quae hoc modo abstrahuntur debent esse *realiter* distincta, quia secunda operatio respicit *esse.* Plato autem deceptus est, quia non distinguebat inter istas abstractioncs. Cfr. S. Thomam, I *Metaph.,* lect. 10, n. 158; III *Aietaph.,* lect. 2, n. 351, lect. 7> n. 415 et 422; XII *Metaph.,* lect. 2, n. 2426; I de *Anima,* lect. 4, p. *22;* II de *Anima,* lect. 12, p. 121; III de *Anima,* lect. 9, p. 216, et lect. 12, p. 232-233, ct alibi passim. Audiatur etiam Joannes a S. Thoma: «Potest autem aliquid absolvi ab ordine ad aliud *dupliciter:* uno modo *pure negative,* accipiendo unum omni alio suppresso vel omisso ad quod poterat ordinari; alio modo *privative seu positive,* quia accipit *unum separando ab alio cum cognition utriusque termini.* Hinc nascitur *duplex abstractio,* alia *negativa,* alia *positiva. Negativa* concipit unam naturam *omisiss conditionibus individuantibtis* ct *circa illas negative se habendo.* Abstractio *positiva* est illa, quae *separat* naturam a conditionibus *non pure omittendo et relinquendo individua* seu differentias individuales, sed *cognoscendo id quod reliquit et id quod assumit,* ct consequenter *cognoscendo distinctionem inter unum et aliud.» (Logica,* II P., q. 4, art. 2, t. I, p. 276 a.)

| Primae autem operationi *per accidens* tantum, sicut per accidens convenit ei aliqua compositio vel divisio, ct similiter veritas ct falsitas; nam

Ex quo rursus eruitur quod abstractio logica subdividitur in tot modos quot sunt modi distinctionis rationis, et pariter abstractio realis tot modos suscipit quot sunt modi realis distinctionis. Jam enim supra diximus quod distinctio objetive sumpta, hoc est, distinguibilitas, est quasi fundamentum proximum abstractionis, licet distinctio in actu sit quandoque abstractionis terminus; nam et ex hoc quod ratione abstrahimus, ratione distinguimus, et propterea plures distinctiones non conveniunt rebus nisi in statu abstractionis. Unde et videmus quod abstraction! logicae totali respondet distinctio virtualis major seu penes excludens ct exclusum, dum abstraction! logicae formali —quae ad realem quodammodo accedit, cum attingat *rem realem,* licet non ut esse, sed ut esentiam— respondet distinctio virtualis minor seu penes includens et inclusum vel implicitum et explidtum, atque ita subdivisio abstractionis *logicae* in totalem et formalem fit secundum fundamenta, quia abstractio denominative, utpote media consistens inter subjectum et objectum proprie dictum, ab utroque aliquid participare debet.

Et revera proprium est abstractionis totalis quod a rebus a quibus sumitur perfecte praescindat, etiam ipsa ignorando; sed abstractio formalis simul debet cognoscere id quod abstrahit et id a quo abstrahitur, sive sit revera *res* distincta, sive *modus intrinsecus* distinctus. Quod quidem S. *Thomas* profunde docuerat scribens:

^*Duplex* fit *abstractio* per intellectum: *una* quidem secundum quod *universale* abstrahitur *a particulari,* ut animal ab homine; *alia* vero secundum quod *forma* abstrahitur *a materia,* sicut forma circuli abstrahitur per intellectum ab omni materia sensibili.

ct *abstractio primae operationis* est per modum *definitionis,* dum *abstractio stcundae* est per modum *enunciations,* ut S. Doctor tradit scribens: **Dupliater* potest intelligi aliquid sine altero. *Uno modo* per modum *enuntiandi,* dum scilicet *intelligitur unum esse sine altero...; Alio modo* potest intelligi aliquid sine altero per modo *definiendi,* ut scilicet *mtelligatur unum, non* tamen *intellecto altero* sicut animal intelligitur sine homine ct omnibus aliis speciebus et sic ens potest intelligi sine bono.» *(De lentate,* q. 21, an. i, ad 2 arg. sed contra.)

Inter has autem abstractiones haec est *differentia,* quod in abstractione *(totali),* quae fit secundum universale et particulare, *non remanet id a quo fit abstraction* remota enim ab homine differentia rationali, non remanet in intellectu homo, sed solum animal. *In abstractione vero (formali),* quae attenditur secundum formam a materia, *utrumque manet in intellectu;* abstrahendo enim formam circuli ab aere, remanet seorsum in intellectu nostro et intellectus circuli et intellectus aeris»x.

Denique ex his omnibus sequitur quod *abstractio est quid analogum,* diversimode dictum de diversis secumdum prius et posterius. Sumitur enim et psychologice, hoc est, active et formaliter; et logice, nempe denominative; et metaphysice, scilicet fundamentaliter. Patet autem quod per

etiam0?na Logicae› dumTrmTlis'cstT^/ qU°d abstractio totaI*s est *univoca tra t'* aC dc re audire Alexandria Ct proPna *Metaphysicae.* Juvat *et m°tWt: Prin'a Cst Mersatis a ^LEXAndria· •Duplex,* inquit, *ait-*
parti^X d*ffcrt prima a secunda *secunda est formae a materia,*
univer r*' totUm abstrahitur a tota ·quando abstrahitur universale a
enim ±,.et icaris est cons^''^ Cnim ali^id ^ub ratione
concinituriSUr81t Univcrsalc ct particul-T 1?iIIΓTι du°bus modis; ex hoc
abstrahitur fonT* C°nse<lUcns duobus'Iηo<Γ** '—r tOtUm duobus modis
abstrahi n a materia› abstrahitur m.?dls. Slgnificatur. Quando autem
eundum ratio^l⁄Otest duobus niod' ,c tdltUr pars a Partc·forman aute»t
natura rc.X"?^^ autem 1'' '· SC*HcCt vcl ™ vel
^rmae di^r VCro ^at.onem X°JCCUndum. rem quae oritur a
«alitatis non sum Slractac «eundum rem** Vl ralionis oritur): illae ergo
substantiae semnit lrnmcrsac in materia ? matcria Viae ex natura suae
non sunt, et si nam co Zo SUb,imatae ab ea, sicut sunt
sunt abstractae ser^l 'H(CS n°n SUnt non hnK° SCrnP,tcrnac sunt, possibiles
mersae materiae tam raiionc»n quae maenam; illae autem formae
Praeter materiam· n, Cn.proPtcr vim int^nK Cni secundum rem sunt im-
quae sunt adunata in essc'Pea ratio «t apta X Ct.rationia concipiuntur
onem: *primam* scilicet / S'C crg0 secundum . 'ta, d,v,dcre conceptu multa
secundum rationem; tertia'™?'^ a Porticui ·?° habcrnu' triplicem abstrac-
est necessaria in omni sci?' *!°Ttnae a materia 'Π› Se^tt,tdarn› formae a matetia*
Particularium; circa X ? ^ia ipsa X ^- Prima abstractio
est Mathematica- °rnias SCcundo mod3 °? C*rCa rationes communes
«se abqua Scientia Pri^' vcro formTm r abstractas scilicet secundum
' co · 4 et 172, col. i.) ' q ae 811 Prior Physi^1"0 modo abstractam debet

Λ

DE ABSTRACTIONE

I) *notio nominalis -abs-tractio*.....\

i) secundum id *a quo* imponitur nomen vel secundum *primam nominis impositionem (physice)*.....

A) passio qua unun *trahitur* vel *separatur* ab alio, v. gr., aqua a puteo = *passio transiens.*

B) actio qua unum *trahit* vel separat aliquid ab aliquo, v. gr., actio extrahentis aquam a puteo = *actio transiens.*

2) secundum id *ad quod* significandum nomen imponitur = *usus* nominis *(psychologice)*...

α) *actio* sentiendi unum non sentiendo aliud ejusdem rei v. gr. qua auditus sonum percipit non percipiendo colorem = *actio immanens.*

β) *quast-passio* vel potius *denominatio* qua unum sentitur alio non sentito, v. gr. qua sonus sentitur non sentito colore = *quasi passio immanens.*

B) in ordine intellectivo..... { a) *actio* intelligendi unum non intelligendo aliud, v. gr. animal non percepto homine = *actio immanens.*

β) *quasi-passio* vel potius *denominatio* qua unum intelligitur alio non intellecto remanente = *quasi-passio immanens.*

i) *active seu ex parte subjecti actus abstrahentis* seu *intelligentes*..... [

a) per primam operationem, quae potest esse aut.....

a) *intellectus* «agentis»; *illuminatio* phantasmatum et *productio* speciei intelligibilis = *abstractio* «effective».

β) *intellectus* «possibilis» *simpliciter apprehendendo* unum non apprehendendo aliud = *abstractio* «per modum simplicitatis» seu «definitionis»..... *[abstractio formaliter.*

B) *per secundam operationme* hoc est *intellectus possibilis judicantis seu dividentis* apprehendendo scii, unum *non esse* aliud = *abstractivo per modum divisionis*.....

II) *divisio*

A) denominatio abstracti ab actu intellectus *possibilis* abstrahentis, seu *quasi-passio* ejus et *relatio rationis* abstracti ad abstrahentem; ct/ sic *aut* est.....

a) *logica* tracti ab actione intellectus possibilis abstrahentis per *modum simplicitatis,* et tunc id quod percipit alio non percepto *vel* est.....

abs-ja) *commune et superius — abstracio totalis,*

) *actuale seu formale = abstractio formalis per modum simplicitatis,* seu *negativa vel permissiva*.....

abstractio denominative.

2) *quasi-passive seu ex parte objecti*.....

β) *realis = denominatio* abstracti ab actione intellectus possibilis abstrahentis *per modum divisionis = abstractio semper formalis et positiva scu per modum divisionis vel enunciations*.....

B~) fundamentaliter = ab-/a) strahibilitas» *vel* «composi-J tio» *aut* «eminentia rei ab-ïβ stractae», et sic est *aut*.....\

totalis = fundata super *compositionem totius* cum partibus... *i*

formalis = fundata super *compositionem fortnae* cum materia, *actus* cum potentia *vel* etiam superi *eminentiam rei*.....]

ex abstractio funcntalitcr.

III) *conclusio: notio realis abstractions* = est *actio intellectus possibilis aprehendentis unum non apprehenso alio vel judicantis unum non esse aliud, fundata in duplici compositione rerum, scii, totius aim partibus ct formae cum materia vel actus cum potenta, ex qua res intellecta donomnatur abstracta logice vel realiter, negative aut positive, totaliter vel formalitcr.*

prius dicitur aliquid secundum id quod est *formaliter* quam secundum alias consideraciones; et ideo abstractio per prius dicitur de abstractione intellectus possibilis, de aliis vero secundum ordinem quo appropinquant ad illam primam, vel magis vel minus. Et sic dicitur abstractio de actione intellectus agentis in quantum est *factiva* illius abstractionis; et de compositione vel abstrahibilite rerum, in quantum est ejus *exemplar,'* et de abstractione denominative, in quantum est ejusdem *significativa.* Unde et in omnium definitione necesse est ponere abstractionem intellectus possibilis; ex quo patet quod per prius et formalius pertinet ad Psychologiam loqui de abstractione quam ad Logicam vel ad Metaphysicam. Merito ergo de abstractione loquuti sumus investigando causam efficientem Philosophiae quae est Philosophus per intellectum suum, maxime per possibilem.

Quando autem de abstractione loquimur in causa efficienti Philosophiae, intelligimus indistincte abstractionem intellectus agentis et possibilis, potissimum vero abstractionem intellectus possibilis, sive logica sive realis sit, sive totalis, sive formalis; principaliter tamen, abstractionem formalem et quodammodo etiam realem \ quia alia abstractio potius est conditio sine qua non quam vera causa. Notiones ergo illae ex sensibilibus desumptae quandoque sunt abstractae abstraction! totali, sed principia prima super illis constructa semper sunt abstracta abstractione formali.

Et haec satis sint, et plus quam satis, pro via inductiva vel quasi passiva. Liceat tamen ob oculos ponere notionem abstractionis et modos ejus sequenti schemate:

' Nam, ut postea demonstrabitur, gradus abstractionis sumuntur secundum abstractionem formalem, a qua proprie specificantur partes Philosophiae; secus enim Philosophia non attingeret res reales, ejusque abstractiones potius ad confusionem quam ad distinctionem inservirent, ut pseudoscholaslicis —qui infiniti numero fuerunt et forsitan sunt— accidit, Metaphysicam et alias philosophias reales in Logicam convertentes. Propterea ergo secundum principalitatem partis Philosophiae erit proporttonaliter consideranda una vel altera abstractio, sed simpliciter ea quae propria est superioris partis. Haec autem abstractio realis intclligenda est in sensu exposito, hoc est, ut etiam primam operationem mentis concernit.

2. *Juxta secundani viam autem primum principium cognitionis humanae sunt notiones universales et prima principia,* quae *intellectus* applicat ad diversa objecta ut eorum virtute cognoscantur. Intellectus enim semper est qui principaliter intelligit, sive in una sive in altera via; sed principia illa applicata sunt quasi *instrumenta conjuncta intellectus* \ quibus in *ratione* causatur cognitio *conclusionum,* ut sic habeatur deductio proprie dicta, hoc est, discursus *secundum causalitatem seu processus de uno cognito ad aliud incognitum ut cognoscatur virtute primi cogniti,* quemadmodum S. *Thomas* exponit his verbis:

«Discurrere proprie est ex uno in cognitionem alterius devenire. Differt autem cognoscere aliquid *in* aliquo et aliquid *ex* aliquo; quando enim aliquid *in* aliquo cognoscitur, *uno motu* fertur cognoscens *in utrumque,* sicut patet quando aliquid cognoscitur *in* aliquo ut *in* forma cognoscibili; et *talis cognitio non est discursive.* Nec differt quantum ad hoc utrum aliquid videatur *in propria* specie *vel in* specie *aliena;* visus enim non dicitur conferre neque videndo lapidem per speciem a lapide acceptam, neque videndo lapidem per ejus speciem in speculo resultantem. Sed tunc dicitur aliquid *ex* aliquo cognosci quando *non est idem motus in utrumque,* sed *primo* movetur intellectus *in unum* et *ex hoc* movetur *in aliud;* unde hic est quidam dis-cursus, sicut patet *in demonstrationibus; primo* enim intellectus fertur *in principia tantum, secundario* fertur *per principia in conclusiones»* 2.

Et haec cognitio est *per viam judicii,* quia spectat ad tertiam operationem mentis, quae judicium mediatum est, et fit virtute immediati judicii praecedentis in quod immediate resolvitur, usque dum perveniatur in judicium simpliciter primum, quod est immediatissimum. Unde S. *Thomas* iterum scribit:

«Ratio autem habet *aliquod principium* per se notum, *ad quod resolvendo reducit illud cujus cognitionem quaerit;* et quando ad

1 Cfr. II *Sent.,* dist. 27, q. 1, art. 5; *de Verit.,* q. 11, art. I ct 3, ct alibi pluries.

* *De Verit.,* q. 8, art. 15; cfr. etiam I, q. 19, art. 1.

illud reducere potuerit, habet *certitudinem* de re et *sentential* quod ita est; sed *antequam* ad illud principium reducere possit, *movetur* aliquibus *verisimilitudinibus,* ct siquidem rationibus illis *detineatur unquam certis, decipitur et errat;* si autem illis *non detineatur,* tunc habet *opinionem* unius partis *cum formidine alterius»* .*

Et alibi melius:

«Natura, dicit, in omnibus suis operibus bonum intendit et conservationem eorum quae per operationem naturae fiunt; et ideo *in omnibus naturae operibus semper principia sunt permanentia et immutabilia et rectitudinem conservantia;* principia enim manere oportet, ut dicitur in I Physic. Non enim posset esse aliqua firmitas vel certitudo in his quae sunt a principiis, nisi principia essent firmiter stabilita, et inde est quod *omnia mutabilia reducuntur ad aliquod primum immobile:* inde est etiam quod *omnis specifica cognitio derivatur ab aliqua certissima cognitione,* circa quam error esse non potest, quae est *cognitio primorum principiorum universalium, ad quae omnia illa cognita examinantur, et ex quibus omne verum approbatur et omne falsum respuitur.* In quibus, si aliquis error posset accidere, nulla certitudo in tota sequenti cognitione inveniretur» 2.

In quo quidem processu magna delectatione et vehementia trahitur homo ad resolutionem complendam; tum quia est processus discursivus seu rationalis, qui homini est maxime naturalis utpote propriae formae (rationi) respondens: tum etiam quia «quanto aliquis plura scit, tanto majori desiderio affectat scire»3, ex quo maxime juvatur et augetur vis et potentia philosophandi. Unde et 5. *Doctor* scribit:

«Delectationes propriae coadjuvant ad unumquodque. Sicut *delectatio qua quis delectatur in speculando ct discendo facit hominem magis speculari et discere» 4.*

«Unusquisque, addit alibi, circa illa maxime operatur et in his operationibus insistit quae maxime diligit, sicut musicus maxime

* III *Sent.,* dist. 17, q. I, art. *2,* qla. 1.
l *De Verit.,* q. 16, art. *2.*
' III *Contra Gent.,* cap. 25.
l VII *Ethicor.,* Icct. 12, fol. 99» coi. 1 D.

insistit ad audiendum melodias, et ille qui est *amator Sapientiae maxime insistit ad hoc quod mente theoremata, id est, consideration^ speculetur»* 1.

Et haec delectatio maxime facit penetrare res, ut idem *Aquinas* pulcherrime docet his verbis:

«Quaelibet delectatio quadam affinitate appropriatur operationi quam perficit, quia unaquaeque operatio per propriam delectationem augetur, sicut quodlibet natum est augeri per id quod est sibi simile et conforme. Videmus enim quod illi qui delectabiliter operantur quodcumque opus rationis magis possum singula dijudicare et per certitudinem exquirere ea circa quae delectabiliter negotiantur, sicut Geometrae, qui delectantur in considerationibus Geometriae, magis possunt intelligere singula hujusmodi considrationis, *quia mens magis detinetur in eo in quo delectatur,-* et eadem ratio est de omnibus aliis, sicut de his qui amant musicalia et delectantur in eis, et de omnibus aliis; quia per hoc quod gaudent in tali opere magnum augmentum faciunt ad proprium opus, et sic patet quod delectationes augent operationes» 2.

Et rursus addit:

«Amans non est contentus superficiali apprehensione aniati, sed nititur singula quae ad amatum pertinent intrinsecus disquirere, ct sic ad interiora ejus ingreditnr; sicut de *Spiritu* Sancto, qui est *Amor* Dei, dicitur ***I** ad Cor. **II,*** io, quod *scrutatur* etiam *profunda Dei* 3.

Alii vero, qui principia docendo exterius proponunt, sicut magistri, vel etiam libri et bibliothecae, sunt causae *instrumentons separatae* quae nihil agunt nisi conjungantur cum instrumento conjuncto, hoc est, cum principiis primis naturaliter notis et non per disciplinam acquisitis; quae iterum nihil valent nisi accedat motio intellectus per vigorem suum naturalem; impossibile est enim quod causa instrumen-

1 X *Ethicor.,* icct. 6, fol. 133, vol. 2-3.
1 X *Ethicor.,* Icct. 7, fol. 133, coi. 3-4.
3 I-II, q. 28, art. 2.

talis operetur in quantum hujusmodi, nisi in quantum mota a principali agente, cum quo quasi *continuari* debet. Et sic videmus quod illi, qui naturaliter ingeniosi sunt et studiosi, etsi non multos libros legerint neque eximios doctores audierint, veri tamen sapientes evadunt; illi vero, qui hebetudine laborant vel pigritia, quamvis ipsum S. Thomas doctorem habeant et ditissimam bibliothecam possideant, stulti remanent et imperiti. «*Sicut* enim, ait *Angelicus, causa scientiae est applicatio* animi ad sciendum, *ita causa ignorantiae est* animum ad sciendum *non applicare*»1.

Et alibi ex *Hieronymo* dicit:

«Aliquis habet ingenium et dat se otio, efficitur rudis et hebes; aliquis autem non habet ingenium et exercitat se, et acquirit ingenium: et ita habenti studium datur scientia et ingenium; et non habenti, etiam illud quod habet, scilicet ingenium, auferetur ab eo» .*

Sic ergo patet, quod ea, quae praecedunt abstractionem et apprehensionem principiorum, *materialiter* se habent ad cognitionem intellectus, ut puta sensatio, phantasmata et alia hujusmodi; dum vero talem apprenhensionem sequuntur, *moventur* ab ipso intellectu, et ideo evandunt instrumenta et reducuntur vel quasi transferuntur, per quamdam elevationem, *ad dignitatem causae effiicientis instrumentons,* subordinatae tamen ad instrumentum conjunctum, quod sunt prima principia rationis.

3. *Uniendo autem duas illas vias, clauditur circulus processus lotius Philosophiae.* Id quod S. *Thomas* ipse expressit his verbis: «*Cognitio autem nostra ex sensu oritur a per principia rationis procedit*» in *conclusiones*3. Et alibi fusiori calamo scribit:

^*Praeexistunt* in nobis quaedam *scientiarum semina,* scilicet *primae conceptiones intellectus,* quae *stattnt* lumine intellectus agen-

' *Qq. dispp. de Malo,* q. 3, art· 7·
2 *In Mtt.,* cap. 25, edit, cit., p. 341 a.
• III *Sent.,* disc 21, q. 2, art. 3·

tis *cognoscuntur per spectes a sensibilibus abstractas, sive sint complexa* ut dignitates, *sive incomplexa* ut ratio entis et unius et hujusmodi, quae *statim* intellectus aprehendit.

Ex *his* autem principiis universalibus *omnia principia sequuntur,* sicut ex quibusdam rationibus seminalibus; quando ergo ex istis universalibus cognitionibus mens educitur ut actu cognoscat particularia, quae prius in potentia et quasi in universali cognoscebantur, tunc aliquis dicitur scientiam acquirere... *Scientia* ergo *praeexistit in addiscente in potentia non pure passiva, sed activa;* alias homo non posset per seipsum scientiam acquirere... Processus autem rationis pervenientis ad cognitionem ignoti in inveniendo est ut *principia communia per se nota applicet ad determinatas materias, et inde procedat ad alias particulares conclusiones et ex his in alias» 1. «Sicut* ergo aliquis *dupliciter sanatur,* uno modo per operationem *naturae tantum,* alio modo *a natura cum adminiculo* medicinae; *ita etiam* est *duplex modus acquirendi scientiam* (per quam *sanatur* eagritudo *animae ignorantis), unus* quando *naturalis ratio per seipsam* devenit in cognitionem ignotorum, et hic modus dicitur *inventio, aliius* quando *rationi naturali aliquis exterius adminiculatur,* et hic modus dicitur *disciplina (ibid.).*

* * *

Illas autem vias tam angustas et longas et laboriosas, ideo animose arripit homo ut per eas pervenire possit usque ad dulcissimam contemplationem ipsius Causae Primae universalis incausatae. Unde S. *Doctor* scribit:

«Naturaliter inest omnibus hominibus desiderium cognoscendi causas eorum quae videntur; unde propter admirationem eorum quae videbantur, quorum causae latebant, homines primo philosophari coeperunt; invenientes autem causam quiescebam. *Nec sistit inquisitio quousque perveniatur ad Primam Causam;* et tunc *perfecte* nos scire arbitramur *quando Primam Causam cognoscimus. Desiderat* igitur homo *naturaliter cognoscere Primam Causam quasi ultimum finem»2.*

Atque ita uniuntur causa finalis et efficiens Philosophiae, ex quibus *integratis* quaedam descriptio ejus accipitur;

1 *De Vcrit.,* q. it , an. i.
1 III *Contra Gent.,* cap. 25.

nam ordo agentium respondere debet ordini finium, et propterea, quia *finis* Philosophiae est *veritas,* causa ejus *efficiens* debet esse *facultas veritatis,* quae est *intellectus.* Quam quidem descriptionem elegantissime tradidit *Plato,* dicens:

«Neque mendicus est *Amor* unquam, neque etiam opulentus; quin etiam *inter sapientiam et inscitiam constituitur.* Sic enim res se habet: *nullus deorum philosophatur* aut sapiens fieri cupit; est enim: *nec alius quivis sapiens philosophatur. Neque omnimo ignorantes philosophantur,* neque sapientes fieri cupiunt, hoc enim habet ignorantia pessimum, quando qui nec pulcher nec bonus est, neque sapiens, sufficienter haec habere se censet. Nunquam igitur expetit illa, quorum se indignum non advertit.

Qui ergo potissimum, inquam, Diotima, philosophantur, si neque sapientes neque ignorantes id agunt?

Hoc profecto vel puer intelliget, inquit, quod hi videlicet, *qui inter istos sunt medii:* c quibus est amor. Sapientia nempe pulcherrimum quiddam est; amor autem circa pulchrum versatur; ex quo necessario sequitur *amorem esse philosophum,* cumque philosophus sit, *medium ignorantis sapientisque tenere.*

Horum in causa ejus genitura consistit; nam ex patre sapiente ct opulento est genitus, matre vero minime sapiente, et certe paupere. Natura itaque daemonis (genii), o amice Socrates, ista.

Nec mirum est, talem te amorem finxisse ex ea opinione quam dénatura ejus habebas; nam, ut ex tuis dictis conjicio, non amantem, sed amatum. Amorem esse putabas; et idcirco pulcherrimum tibi amorem esse visum existimo. Amabile quidem ipsum revera pulchrum est, delicatum, perfectum et beatissimum; amans autem aliam talem ideam habet, qualem in superioribus figuravi.

Esto, inquam, ut ais, hospes; praeclare enim loqueris. Cum vero talis sit amor, *ad quid conducit hominibus?*

Hoc deinceps, o Socrates, docere conabor. Talis quidem est et ita genitus amor; est autem pulchrorum, ut ipse inquis. Verum, si quis ita quaerat: cujus gratia amor pulchrorum est, o Socrates atque Diotima? Immo vero sic clarius: *qui pulchra amat, quid ab Ins potissimum expetit?* Quid respondebimus? *Adesse videlicet sibi.*

At haec responsio quaestionem hujusmodi ultra requirit: *Quid erit illi, cui pulchra aderunt?* Nihil in promptu, quod respondeam, habeo. Si quis vero, inquit, mutatis vocabulis, ct bono pro pulchro utens, percontetur, *qui amat bona, quid expetit? Adesse sibi,* inquam. *Quid huic erit, cui bona aderunt?* Facilior ad ista responsio, inquam; *felix enim erit.* Posscsionc sane bonorum *beati* sunt, qui-

cumque beati: neque requirere ulterius opus est ad quid felix esse velit, qui felicitatem optat; sed finem jam responsio habere videtur. Vera loqueris, inquam» [1]

Hucusque ille vere divinus Plato.

Talis ergo erit descriptio integratis Philosophiae: id quo homo, quatenus homo est, effectuum mirabilium visione perculsus, vehementer accenditur ad eorum causas inquirendas, usque dum perveniat ed Primam Causam simpliciter (descriptio genetica), quam principaliter et maxime detegendam intendit (finis in intentione); quod et obtinet, assidue ei ardenter —dulciter tamen et delectabiliter— laborando, mediante inventione et disciplina, hoc est, per omnia media humanitas possibilia (causa efficiens), atque ita in possessione universalis veritatis dulcissime et placidissime beatus quiescit (finis in exeeutione vel in re) [2]

Art. 2.—Definitio quasi essentialis philosophiae.

Definitio essentialis sumitur *ex causis intrinsecis simul sumptis, scilicet materiali et formali;* nam et a *materia propna* sumitur *genus,* et *a propria forma* sumitur *specifica differentia,* ex quibus *definitio essentialis* coalescit. In Philosophia autem proprie loquendo nec genus nec diferentia specifica inveniuntur, ut initio dictum est. Quia tamen res transcendentales a nobis intelliguntur ad instar rcrum praedicamen-

1 *Convivium,* edit, dt, L X, p. 232-234. Cfr. I-II, q. 27, art. 2, ad i et 2.

3 Et secundum hoc admitti potest descriptio quam Franciscos Piccolomini tradit his verbis: «Philosophia universe est habitus humanae mentis mundum quavis ratione scienter contemplans hominumque componens actiones, ex interna ingenii per naturam commotione et foccunditate ortus, ut summo bono facultate frueremur.· *(Op.* et *loc. cit.,* cap. 19, p. 34. Cfr. *ibid.,* cap. 20.)

Similiter ea quae habetur apud Sennertum: «Philosophia est habitus intellectus, sapientia et prudentia constans, omnia scilicet contemplans, atque actiones humanas congruenter gubernans ut hinc homo summum bonum adipiscatur.» *(Op.* et *loc. cit.,* p. 2)

talium et physicarum, ideo, quaerimus *quasi definitionem essentialem* Philosophiae per determinationem *quasi generis et quasi differentiae* ipsius; id quod per investigationem objecti ejus *quasi* materialis et *quasi* formalis obtinebitur.

Ad hoc autem, secundum methodum Aristotelis, *duplici via* uti possumus: altera *inductiva* et *quasi a posteriori;* altera *deductiva* et *quasi a priori.*

Sumamus initium a via inductiva.

VENATIO DEFINITIONIS PHILOSOPHIAE PER VIAM INDUCTIVAM

Via haec sumitur *ex factis,* hoc est, ex inspectione diversarum *facultatum seu partium,* quae ab omnibus vulgo Philosophiae adseribuntur, ut exinde, per abstractionem quamdam analogam, concludi possit nota aliqua communis in qua omnes conveniant x. Non ergo supponimus divisionem scientificam Philosophiae, sed tantum vulgarem et secundum quod exterius apparet; supponimus tamen, *ut Metaphysid* —nam Metaphysica ad quam hujusmodi inquisitio pertinet, posterius advenit—, *exercite* cognitas panes illas.

Jam vero novimus Sapientes seu Philosophos loqui et tractare de Logica et de Mathematicis et de Physica et de Ethica et de Metaphysica.

i. *In Logica* tractant de ente rationis, cujus propriae causae et partes et passiones inquiruntur, ut puta cum agunt de dictionibus, de enunciationibus vel dc syllogismo; quando sermonem instituunt de valore formarum syllogismi, de conversione propositionum, dc expositione ct suppositione terminorum ct aliis hujusmodi; quando loquuntur dc modis argumentandi et arguendi ct contradicendi; et quando

a Ita fecit Aristoteles in venatione secundae definitionis animae (Cfr. II *de Anima,* cap. 2 per totum (III, 445-447), ct similiter in venatione definitionis Sapientiae (VI *Ethic. Nie.,* cap. 7 (II, 70-70» «demque est faciendum in omnibus analogis.

considerant notionem demonstrationis et conditiones ejus et modos ipsius: haec enim omnia sunt passiones propriae entis rationis seu entis secundum quod intellectum est.

2. *In Mathematicis* quantitatem considerant; et omnia, quae de ipsa determinant, reducuntur vel ad causas ejus, ut puta cum imaginantur lineam ex fluxu puncti generari; vel ad passiones ejus, ut cum asserunt lineam rectam esse brevissimam inter duo puncta; vel ad partes ipsius, ut si dicant quantitatem aliam esse continuam et aliam discretam; et continuam, aliam esse longitudinem, aliam latitudinem et aliam profunditatem vel altitudinem.

3. *In Physica* vero res sensibiles, quae nos circumstant, perscrutantur, ut puta passiones Solis, Lunae, et stellarum; proprietates aeris et ignis; plantarum quoque et animalium varietates et partes; principia denique et passiones motus totiusque mundi adspectabilis.

Ingredere Laboratoria, ut ajunt; Observatoria astronomica visita; Collectiones item mineralium, plantarum, pecorum; in hisque omnibus videbis rerum sensibilium quidditates, vel saltem proprietates et applicationes, magno cum labore et aestu inquiri.

4. *In Ethica et Politica* ubique agitur de bono et malo individui et societatis tam domesticae quam civilis, de virtutibus et vitiis, de modo regendi et obediendi, de juribus demum et officiis hominum inter se multipliciter manifestatis. Hoc autem idem est ac considerare hominem secundum quod bonus vel malus est, perfectus vel imperfectus, felix aut infelix.

5. Denique *in Metaphysica* ens ipsum consideratur et partes ejus et quasi passiones ipsius et principia, ut puta potentia et actus, substantia et reliqua praedicamenta, unitas et veritas, bonitas et pulchritudo, identitas et diversitas, oppositio et contrarieras, similitudino et aequalitas, aliaque sexcenta, maxime vero consideratur principium primum, quod Deus est; omnia tamen relative ad ens reale.

Jam, si collationem facimus, comperimus in singulis

illis scientiis vel philosophiis multa quaeri et determinari circa principia et partes et passiones uniuscujusque; et tamen principia unius, et similiter passiones et partes, non sunt principia et passiones alterius, sed *unaquaeque suas suo modo habet,* ut vel leviter inspicienti apparet, et *tamen* omnes *similes* quaestiones obtinent.

Si ergo *Logica, ut Philosophia,* quaerit *principia* et *passiones* et *partes entis rationis;*

si *Mathematica, ut Philosophia,* scrutatur *causas* et *partes* et *passiones quantitatis;*

si *Physica, ut Philosophia,* investigat *partes* et *passiones* et *causas rerum sensibilium,* quae nos circunstant;

si Ethica et Politica, ut Philosophia, tractant de *principiis* et *mediis* et *propietatibus hominis quatenus bonus vel malus est;*

si denique Metaphysica similes quaestiones circa ens ipsum reale ponit, donec ad Summum Ens, quod est Causa totius entis, perveniat;

planum est *Philosophiam in universum esse quae inquirit et, secundum suum posse, determinat, de principiis et partibus et passionibus propiis rerum sensibilium, quantitatis, boni vel mali hominum, entis denique realis et rationis, secundum modum proprium uniniuscujusque. Res,* quae in omnibus illis considerantur, sunt *quasi materia; causae propriae propriusque modus* quibus considerantur, sunt *quasi forma.* Atque ira habemus definitionem *quasi essentialem* Philosophiae.

§ II

VENATIO DEFINITIONIS PHILOSOPHIAE PER VIAM QUASI DEDUCTIVAM.

Sicut inductio a singularibus ad universalia ascendit, ita deductio e converso descendit ex universalibus ad singularia, vel, saltem, ad minus universalia. Jam vero nihil est universalius ipsis transcendentalibus, et propterea *notio transcendentalium venari non potest per processum vere deductivum:*

nisi, praeter ea quae ratio naturalis attingit, fides —quae supernaturalis cognitio est— aliquid *supertranscendentale* doceat; tunc enim aliquid commune analogum abstrahi posset *logice* universalius transcendenti et supcrtranscendenti, ex quo, per quamdam deductionem seu descensum, perveniri posset ad unumquodque. Id quod tamen non a facultate transcendentis, sed a propria facultate supertranscendentis fieri deberet, hoc est, non a Metaphysica, sed a Sacra Theologia. Quia ergo non Theologi, sed Metaphysici officio fungimur, non possumus hoc modo venationem Philosophiae prosequi sine defectu methodi.

Cum igitur notio Philosophiae in universum consideratae sit quid transcendcntale, impossibile videtur, *philosophice* procedendo, viam deductivam ingredi, per quam ad notionem illam universalem perveniatur.

Attamen, si non hoc modo plus minusve logicali, *a io certe modo magis reali et metaphysico fieri potest, nempe ex causa finali Philosophiae,* quae, utpote causa causarum, est ratio a priori caeterarum, etiam materiae et formae; nam, ut Aristoteles docuit[1], ex definitione vel descriptione per causam finalem, a priori deduci possunt et determinari definitiones per alias causas, sicut ex definitione finis domus concludi potest a priori materia et forma ex quibus componi debeat, ct qualitas (scientia) artificis per quem erit fienda. Inspicienda est ergo causa finalis Philosophiae, supra a nobis *inductive* determinata, ut ex ea inferatur quasi materia et quasi forma ejus.

1 I *Post.,* VIII (I, 129, 10-26); II *Post.,* VIII (I, 159, 14 sigts.); II *Physic.,* IX, 3-6 (II, 272, 28-53 et 273, 1-8). Audi expositionem S. Thomae: •Sciendum quod contingit *definitiones diversas dari ejusdem rei, sumptas ex diversis causis.* Causae autem ad invicem ordinem habent: nam ex una sumitur ratio alterius. *Ex forma* enim sumitur *ratio materiae;* talem enim oportet esse materiam qualem forma requirit. *Efficiens* autem est *ratio formae;* quia enim agens agit sibi simile, oportet quod secundum modum agentis sit etiam modus formae, quae ex actione consequitur. *Ex fine autem sumitur ratio ejicientis;* nam omne agens agit propter finem. *Oportet ergo quod definitio, quae sumitur a fine, sit ratio et causa probativa aliarum definitionum, quae sumuntur ex aliis causis.» (In I Post.,* lect. 16, n. 5. Cfr. etiam *in II Phisyc.,* lect. 8, n. 3, et *in II Post.,* lect. 15, n. 6).

Atqui *finis* Philosophiae est *ultima et completa hominis perfectio* secundum quod *naturaliter* possibile est *(beatitudo naturalis).*

Ergo talis debet esse forma et materia Philosophiae, ut ex illis perfectio illa consurgere possit.

Porro *perfectio* respondere debet *perfectibili;* homo autem, quatenus homo est, nempe ut est rationalis, *intellectu* et *voluntate* constituitur.

Sed *intellectus* non perficitur nisi *vero,* quod quidem in cognitione situm est; *voluntas,* autem non perficitur nisi *bono practico.*

Necesse est ergo quod Philosophia *speculatione* et *actione* consistat: *speculatione,* ut *intellectum* perficiat; *actione,* ut *voluntatem* compleat.

Aliunde intellectus et voluntas hominis, utpote *facultates* alicujus *formae physicae subsistentis,* hoc est, *in* materia existentis et tamen materiam *supergredientis,* postulant *verum a bonum proportionatum,* id est, verum sensibile et verum suprasensibile, et pariter bonum sensibile et bonum suprasensibile.

Oportet igitur quod Philosophia *speculetur verum sensibile tl suprasensibile,* et *similiter inducat ad operandum bonum sensibile et suprasensibile:* verum autem sensibile est quod versatur supra ens sensibile, et hoc est proprium *Physicae;* item, verum suprasensibile est quod cadit supra ens ultrasensibile, quod est proprium *Metaphysicae.*

Philosophia ergo, *quatenus perfectiva intellectus humani,* debet esse *Physica et Metaphysica.*

Rursus bonum practicum sensibile obtinetur per exercitium virtutum, quae versantur circa actiones vel passiones sensibiles, et hoc est proprium virtutum *moralium,* quae a prudentia reguntur; bonum vero suprasensibile in quiete contemplationis, sine actione proprie dicta, reponitur.

Philosophia igitur, *quatenus perfectiva voluntatis humanae,* debet esse *practica,* per inductionem ad virtutes *morales* seu activas, per quas, veluti per ostium quoddam ;*

l Unde S. Thomas: *tVita,* inquit, *activa* in qua perficiunt *morales* (wutes) est *ut ostium ad contemplativam.· (Qq. dispp. de Vtrtut. tn communi.*

ingredi possit in quietem contemplationis universalis veritatis; hoc est, debet esse *Ethica.*

Et quia *intellectus* est capax apprehendendi *omne verum,* et *voluntas* apta nata est appetere *omne bonum,* sequitur quod *Philosophia* debet esse *considerativa omnium rerum,* nam verum et bonum *convertuntur cum ente.*

Sic ergo finaliter habemus quod Philosophia *ex parte materiae* debet esse *universalis; ex parte vero formae* debet esse *sapiens* et *prudens,* id est, *sapiens speculative et practice.*

Est ergo Philosophia Sapienta humana, in se actu implicite continens quidquid veri et boni naturaliter, seu humanitus, haberi potest ab homine, cognoscendo et agendo.

Quam quidem doctrinam haud obscure S. *Thomas* ipse tradidit scribens: «*Omniun enim quae ratione cognosci possunt (sive speculativa* sint sive *practica), necesse est aliquam doctrinam tradi ad perfectionem humanae sapientiae, quae Philosophia vocatur x. Humana* autem *sapientia* est *quae humano modo acquiritur* scilicet *per lumen intellectus agentis*2. Denique: «Ante adventum Christi, ait, *puplex doctrina* erat: *una humana, quam habebant Philosophi, alia Legis scriptae (divina)... Sapienta humana per*

art. 12, ad 24.) Et alibi: *'Sapientia* ex hoc ipso quod non est circa humana, sed *circa divina, non* communicat cum virtutibus *moralibus tn materia:* unde non connumeratur virtutibus moralibus ut simul cum eis dicatur *cardinalis* virtus: quia *ipsa ratio cardinis repugnat contemplationi,* quia *non est sicut ostium quo intratur ad aliquid aliud,* sed magis *actio moralis est ostium per quod ad contemplationem Sapientiae intratur.» (Qq. dispp. de Caritate,* art. 1, ad 4.)

Et hoc intelligitur non solum de vita mystica, sed et *de vita philosophica,* a qua vita mystica hanc analogiam traxit: et propterca dicit Philo quod «Philosophia docet nos continere linguam, ventrem et ea quae sub ventre sunt.· *(De Congressu quaerendae eruditionis gratia,* edit, cit., t. I, p. 376.) Sed de his infra redibit sermo, cum de divisione et ordine partium Philosophiae loquemur.

1 I *Polit.,* lect. i, fol. 1, coi. 2. Cfr. etiam *de Potent.,* q. i, art. 4 et II *Meteor.,* lect. 1, n. 4. Haec autem expressio est Aristotelica, nam STAGIRITA ipse vocavit Philosophiam ἀνθρώπικην σοφιαν (II *Meteor,* I, 3 (III, 572, 15. 16), quamvis sumat aliquando in sensu restricto ad Physicam, quia est'*conformis humano intellectui,* ut S. Thomas ibid, exponit.

1 III, q. 12, art. 2, arg. *sed contra.*

acquisitionem habetur...; nam *ad ejus perfectionem duplici via pervenitur,* scilicet *per experimentum et per contemplationem (In Joan.,* cap. 6, lect. i, edit, cit., p. 178 a).

Et *Petrus Tartaretus,* O. M., scribit: «*Philosophia generaliter* capta est, quae docet *cujuslibet admirabilis veritatem cognoscere secundum modum nobis possibilem, secundum quem potest a nobis apprehendi*"» 1.

Ex quo patet *quid sentiendum sit de aliis Philosophiae definitionibus* a plerisque manualistis tradi solitis: vel enim ad hanc reducuntur, vel falsae sunt aut saltem incompletae.

i. Nam illa quae communiter circumfertur: *Cognitio rerum per causas supremas naturali rationis lumine comparata,* si per *supremas causas* intelligantur *supremae simpliciter,* ut a multis de facto intelliguntur, tunc est *falsa,* quia soli Metaphysicae in suo tractatu de Deo competeret; sin autem per supremas indistincte, seu implicite, intelligantur *supremae simpliciter vel secundum quid,* hoc est, in quocumque genere, sic est *incompleta,* quia Philosophia est Sapientia, quae nominat *eminentem* quandam cognitionem ex parti objecti *vel ex parte modi cognoscendi,* ut supra ex S. Thoma retulimus; et ideo *de se* neque includit neque excludit *explicite* considerationem causarum supremarum vel proximarum, sed *utramque actu implicite continet.* Philosophia ergo non sistit in sola cognitione proximarum causarum, sed ulterius procedit ad supremas in unoquoque genere, quae tamen percipi non possunt nisi praeeunte cognitione proximarum. Et haec est vera notio aristotclica Philosophiae, prout *in actu exercito* videre est in operibus Stagiritae, in quibus non apparet, sed e contra respuitur, *apriorismus* ille, quem sibi fingunt moderni scholastici. Certe, si modernorum explicatio vera esset, deberent a Philosophia excludi fere

1 Petri Tartareti, Parisiensis, Scotistae subtilissimi, *m Aristotelis Lqicam et porphyrii Isagogetn eruditissimae explanationes.* Pars secunda. Venelus 1621 *Quaestiones praeambulae,* q. 3, fol. II, coi. 1 B.

omnia opera Aristotelis, quia in ipsis non assignantur supremae seu ultimae causae rerum, sed *propriae;* et tamen ab ipso Aristotele et a caeteris peripateticis semper habita sunt ut vere philosophica. Nec etiam moderni philosophi curant de illis supremis causis ab istis neo-scholasticis imaginatis; quin etiam, nec ipsimet philosophi ita loquentes tales causas attigerunt. An dicemus supremas rerum causas esse verbalismum et farraginem? Dicam enim ut res est; saepe, postquam studio Philosophiae incumbere coepi, mecum ipse cogitavi: istaene causae, prout apparent in his libris et operibus, et prout viva voce interpretantur ab istis doctoribus, supremae sunt, et fastigium humanae mentis constituunt? Si revera sic est, imbecillis valde debet esse humana ratio: quales enim erunt infimae proximaeque causae, si supremae tales sunt? Concludamus igitur talem definitionem non respondere antiquae neque modernae Philosophiae, et insuper factis contradici ab ipsis ejus auctoribus, qui reapse philosophi non sunt; sed, ut plurimum, formalistae et psittaci.

Si quis autem veram notionem Philosophiae secundum mentem Aristotelis assequi velit, non debet ipsam *a priori* fingere, sed haurire ex ipsa philosophia *exercite* tradita in operibus Philosophi; sicut etiam notio thomistica Sacrae Theologiae non sufficienter obtinetur ex sola inspectione primae quaestionis Primae Partis Summae Theologicae, sed venanda est praecipue ex Theologia edocta *exercite* ab Aquinate, ubi melius apparet quid ipse per Sacram Theologiam intelligat.

Insuper, si ita sumantur illa verba definitionis, non apparet ubinam sit Ethica collocanda, quae talem resolutionem non patitur.

Quae autem adduntur: *naturali rationis lumine comparata,* vel melius exprimuntur et brevius per verbum illud *humana* definitionis nostrae, vel philosophica non sunt, si intelligantur in sensu istorum philosophorum, qui in illis videre volunt differentiam inter Philosophiam et Sacram Theologiam; haec enim differentia, ut ex dictis patet, *videri non potest a puro Philosopho, sed a solo Theologo.* Nisi dicatur

esse genus quoddam supremum, *philosophice cognoscibile,* supra Philosophiam et Sacram Theologiam, ex quo istae duae *species* eruerentur; sed hoc, quam falsum sit, nuper ostendimus.

Denique *definitio* illa —sic enim inscribunt— peccat contra regulas Logicae, quibus praecipitur definitiones debere esse quam brevissimas. Dato ergo, quod *in eodem sensu* cum ea, quam nos tradidimus, sumeretur, adhuc esset nostra praeferenda, utpote brevior et clarior L

2. Pariter illa definitio qua Philosophia dicitur: *Divinarum et humanarum rerum causarumque, quibus hae res continentur, scientia* 2, ad praedictam definitionem reduci potest; nam *per res divinas* intelligebant veteres *partem speculativam, per humanas* autem *partem practicam seu moralem.*

Sufficiat audire *Archytam Tarentinum:* «Appello autem, inquit, *sapientiam* quidem *cognitionem coelestium divinarumque rerum; prudentiam* vero, *humanarum rerum et earum, quae ad vitam spectant, peritiam.* Eas enim quae ratione et demonstratione, fas est scientias nominare: virtutem vero moralem etiam optimum animi partis ratione carentis habitum,

1 Melius itaque Petrus Fonseca, S. J., scribit: «Philosophia igitur sive Sophia definiri potest: Scientia rerum per omnes causas. Duobus autem modis teneri possunt *omnes* causae rerum: *aut in certo aliquo genere* dumtaxat, *aut simpliciter.* Qui scit rem per *omnes* causas *ad certum genus* pertinentes, *sapiens in eo genere* dici potest: *qui autem* per *omnes omnino, sapiens simpliciter.* Verbi causa, *Medicus* qui novit morbum per *omnes* causas ad medicinam pertinentes, *sapiens Medicus* appellari potest: *Mctaphysicus autem,* qui tenet *omnes omnino* causas carum rerum quae sub ipsius considerationem cadunt, dicitur *sapiens simpliciter.» (Op. cit.,* in lib. 2, cap. 3, sect. 2. p. 409.)

' Tullius, *de Officiis,* lib. 2, prooem., edit, cit., p. 61. Cfr. *Tuscul.* ώ#., lib. 5, cap. 3, edit, cit., t. VIII, p. 501.

Brevius refert Plutarchus ex Stoicis Sapientiam seu Philosophiam esse Mwte καί ἀνθρωπίκων ἐπίστήμην *(De Placitis Philosophorum,* lib. 1, prol., n. 2.—Scripta Moralia, edit. Dubner, t. II, p. 1065, 16-17, apud Didot, Parisiis, 1877).

Alias Philosophiae definitiones collegit Georgius λ'alla in suo opere De *tribus rerum expetendarum fugiendarumve generibus,* lib. I, cap. 7-13, ▮inc numeratione fol. Venctiis, in aedibus Aldi Romani, impensa ac studio Petri Vallae, filii pientissimi, mense Decembris, 1501. Est editio elegantis-'..tu ct accuratissima.

secundum quem aliquo modo *inorati* esse dicimur, verbi causa liberales, justi et temperantes»x.

Habet tamen hoc inconveniens ista definitio, quod modos speculativi et practici *actu explicite* referat, cum revera *implicite tantum* deberent poni, sicut in aliis analogis accidit. Insuper res physicae et mathematicae et logicae non dicuntur proprie *divinae,* sed solum res metaphysicae; et ideo non sufficienter exprimitur diversitas implicata in modo speculativo.

3. Quae vero a quibusdam 2 ex Aristotele sumebatur,

1 *Fragmenta Moralia,* n. 6. Apud *Fragmenta Philosoph. Graecor.* edit, cit., t. I, p. 555, col. I.

2 Cfr. V. gr. Ammonium *(op. cit.,* fol. *2,* col. 1), Toletum, Conimbricenses, Aguirre *(loc, cit.)* et plurcs alios ejusdem aevi. Complûtes® autem Carmelit.ANI definiunt: «scientia entis et veritatis cognitio» (Dwp. *in Octo libros Physicor.,* disp. prima proocm., q. I, p. 6, n. 2, col. I. Matriti, 1628): sed in idem redit. Melius Complutenses Dominicani dicunt: «Philosophia in tota sua latitudine est *humanarum divinarumque rerum cognitio, prout naturali rationis lumine investigari possunt.» (In Octo libros Physicor. quaestiones.* Prooem., η. I, p. 2, coi. 1, edit, tertia, Compluti, 1737)» a quibus moderni scholastici discere potuissent saniorem verborum sensum. Possent tamen verba illa, praescindendo a textu aristotelico, recte interpretari, ut dicatur cum egregio illo philosopho, Balmes, quod "La *Filosofia* consiste en *ver en cada objeto lo que en él hay, y no mas de lo que hay...* Y ante iodo, prosequitur, es menester advertir cudn necesaria era la limitaciôn que muy de propôsito hemos aôadido: *y no mas de lo que hay.* Porquc, asi como hay entendimientos corios y obscuros que nada aciertan a ver y distinguit, los hay también demasiado vivaces y puntiagudos que en todo cavilan, que todo lo aguzan, pareciéndose a las cabezas desvanecidas por algùn accidente, que pretenden ver ccntcllas cstando a obscuras, y estar mirando muchos y variados objetos cuando on realidad no ven nada. jOh! y cuânto abunda en cl mundo esa menguada filosofia: de todo se habla, sobre todo se discurre, son fâcilcs las ilacioncs; se sientan arbitrarios principios, y la pobre verdad sale tan mal parada, cual puede esperarse de haberse encomendado su investigaciôn al mâs tcmiblc de sus adversarios: *cl charlatanisme... (La palabra Filosofia,* apud *La Sociedad,* t. I, p. 43-44, quinta ediciôn, Barcelona, 18S9.

Et postmodum describit *verum Philosophum* his verbis: «Llamamos Fi/J-*sofo* a un hombre que *sabe dar a las cosas su verdadero valor, que naJa desquida ni exagéra, que, imponiendo silendo a sus pasiones y rcchazando d estimulo de los intereses, deslinda los objetos, apreda sus difercncias, coteja sus semejanzas, clasificalo todo cual comicne, y lo déjà en su verdadero lugar y punio de vista (ibid.,* p. 45).

scilicet *cognitio rerum ut sunt,* est descriptio Metaphysicae, *non* autem *definitio Philosophiae* in *universum,* quemadmodum supra notavimus ex Buddeo; ut preteream quod philosophi illi germanum sensum textus aristotelici non reddiderunt, qui proprie dicit quod est *cognitio entium quatenus entia* sunt.[*]

4. Alii denique, volentes *proprie* Philosophiam *definire,* magnos passus, sed extra viam, fecerunt, ipsam naturam rei definiendae corrumpentes. Quos inter, speciminis gratia, duos acutos philosophos valentinos refero: *Petrum Joannem Nunez et Didacum Mas.*

Primus ita scribit:

éDe sex definitionibus (ab Ammonio relatis) *haec erit sola propria: cognitio rerum, quia res sunt.*

Quae definitio hac methodo est investiganda, quae tamen in omnibus interpretibus desideratur: omnia quae insunt in animo, qualis est Philosophia, aut sunt partes animi, aut symmetria partium, aut actiones. Philosophia non est pars animi, alioquin omnes nasceremur philosophi; non symmetria, nam, si secundum naturam, esset virtus, si praeter naturam, vitium, Philosophia autem neutrum est, sed ἀδιαφοφον; *actio* igitur.

Porro *actiones* aut sunt singularium partium animi, aut symmetriae. Philosophia non est symmetriae actio, ut supra demonstratum est; ergo unius partis, non appetentis, nam posita esset in voluntate et omnes continuo essemus philosophi; quare est *actio panis cognoscentis,* quae uno nomine *cognitio* vocatur. Quamobrem *inventum est proprium genus.*

Nunc *differentiam a re subjecta quaeramus:* cognitio, aut rerum, aut verborum: non verborum, igitur rerum. Rerum, non singularium, quae infinitae sunt; ergo universarum. Quare haec erit *propria definitio Philosophiae: Cognitio rerum, quia res sunt, id est, rerum universarum.»* [2]

1 X *Metaph.,* III, 1 (II, 589, 18-19): ἐπιστήμε του όντο; ή όν καθόλου καί ού κατα μίρο .

1 Pétri JoANNiS NüNNESII, *Valentini, Oratio de causis obscuritatis muotcleae ct illarum remediis.* Valentiae, typis Joannis Aley, hlandri, 1554, filio 29.

Alter vero hoc modo loquitur:

«Philosophia est *cognitio rerum qua res sunt.* Quae communior multo et exactior est reliquis, quas proposuimus (ex Ammonio), ac proinde erit uberius a nobis explicanda. In qua prima panicula, quae est *cognitio,* habet locum *generis;* reliquae vero, *renan* scilicet et *qua res sunt,* locum obtinent *differentiae.*

Prima igitur particula, quae est *cognitio,* colligenda erit methodo divisionis, ad rerum definitiones indagandas, juxta Aristotelem, II libro de Demonstratione, cap. 14, maxime accommodata. Philosophia est accidens hominis; ergo vel est in corpore vel est in anima: sed non est in corpore, ut candor vel atror: ergo erit in anima. Praeterea accidentia, quae sunt in anima, quaedam sunt in intellectu et alia in voluntate: Philosophia autem non est in voluntate, quia non est inclinatio ad aliquid bonum, sed ad verum prosequendum: ergo erit in intellectu. Atqui quidquid est in intellectu est cognitio; ergo Philosophia erit cognitio.

Verum, cum duplex sit cognitio, una secundum habitum et altera secundum actum, non erit illa cognitio secundum actum, alioquin enim non remaneret in nobis dormientibus aut nihil de rebus philosophicis cogitantibus. Quare erit cognitio secundum habitum, vel, ut dicunt, habitualis; haec enim est firma et constans cognitio, qualem Philosophiam esse oportet.

Secunda particula est: *rerum,* quae mihi est quidquid non est nihil sub considerationem philosophicam esse comprehensum. Agit enim Philosophia de rebus omnibus omniumque entium naturam considerat, ita ut illius considerationem subterfugere nulla natura queat.

Tertia particula est: *qua res sunt.* Nomine cujus intelligit Ammonius res universas, quasi velimus dicere Philosophiam esse cognitionem rerum universarum. Atque ita nonnulli philosophi... Philosophiam definiendam esse existimant: rerum universarum cognitionem. Caeterum D. Damascenus in sua Dialectica, cap. 49, per hanc particulam intelligit essentias et naturas rerum omnium, ita ut idem sit esse cognitionem rerum qua res sunt, quod esse cognitionem essentiarum et naturarum ipsarum rerum.

Rectius tamen possumus per hanc particulam intclligere principia et causas rerum, ut sensus sit, *Philosophia est cognitio rerum qua res sunt,* id est, *rerum per sua principia et causas.* Unaquaeque enim res talis in se est, qualia sunt causae et principia; et hoc praeterea est philosophari, rerum principia et causas investigare,

ut Plato in Thaeeteto et Aristoteles I Metaph tradiderunt» 1.

Acute quidem: sed nec Aristoteli respondet, nec Philosophiam practicam complectitur, nec vera methodus sequuta est; unde non mirum, si naturae Philosophiae in universum non accommodetur; sed tamen longe melius et profundius, immo et verius, quam recentiores scholastici philosophati sunt isti philosophi.

In notione ergo universali Philosophiae includi debet speculativum et practicum, non tamen explicite, sed actu implicite et analogice secundum prius et posterius, ut supra conclusum est; atque ita remanet veritas peripatetica definitionis traditae.

Quia tamen via, quam sumus prosequuti, longa satis est, non erit abs re uno conspectu quasi ob oculos ponere integrum processum investigationis nostrae, ut sic omnia penitius intelligantur et ad propria principia reducantur. En igitur conspectus systematicus schemate contractus: (cf. p. 99).

Nunc autem, lector optime, si revera philosophari cupias, paululum siste, et considera processum vere peripateticum indagationis hujus. A nominibus enim ad rem pervenimus quasi a signis ad signata: rem autem prius extrinsece et veluti in cortice tetigimus, ut exinde ad medullam usque et interiora ejus penetraberimus per apprehensionem propriae formae qua Philosophia in esse Philosophiae constituitur. Noli ergo in superficie remanere, neque in materia sistere; sed ad interiora ingredere et ad formam ascende, quae lux est intelligibilis; ex qua, postquam intuitus fueris, iterum ad posteriora illa regredi debes, ut sic, a forma illuminata, omnia in formam resolvantur in eaque intelligantur. Videbis tunc quomodo lux augetur secundum accessum ad

1 *Comment, in libros de Physica Auscult.,* t. I, sect. 1, q. 1, edit, cit., p. 4. In cumdcm defectum incidit Ernest Naville dum ait quod «pour la *définir* (la Philosophie) il faut déterminer *son genre prochain,* c'est-à-dire la nature de la science en général, puis su *différence spécifique,* c'cst-à dire les caractères que la distinguent des autres recherches de l'esprit humain* *(La définition de la Philosophie,* Paris, Alcan, 1894, p. 1-2)·

forman et quomodo effectus manuducunt ad causas extrinsecas et, his mediantibus, ad intrinsecas, usque ad ipsam esentiam Philosophiae: notabis etiam qualiter differunt inductio per *Philosophos* et inductio per *Philosophias,* et quomodo secunda intimior est et magis lucida secundum intellectum, quamvis remotior sit secundum sensum; intelliges demum quam vera sint ea quae dc Philosophis narravimus et non amplius miraberis si talia vel majora etiam tibi occurrerint.

Quod, si audias tales descriptiones phantasticas esse vel praeteritas, quia hodierni philosophi non ita sunt, et consequenter notionem Philosophiae quam tradidimus antiquatam esse et jamdiu emortuam, non credes, sed subridebis; nam, qui ita loquuntur, philosophi minime ostenduntur; et illi, qui, ut philosophi, et habentur et nominantur, si vere, quae diximus, non sentiunt aut non experti sunt, forsitan dicendi erunt *balbucientes et grossiores,* sicut antiquissimi naturales de quibus Aristoteles loquitur x.

Mihi crede; si semel in vita tua dulcedinem contemplationis intelligibilium gustasti, non amplius delectaberis in exterioribus illis de quibus homines adeo solliciti sunt; sed arbitraberis ut stercora.

Noli tamen existimare te jam plenam et absolutam cognitionem Philosophiae adeptum esse; hanc enim non habebis usque ad finem divisionis et deductionem proprietatum ejus, de quibus in sequentibus erit sermo. Cum autem ipsam fueris assequutus et intuitus eris et per plures horas fixus et immobilis et beatus contemplaberis, videbis quam suavis et dulcis est, et experieris quod *non habet amaritudinem conversatio ejus.*

1 I *Metaph.,* IV, 3 (II, 474, 10). Cfr. S. Thomam, *in* / *Metaph.,* Icct. 3' n. 105 et 107, lect. 17, n. 272, et I, q. 44, art. *2,* et passitn.

forman et quomodo effectus manuducunt ad causas extrinsecas ct, his mediantibus, ad intrinsecas, usque ad ipsam esemiam Philosophiae: notabis etiam qualiter differunt inductio per *Philosophos* et inductio per *Philosophias,* et quomodo secunda intimior est et magis lucida secundum intellectum, quamvis remotior sit secundum sensum; intelliges demum quam vera sint ea quae de Philosophis narravimus et non amplius miraberis si talia vel majora etiam tibi occurrerint.

Quod, si audias tales descriptiones phantasticas esse vel praeteritas, quia hodierni philosophi non ita sunt, et consequenter notionem Philosophiae quam tradidimus antiquatam esse et jamdiu emortuam, non credes, sed subridebis; nam, qui ita loquuntur, philosophi minime ostenduntur; et illi, qui, ut philosophi, et habentur et nominantur, si vere, quae diximus, non sentiunt aut non experti sunt, forsitan dicendi erunt *balbucient.es et grossiores,* sicut antiquissimi naturales de quibus Aristoteles loquitur

Mihi crede; si semel in vita tua dulcedinem contemplationis intclligibilium gustasti, non amplius delectaberis in exterioribus illis de quibus homines adeo solliciti sunt; sed arbitraberis ut stercora.

Noli tamen existimare te jam plenam et absolutam cognitionem Philosophiae adeptum esse; hanc enim non habebis usque ad finem divisionis et deductionem proprietatum ejus, de quibus in sequentibus erit sermo. Cum autem ipsam fueris assequutus et intuitus eris et per plures horas fixus et immobilis et beatus contemplaberis, videbis quam suavis ct dulcis est, et experieris quod *non habet amaritudinem conversatio ejus.*

l I *Metaph.,* IV, 3 CII, 474> 10)· Cfr. S. TκOMΛM, *in [Aletaph.,* lect. 3' n. 105 ct 107, lect. 17, n. 272, et I, q. 44, art. 2, ct passim.

I) *nominalis.*

III) *realis*

/1) *etymologica* seu *originaria*..... *a) origo philologica:* φιλοσοφία = ἀττό τοϋ φιλία Tfjj σοφία , *studium Sapientiae,*
β) *origo historica* — auctorem habet *Phythagoram.*

B) vulgaris seu *actualis (usualis):* significatio nominis Sapientia apud philosophos ct alios homines = *eminens cognitio objetive* vel subjetive» *omnium rerum naturaliter cognoscibilium.*

A) descriptiva a) *per actus seu quasi per effectus proprios* = describitur *vita Philosophica* quorumdam *Philo-*
scu *accidentalis^ sophorum,* ut inde appareat «typus philosophicus» ct *abstrahatur* finalitcr *nota characteristica ipsius*
' Philosophiae.

I *ia) quasi materialiter* sumptas seu *ex parte modi* quo Philosophia *in nobis*
l β) *per causas ex-* *fit = definitivo genetica.*
trinsecas.....
b) formaliter ac-/1) *per causam finalem — beatitudo naturalis.*
ccptas ct ml 2) *per causam efAa") principalis* = vigor ct lumen
causando.....j *fidentem,* quae] naturale intellectus.....*l*
\ est aut...../. l
j /a') *conjuncta* =< *inventio.*
/β') *instrumenta-* principia natu-/
lis..... ralitcr cognitaj
b') separata = doctrina,
libri, bibliothecae: *disd-*
plina.

B) *quasi esentialis* vel *per causas intrisecas*.....

a) *venatur* per viam *inductivam= ex inspectione,* non Philosophorum, sicut prius, sed *-Philosophiarum,* hoc est, *facultatum* illarum quae *vulgo philosophicae* dicuntur, concluditur *omnes ct singulas similes suo modo quaestiones habere arca proprias materias,* atque ita *abstrahitur analogice notio quaedam communis analoga,* quae est *Philosophia in universum.*

β) *venatur* per viam *quasi deductivam = ex fine proprio Philosophiae prius inductive cognito,* concluditur *a priori quasi propria materia ejus (quasi genus proximum) et quasi propria forma ipsius (quasi differentia specifica),* atque ita obtinetur quod *Philosophia in universum esentialitcr est: Sapientia Humana.*

PARS SECUNDA

DIVISIO PHILOSOPHIAE

Quaestio de divisione Philosophiae inde jam ab antiquis temporibus agitata, a modernis philosophis, qui Philosophiam *scientificam* profiteri dicuntur, animose discuti solet sub nomine problematis *de classificatione scientiarum.* Qua quidem in re, tam apud antiquos quam apud modernos, mirum est quanta opinionum sententiarumque diversitas inveniatur; quidam enim duas, alii tres, nonnulli plures esse partes autumant h omnes tamen in hoc convenire videntur Philosophiam *reapse habere partes,* quidquid in contrarium i asserat Sextus Empiricus 2, ductus forsan prurigine detegendi contradictiones inter dogmaticos.

Equidem scio Philosophiam et Philosophiae partes paulatim evolutas esse, nec nisi post longum temporis lapsum apparuisse omnes, at simul constat problema de divisione Philosophiae vel scientiae huic apparitioni successisse; talis est enim lex humanae cogitationis ut, post *exercitium* ejus

* Cfr. Senecam, *epist.* 89; Diogenem Laertium, *op. cit.,* passin; Sextum Empiricum, *op. cit. Adversus Logicos,* lib. 7, § 2-4, p. 370, edit. Lipsiae, 1718. Circa divisionem Philosophiae apud Senecam cfr. Ad Bonilla Y San Martiis, *Historia de la Filosofia espaiiola,* t. I, p. 141. Madrid, Victoriano Suârez, 1908.

' Loc. cit., n. 2. *uAlii* quidem videntur statuarc eam (Philosophiam) *wun* habere partem, *alii* vero *duas, alii tres.* Et *ex his qui unam* partem statuerunt, *alii* quidem statuerunt *Naturalem (Physicam), Moralem alii, alii Rationalem.'·*

directum, adveniat *reflexa* et *signata* consideratio ipsius: unde et prius Philosophiam *exercuit,* postmodum vero incocpit de eadem *signate* considerare, ut videret *quot* haberct partes, nam partes habere comperta res erat et indiscusa.

Quomodo autem hoc evenerit, ita circiter describi potest. Scimus siquidem *Aegyptios* Sacerdotes aliosque orientales *mathematicam et Astrologiam* excoluisse x, plerumque tamen admixtas fabulis religiosis vel theogoniis quas etiam apud hellenos videre est in poetis illis thcologizantibus de quibus saepe loquitur Aristoteles 2; quo factum est ut scientiae illae Mathematicae et Astrologicae veluti sacrae ab antiquis reputarentur.

Thales vero Milesius, per considerationem directam ipsius naturae sensibilis, fabulis illis ut plurimum resecatis, *scientiae physicaefundamentajecit*3, quam deinceps prosequuta est schola jonica ab ipso creata.

Empirismo tamen nimis addicta, reactionem extremam provocavit intellectualismi puri, quemadmodum videre est in *schola eleatica,* quae *tendentiam metaphysicam induxit;* sed, ab omni experientia avulsa, statim in Dialecticam et Sophisticam declinavit.

Advenit ergo *Sophistarum* aetas, a quibus omnia in discrimen adducta sunt: physicam jonicorum, eleatorum meta-

1 Cfr. Aristotelem, ***I Metaph.,*** I, ii (II, 469, 41-43); S. Thomam, *in* Λ. /., Icct. i, n. 33, Cfr. etiam S. Thomae de Aquino, *in lib. Boem' de Consolatione Philosophiae interpretatio,* lib. 4, metro 5, Lugduni, 1505, sine numeratione fol.

. 1 Cfr. ***I*** *Mctaph.,* III, 5 (II, 472, 30-33); ***II Metaph.,*** IV, 12 (II, 495, 34 sigts.); ***XI Metaph.,*** *\rl,* 6 (II, 604, 21 sigts.); ibid., X, 11 (II, 612, 37-40); ***XIII*** *Metaph.,* IV, 3 (II, 634, 30 sigts.) ***II*** *Meteorolog.,* I, 2 (III, 8, 10). S. Thomas, ***I*** *Metaph.,* Icct. 4, n. 83; Icct. 3, n. 55; ***III*** *Mctaph.,* Icct 11, n. 468; ***I*** *de Anima,* lect. 12, edit, cit., p. 63-64; ***XI*** *Metaph.,* Icct. 6, n. 2505, 2508; *Rom.,* cap. I, Icct. 7, edit. Marietti, p. 26 *b.*

* Cfr. Aristotel., ***I*** *Metaph.,* IV, 4 (II, 472, 20-24): «Dicitur autem *1 hales speculativae Philosophiae princeps fuisse,* quia inter septem Sapientes, qui post theologos poetas fuerunt, *ipse solus ad considerandum rerum causas se transtulit, aliis* Sapientibus *circa moralia occupatis.»* (S. Thomas, ***I*** *Metaph.,* lect. 4, n. 77·) *Xatura* (Thales) *primus disseruit* secundum nonnullos.› (Dioo. Laertius, *op. cit.,* lib. 1, cap. 1, n. 24. (620, 21.)

physicam, ethicam priscorum sapientium, quin et mathematicam et religionem ipsam in dubium revocarunt pro et contra disputantes; et inde morum relaxatio, imo et atheismus b

At surrexit tandem *Socrates,* bonoque communi prospiciens, perpetuum bellum sophistis indixit; nam et per dialecticam suam et communem hominum sensum experientia quotidiana innixum sophistas ad silentium redegit *ethicamque modo scientifico tradere coepit,* paetermisis tamen speculativis quaestionibus 2.

Jam igitur habemus Dialecticam, Ethicam, et Physicam una cum Mathematicis et Metaphysica veluti totidem Philosophiae partes; cum et omnes illi, qui tales scientias, vel potius tendendas condiderunt, philosophi haberentur et nominarentur.

———————

1 Audiatur Tullius: «in hac quaestione, plerique (quod maxime verisimile est et quo omnes duce natura vehimur) deos esse dixerunt: *dubitare sc Protagoras, nullos* esse *omnino Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaeus* putarunt.

Qui vero deos esse dixerunt, *tanta* sunt *in varietate ac dissensione,* ut eorum molestum sit dinumerare sententias. Nam ct de figuris deorum et de locis atque sedibus et actione vitae multa dicuntur; deque his *summa philosophorum dissensione certatur:* quod vero maxime rem causamque continet, utrum nihil agant, nihil moliantur, omni curatione et administratione rerum yacent; an contra ab his et a principio omnia facta et constituta sint, ct ad infinitum tempus regantur atque moveantur, in primis *magna dissensio* est». I *(DeNatura Deorum,* lib. i, cap. i, edit, cit., t. IX, p. 130).

Et infra: «Quid? *Diagoras,* ἀθεὸ$ qui dictus est, postcaque Theodorus, nonne *aperte deorum naturam sustulerunt?* Nam *Abderites* quidem *Protagoras,* cujus a te modo mentio facta est, sophistes temporibus illis vel maximus, quum in principio libri sic possuissent: *De diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere,* Atheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti; ex quo equidem existimo tardiores ad sententiam profitendam multos esse factos, quippe quum poenam ne dubitatio quidem effugere potuisset» *(ibid.,* cap. 24, η. 63, p. 162-163).

1 «Divdiitur autem Philosophia in partes tres: Physicam, Ethicam et Dialecticam. Physicae proprium est de mundo ct de iis quae sunt in eo disserere; Ethicae vero de vita moribusque tractare; porro Dialecticae ambarum partium explicare rationes. Sola usque ad Archelaum Physica viguit; *a Socrate* vero, ut praedictum est, *Ethica initium sumpsit,* et a Zenone Eleate Dialectica.» (Diog. Lâert, *De Clarorum Philosophorum tntts, dogmatibus et apophthegmatibus,* prooem., edit, cit., n. 18, p. 4 (47-53·)

Illas autem *Plato* recolligens, Encyclopaediam quamdam indigestam adegit in qua ethicae quaestiones una cum mathematicis et dialecticis et metaphysicis confuse tradebantur; omnes enim illos philosophos adivit Plato et audivit, ut supra diximus, eorumque tendcntias in dialogis suis, sane pulcherremis, expressit, nondum tamen ab ipso in crisim et ordinem redactas.

* * *

Ita ergo parabatur via synthesi Aristotelicae; nam et *Aristoteles* primus esse videtur [1] qui problema de divisione Philosophiae conceptis verbis poneret solveretque: unde et quasi *formam substantialem* introduxit in materiam illam informem et indigestam, quaedmadmodum scite animadvertit *Sylvester Mauri,* S. J.: «fuit Aristoteles, inquit, qui *confusum illum chaos digessit* ac veluti mundum intelligibilem ordinavit»[2]. Et similiter *Augustinus Nrphus* jam pridem scripserat: «Aristoteles enim scientias divisit per genera, et genus ipsum divisit per libros et librum unumquemque reposuit in suo genere; haec series in Platonis libris non videtur. *Plato* enim primum maxime *omnes* has *Philosophiae paries* usque ad aetatem suam, *sicut membra Penthei, disjectas atque confusas in unum corpus atque animal reduxit,* quandoque enim in uno libro mixeuit omnes scientias; unde et I Posteriorum quasi in Platonem argumentans, jussit non esse de genere unius scientiae in genus alterius in eodem libro transeundum; dixit enim demonstrationes esse augendas, aut in post assumendo aut in latus, propterea *scientiis ordinem et distintionem adjecit» 3.*

1 Dico *videtur;* nam dc Speusippo hacc habet Diogenes Laertiis: •*Primus hic,* ut ait Diodorus in pnmo Commentariorum, *perspexit commune esse disciplinarum vinculum, easque,* quantum fieri poterat, *sibi invicem junxit atque conciliavit.* (Op. cit.,* lib. 4, cap. 1, n. 2, p. 93 (19-22). Cfr. etiam quae de Platone scribit, *ibid.,* lib. 3, n. 56, p. 81 (30-33.)

- *Aristotelis Opera omnia quae extant brevi paraphrasi et litterae perpetuo inhaerente expositione illustrata a* Sylvestro Mauro, S. J., t. III, *preoem. Physicae,* n. 5, p. 2 *b.* Parisiis, 1886.

3 Agustini Niphi, *Medices Philosophi Suessani expositio subtilissima necnon et collectanea commentariaque in tres libros Aristotelis de Anima nuperrimt accuratissima diligentia recognita,* pracfat., fol. 2, col. I. Venetiis, apud Hieronymum Scotum, 1559.

Attamen, quia *exercite* apud Platonem diversae illae tendendae respondentes diversis partibus Philosophiae comperiebantur, haud injuria *Tullius* scribere potuit: «Fuit jam a *Platone* accepta *philosophandi ratio triplex: una* de *vita* et *moribus; altera de natura* et *rebus occultis; tertia* de *disserendo,* et quid *verum* et quid *falsum,* quid *rectum in oratione pravumve,* quid *consentiens,* quid *repugnans* judicando» \

Quam trimembrem divisionem eidem tribuunt *Alcinous* - aliique[3], cujus etiam *Aristoteles meminit*[4], imo et veluti classica posterioribus temporibus evassit; nam et Stoici et Epicurei et fere omnes antiqui philosophi ipsam amplexi sunt, quedmadmodum inter alios referunt *Plutarchus* [5], *Diogenes Laertius* [6], *Origines* [7], *Augustinus* [8] et *Hieronymus* [9],

1 *I Academ.,* cap. 5, n. 20, edit, cit., t. IX, p. 114-115. Cfr. S. Augustini, *De Civitate Dei,* lib. 8, cap. 4, edit, cit., t. VII, coi. 193.

2 *Liber de Doctrina Platonis,* cap. 3 et 7, fol. 76-77. Venetiis, 1516.

3 Cfr., v. gr., Diog. Laertium, *loc. cit.,* n. 84, p. 87 (18-19). Item *In Platonis Dialogum, qui Phaedo seu de animorum immortalitate inscribitur,* Sebastiani Foxil Morcilli *hispalensis Commentarii.* Basileae, 1556, p. 45.

4 *I Topicor.,* XIV, 5 (I, 180, 43 sigts., 181, 1). Cfr. Ant. Democharis Ressonei *Pernecessarium in Octo libros Topicorum Aristotelis Hyponema,* quo tota disserendi vis in omnia problemata ingeniosa demonstratur: cum recta contextus distinctione ad phrasim graecam bona fide innumeris sordibus repurgati, edit. Parisiis, 1535, *in I Topic.,* fol. 30-31.

4 De *Placitis Philosophorum,* lib. I, prooem. apud Scripta Moralia, edit, cit., t II, p. 1065, 20 sigts. Pro Stoicis cfr. Justi Lipsii, *Manuductionis ai Stoicam Philosophiam libri tres,* lib. 2, dissert, 1-7, fol. 52-67. Parisiis, 1604.

* *De clarorum Philosophorum vita...,* edit, cit., lib. 3, n. 83, p. 82 (51-54), p. 83 (1-4); n. 84, p. 87 (18-19); Hb. 7, cap. 1, n. 37, p. 168 (10-12), et alibi passim. Cfr. etiam *Aristotelis Stagiritae Parva, quae vocant, Naturalia,* omnia in latinum conversa et antiquorum more explicata a Nicolao Leonico Thomaeo, prooem., p. I, Paris'is, apud Simonem Colniaeum, 1530.

' *Prolog, in Canticum Cantic.,* edit. Maur., Parisiis, 1740 (Opera, illi, p. 31, coi. 2 B D); *in Genesim, homil.* 14 (ibid., t. II, p. 98, coi. 1 El·').

4 *Epistola* ***CXVIII*** *ad Dioscorum:* «nosti enim, quidquid propter adipiscendam Sapientiam quaeritur aut de *moribus* aut de *natura* aut de *ratiori* quaestionem habere», n. 19 (Opera, edit, cit., t. II, coi. 336 E). Item, *Efiit. ad Volusianum,* n. 17 *(ibid.,* col. 409 D); *De Civit. Det,* lib. 2, cap. 7, tVII;col. 36 CD; lib. 8, cap. 4, col. 193; üb. XI, cap. 25, col. 291-292.

' *Dialogus adversus Pclagianus,* lib. I (Opera, edit. Maur. Parisiis, 1706, t. IV, coi. 497)·

a quibus deinceps sumpserunt *Isidorus Hispalensis*[1] et *Hugo Victorinus*[2], hisque mediantibus in scholas mediaevalcs transmissa est et in ipsis conservata, ut apud S. *Bonaventuram* videre licet[3].

Hujusmodi tamen distributio —quae utique speciem quamdam veritatis prae se fert— difficultate non caret; quum et Logicam ex aequo ponat cum Ethica et Physica, quod sane non licet, et Metaphysicam explicite[4] non nominet, cujus tamen omissio injuriae vertenda est, eo quod potissima sit inter omnes Philosophiae partes. Nihil ergo mirum, si Aristoteles et post ipsum Peripatetici, aliam inierint viam. Stagires enim, quamvis concedat Logicam esse scientiam[5],

1 *Etymol.*, lib. 2, cap. 24, p. 873, 5-18, edit. Auctores latinae linguae in unum redacti corpus, 1585, apud Guillclmum Leimarium, absque signatione loci.

2 *Annotationes elucidatoriae in D. Dionysii Hierarchtam,* cap. 1, fol. 238, coi. 4 (Opera, t. I, Veneriis, 1588).

3 *De reductione artium ad Philosophiam,* n. 14, p. 414» Quaracchi, 1890.

4 *Physica* in his auctoribus antiquis videtur stare pro *scientia objcai extra nos positi et a nobis independentis,* hoc est, pro *scientia speculativa, proprie dicta.* Ita, v. gr., S. Albertus Magnus scribit: «Aliae quidem sunt propositiones *ethicae,* secundum quod Ethica *large* dicta comprehendit Monasticam, Oeconomicam ct Civilem (Politicam); *aliae* sunt *physicae,* secundum quod Physica *large dicta comprehendit Naturalem (Physicam proprie dictam)* ct *Metaphysicam; aliae logicae,* secundum quod Logica *generaliter* dicta totum comprehendit trivium ct quatrivium secundum Aristotelem, quia Poetriam *(sic)* ponit pro scientia speciali, et Logica comprehendit Logicam stricte dictam, cujus una pars est Dialectica, qua Logica *stricte* dicta est de syllogismo omni, tam simpliciter accepto, quam dialectico, quam demonstrativo, quam etiam sophistico; Dialectica autem de syllogismo ex probabilibus. Haec ergo comprehendit ct Rhetoricam et Grammaticam et Poetriam *(sic).* (*I Topicor.,* tract. 4, cap. 2, edit. Vives, t. II, p. 278 *b.*)

Et similiter S. Thomas: «ad *Philosophiam Naturalem,* inquit, pertinet considerare ordinem rerum, quem ratio humana considerat sed non facit, ita quod *sub Naturali Philosophia comprehendamus et Metaphysicam* (*I Ethic.,* lect. i, fol. i, coi. 1 CD).

In analogis autem, quatenus sunt vel saltem participant aliquid de *attributione,* oportet semper summum analogatum *explicite nominare;* et in hoc casu inveniuntur partes Philosophiae.

8 Nam vocat ipsam τρόπον ἐπιστήμη , *I Metaph.,* III, 4 (II, 488,22). Cfr. etiam *III Metaph.,* II, 13 (II, 502, 11-22) et S. Thom, *in h. l.,* sdl. *IV Metaph.,* lect 4, n. 572-577·

renuit tamen ipsam vcluti principalem admittere, cum nonnisi *organica* vel *instrumentalis* sit 'j unde hanc statuit divisionem ut Philosophiae alia pars sit *factiva,* alia *activa* et alia *speculativa,* quam postmodum subdividit in *Physicam, Mathematicam* et *Metaphysicam,* sicut et *Activam* distribuit in *Ethicam* seu Monasticam, *Oeconomican* et *Politicam,* et *Factivam* dispescitur in *Artes mechanicas* et *liberales:*

Των επιστημών αί μεν θεωρητικοί αί δέ πρακτικοί αί δέ ποιητικοί (2). Τρία γένε θεωρητικών επιστήμων έστί, φυσική, μαθηματική, θεολογική (3), Ποιητική μέν γάρ έν τω ποιοϋντι καί οϋ τω ποιουμένω τη$ κινήσεο ή αρχή, και του' έστΐν είτε τέχνη τι εΐτ' άλλη τι δύναμι (4). Πλείονων δ' ευρισκομένων τεχνών, καί τών μέν πρό τάναγκαΐα των δέ πρό διαγωγήν οϋσών (5) Τών μέν γάρ ποιητικών έν τω ποιοϋντι ή αρχή ή νου ή τέχνη ή δύναμί τι , τών δέ πρακτικών έν τω πράττοντι ή προαίρεσι ' τοαύτό γάρ τό πρακτόν και τό προαίρετων (6).

| Unde ct opera logicalia Aristotelis communi vocabulo nominantur Opyavov; nam «Scientiae *speculativae,* ut patet in principio Metaph., sunt dc illis quorum cognitio quaeritur *propter seipsas.* Res autem de quibus cst *Logica* non quaeruntur ad cognoscendum propter seipsas, sed *ut adminiculum quoddam ad altas scientias.* Et ideo *Logica non continetur sub philosophia Speculativa quasi principalis pars, sed quasi quoddam reductum ad eam,* prout *ministrat* speculationi sua *instrumenta,* scilicet syllogismos et definitiones ct alia hujusmodi, *quibus* in speculativis scientiis *indigemus.* Unde ct secundum Boetium *m Comment, super Porphyrium* (Venctiis, apud Joannem Gryphum, 1566, prolog, prim., col. 3, prolog, secund., col. 45-46) non tam est scientia quam *scientiae instrumentum»* (S. Thomas, *in Boetium de Trinitate,* q. 5, art. 1, ad 2). Cfr. etiam Gundissalin. *De Divisione Philosophiae*, apud collect. *Bcitrdge zur geschichte der Philosophie des mittelaltcrs,* edit. L. Balk, Münster, 1903, p. 18,1. 20.

' *VIII Topicor.,* I, 23 (I, 263, 35-37)3 cfr. *VI Topicor.,* VI, 23 (I, 244› 36-39).

3 *X Metaph.,* VII, 6 (II, 592, 52-53; 593, 1); Cfr. etiam *V Metaph.,* I› 7 (П, 535» 8-9).

‘ *X Metaph.,* VII, 3 (II, 592, 21-24).

‘ *I Metaph.,* I, 10 (II, 469, 34-36).

‘ *V Metaph.,* I, 3 (II, 534, 22-25).

Haec autem doctrina, quae a rigidioribus peripateticis tam graecis quam latinis et arabibus integra est servata et quadantenus perpolita, nonnullos criticos inter ipsos scholasticos nacta est, ut videre est in Scoto, Nicolao Bonetti, A. Bernardo Mirandulano et Aversa, qui divisionem illam quasi empiricam satisque commodam de facto retinent, nulla tamen solida ratione fulcitam asserunt. Liceat nobis pauca verba in medium afferre:

«*Post* ergo *longam inquisitionem,* ait *Scotus, non video hujus divisionis sufficientiam per aliquam rationem neccessariani posse ostendi,* sed *placuit* diversis auctoribus circa diversa sujecta speculari et tot suae considerationi subdere quot *videbantur* aliquam *convenientiam* in principiis et in modo considerandi habere nam «*absolute loquendo una dumtaxat institui posset scientia totalis cujus objectum esset ens in tota sua communitate,* praefatae vero scientiae essent veluti partiales et partem objecti communis contemplantes, ita ut illa non esset ab istis distincta nisi sicut totum differt a suis partibus..., et talem scientiam sic unam esse possibilem, quae etiam dicatur *Metaphysica,* tradunt nonnulli Aristotelis expositores, *etiam Scotus ipse...* »2

«Existimavit, opinor, Aristoteles res omnes esse distribuendas in tres scientias *non ex vi quidem rationis et ex natura ipsarum rerum* (quandoquidem hoc fieri non possit, ut demonstratum est) sed *solum ob commoditatem tractandi res et speculandi;* similiter enim se habet ac de *agricola qui niulto melius ampli alicujus agri partem aliquam mediocrem colit quam totum vel maximam partem,* m caque excolenda minus laborat ac defatigatur et facilius finem suum assequitur»3.

1 *In VI Metaph.,* q. 2, schol. 7, n. 27. Edit. Vives, t. VII, p. 322 *a.*

2 R. P. Bartholomei Mastrii de Meldula, O. M. Convcntualis, Mag., *Cursus Philosophicus,* t. IV, continens *disputationes ad mentem Scoti in duodecim Aristotelis Stagiritae libros Metaphysicorum,* pars prior, disp. 1 prooemialis, q. 1, n. 3, p. 2, Venetiis, 1688.

3 Antonii Bernardi Mirandulani, Episcopi Cascrtani, *Disputationes in quibus primo ex professo Monomachia, quam singulare certamen latim, recentiores duellum vocant, philosophicis rationibus adstruiur et mox divina auctoritate latefactata penitus evertitur...* Deinde vero *omnes utriusque Philosophiae tam contemplativae quam activae loci obscuriores et ambiguae quaestiones aristotelica methodo luculentissime examinantur et explicantur,* lib. 13, sect. 7, p. 272. Cfr. etiam, lib. 8, sect. 1, p. 140. Basileae, 1562.

Secundum hoc ergo, quia omnis scientia est de ente aliquo, et ens immediate dividitur in decem praedicamenta, talis deberet fieri distributio in partes ejus:

♦Manifestum est quod de ente, in quantum ens, erit una scientia quae habebit ens pro objecto; 2.° quia ens dividitur sic primo, ut fertur: ens aliud finitum aliud infinitum, de ente in quantum ens erit *prima* scientia, de infinito *secunda,* dc ente finito *tertia:* item quia ens finitum et limitatum dividitur aeque immediate, ut dicitur, in decem prima genera de quibus sunt decem scientiae, quia quaelibet quidditas praedicamentalis habet suas propias passiones cum ea convertibiles et de ipsa demonstrabiles. Et sic *quarta* scientia erit de substantia, *quinta* de quantitate, *sexta* de qualitate, *septima* de relatione, *octava* de actione, *nona* de passione, «coma de situ, *undecima* de quando, *duodecima* de ubi, *decima tertia* de habitu»1.

Illa ergo antiqua partitio, secundum scotistas, retineri utique potest et debet tum *ob auctoritatem Aristotelis* tum etiam *propter ipsius commoditatem et utilitatem;* non autem propter intrinsecam rationem: unde si quis utiliorem et commodiorem inveniret aliam, divisio Aristotelica relinquenda esset.

* * *

Exinde facilis patet gressus a positione critica et indiferenti ad positionem aperte repugnantem et hostilem, quae

1 *Habes* Nicholai Boxetti *viri perspicacissimi quatuor volumina, Mtiaphysicam videlicet, Naturalem Physiologiam, Praedicamenta, necnon Theologiam Naturalem,* in quibus facili calle ct perbrevi labore omnia fere sabilia comprehenduntur; recognita nuper per magnificum dominum Laurentium Venerium, quondam clarissimi domini Marini D. Marci procuratoris dignissimi, una cum annotationibus in margine, quas Laurentius idem « Avcrroy, Scoto, Thoma ct aliis Ductoribus collegit. *Metaphysica,* lib. 2, ap. 6, fol. 19, coi. 2. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1505. Cfr. etiam R.VK. Aversa, *Philosophia Metaphysicam Physicamque complectens,* q. 1, W. 7, edit, cit., p. 27-31.

Hunc etiam ordinem Philosophiae *seu* Metaphysicac, *ut ajunt,* tradendae 'equitur Suarezius in suis *Dissp. Metaphysicis,* a quo mutuo acceperunt nodemi manualistac dc re metaphysica scribentes.

de facto est sequuta statimque consummata. Postquam enim, ope *Restaurationis* litterarum seu *Renascendae,* ut ajunt. incoeperunt homines videre Aristotelem non fuisse unicum Sapientem, sed plures alios, eosque maximos, adversarios exstitisse, auctoritas Philosophi declinare caepit et obscurari. Aliunde vitia scholae ejusque sterilitas una cum odio Revolutionis Protestanticae erga scholasticos, hoc est, ecclesiasticos seu Papistas, hoc fecerunt ut homines crederem Aristotelismum seu scholasticismum inutilem imo et nocivum esse, atque ita novam Philosophiam novo spiritui libertatis consentaneam condendam esse. Sic igitur venerationi erga Aristotelem successit contemptus et loco inutilium subtilitatum peripateticarum, ut ajebant, Philosophia utilis et clara substituenda erat.

Et haec quidem, quae sacculo xvi quodammodo imperfecta latebant, tendentiam tamen novam induxerunt, quae consummationem obtinuit sequenti sacculo in *Bacone* et *Cartesio;* quorum primus dici potest Antesignanus philosophiae *empiricae et inductivae* seu *utilitariae* (empirismi, positivismi, materialism!) alter vero haud immerito vocari potest Parens et Caput philosophiae *intellectualistae et deductivae* seu clarae et distinctae *more geometrico* (intellectualismi, rationalism!, idealismi), quae *directe* ad quemdam *ontologismum* seu intuitionismum ducit (dogmatismum exaggeratum) simulque *indirecte* provocat *criticismum* et *agnosticismum* (scepticismum). Attamen duae illae tendendae, quae saepius ad extrema duxerunt, latenter consociatae serpunt in tota moderna philosophia, quae characterem habet *scientificum,* hoc est *physico-mathematicum; physicum* quidem ex tendentia *Baconiana, mathematicum* vero ex *Cartesiana* tendentia.

Nihil ergo mirum si, nova philosophia novaque methodo adinventa secundum novam mcntalitatem, novae etiam molirentur divisiones vel classificationes humanae cognitionis, antiquorum doctrina in toto vel in parte seposita; et hoc modo critica scotistica maturos dedit fructus. Qua in rc facile intclligitur unamquamque tendentiam propria tentamina exhibitam iri, nec defututos esse, etiam ex ipsis

scholasticorum castris, qui syncretismum amplecterentur spiritu quodam ccclcctico et opportunista, ut ajunt.

♦ ♦ *


Nostrum non est singulas illas divisiones ad adamusim recensere et in crisim revocare; hoc enim nimis longum esset nec ad rem juvaret. Unde satius erit celebriores quasdam memorare et schematice proponere, ut brevitati et claritati consulamus, ita tamen ut principalia fata evolutionis historicae problematis hujus quadantenus adumbrentur sicque solutio metaphysica, quam dabimus, uberius illustretur et confirmetur.

Baco itaque *a Verulamio* scientias dividit *secundum diversas facultates cognoscidvas hominis* [1] ita sane ut *memoriae* respondeat Historia, Poesis *imaginationi* et Philosophia *rationi,* cujus triplex objectum assignatur: Deus, Natura (Mundus) ct Homo.

[1] Principium hujuscc classificationis jam pridem ante Baconem docuerat Joannes Huarte in celeberrimo opere *Examen de ingenios para las dentias,* «en cl cual cl lector hallarâ la manera de su ingenio para escoger la ciencia en que mâs ha de aprovcchar, la difercncia de habilidades que hay en los hombres y cl genero de letras y artes que a cada uno corresponde en particular», composito versus annum 1557 ct pluries diversis in locis edito. «Ya me parcce, ait, que es tiempo de saber por arte que difercncia de ciencia a qué difercncia de ingenio corresponde en particular, para que cada cual entienda con distinciôn, sabida ya su naturalcza, para qué arte tiene disposiciôn natural.

»Las artes y cicncias que se alcanzan con la *memoria* son las siguientes: Gramâtica, Latin y cualquicr otra lengua; la teôrica de la Jurisprudencia, Teologia positiva, Cosmografia y Aritmética. Las que perteneeen al *entendimiento* son: Teologia cscolâstica, la teôrica de la Medicina, la Dialectica, h Filosofia natural y moral, la prâctica de la Jurisprudencia, que llaman abogacia. De la buena *imaginativa* naeen todas las artes y cicncias que consisten en figura, corrcspondcncia, armonia y proporciôn; estas son: Poesia, Elocucncia, Mùsica, saber predicar, la prâctica de la Medicina, Matcmâticas, Astrologia, gobernar una rcpûblica, cl arte militar, pintar, trazar, escribir, leer, ser hombre gracioso, apodador, pulido, agudo *in agtbihbus,* y todos los ingenios y maquinamientos que fingen los artifices, y también una gracia de la cual se admira cl vulgo, que es dictar a cuatro escribicntes juntos

Multas insuper continet subdivisiones divisio baconiana quae, quantum ex ejus opere *De dignitate et augmentis scientiarum,* colligere potuimus [x], hoc schemate contrahitur:



materias diversas y salir todas muy bien ordenadas.» (Cap. io, edit. Barcelona, Subirana, 1883, p. 141). Cfr. E. Bullón, *Los precursors cspafioles de Batin y Descartes,* pp. 206-207. Salamanca, Calatrava, 1905.

[x] Francisci Baconis a Verulamio Vice-Comitis S. Albani, *De dignitate et augmentis scientiarum,* a lib. 2 usque ad finem operis. Edit. Parisiis, 1624.

coniana
^mentis
rahitur:
arcclona,
de Baefa
digni·
Parisiis,
ex parte ob-ı generationum—libertas naturae—
jecti..... praeter—generationum—errores naturae
Naturali seu /artium—vincula naturae—(mechanica experimentalist industria?)
rerum... /ex parte finisj narrativa, propter sognitionem rerum.
' vel usus... Jinductive, tamquam materia prima Philosophiae (Philosophia Historiae?)
Oex parte
nMPnar «
HuroiB....
\ simpliciter dicta = ecclesiastica specialis.
sacra vel cede- ad Prophetias.
siastica ..../ncmcscos vel Providentiae.
historia inchoata (memoriae).
historia deformata (antiquitates)·
Civilis seu ho-
minum vel partitio
personarum..civihs propricl prima....
I dicta.....I
divisio prima.(historia universalis universi orbis.
temporum -- / historia particularis regni, reipublicae vel nationis alicuius
chronica...
) divisio sccun-(annales.
da acta diurna.
\ historia justa.
historia mera/personarum = vita (biographiae).
vel pura. actionum vel rerum gestarum = relationes.
historia mixta.
Z/
*HD ex parte narrativa.
p «-'Cwjnnmj dramatics.
Z * Poesis.../parabohex
/ divinitus inspirata Sacra Thcoloiga.
Ill) ex parte
raiwmt
SaENTu.ôl
universalis = quasi truncus et mater communis
| de axiomatibus communibus scientiarum particularium
(de conditionibus adventitiis (transcendentibus) entium.
aPJcnt0» P *osop rima.
refracto = Deus, scientia de Numine: Theologia Naturalis (Theodicaea) et doctrina de Angelis et Spiritibus quasi appendix.
efficientium et materialium! collecta injdc principiis rerum.
Naturae — Physica; Na-i unum.....(de fabrica universi seu de mundo
tura autem vel considcra-Z * 'W ÿ
tur ut.....jfusa et sparsaL Physica concreta = Historia Naturalis.
! seu de varie- (de Shcmatnmis materiae,
tare rerum ./Physicaabstracta.(doctrina de motibus.
finalium et formalium Noturae ° Metaphysics.
ex sensibus-
desumpta ».
Philosophia..
i speculativa»
l scilicet inqui-
' -W stàva causa-
substantiva vel·, rum.....
principalis...
directo =r Na-1
tura; Philo-|
sophia Natu-
ralis.....
operative, nempe productiva effectuum
(pro Physica — Mechanica.
I pro Metaphysics — Magia.
particularis —
quasi rami;
oritur autem
ex radio vel
auxiliaris veli pura circa quantitatem continuam ~ Geometria.
secundaria »> mixta. | circa quantitatem discretam Arithcmtica.
Mathematica)
/ de toto Ilominc
de persona Hominis.
de natura ejus seu de vinculo vel foedere animae et corporis.
segregato
Philosophia
Humanitatis.
medicina,
cosmetica,
athletica,
voluptuana.
\dc partibus Hominis..../
de spiraculo vel substantia animae.
rationalis (propriae).
sensibilis (communis).
reflexo » Ilo-
πιο: doctri-
na de Ilomi-
nc.....i
de anima..
de facultatibus., .(de intellectu, de ratione, de phantasia.
I de memoria, de appetitu» de voluntate.
!tnvcntivam.
judicativam,
retentivam.
traduisant vel communicativam.
de usu et objectis
voluntatis, appetituum et affectio-) doctrina de exemplari,
num »» Ethica.....(georgica vel cultura animi.
doctrina de conversatione vel urbanitate,
doctrina de negotiis,
doctrina de imperio vel de republic».

Alio modo *Cartesiani* exhibent Philosophiae divisionem. Sic. v. gr. *Antonius Legrand* in opere cui titulus *Institutio Philosophiae secundum principia D. Renati Descartes nova methodo adornata et explicata* l, decem partes Philosophiae assignat quae possunt ita exprimi:

I) *improprie* dicta: *introductio* seu organum = *Logica.*

A) *mctaphy-ia)* de Summo Numine = Theologia Naturalis.
sica..... β) de Intelligentiis et Daemonibus = Angc-
/ lologia.

B) *physicaX*
. a) *generalis.*

a) de corpori-
bus inorgani- i) de Mundo et Caelo.
cis, hoc est. 2) de quatuor Elemen-
β) *specialis* tis. tis.

b) de corpori-/1) in genere
bus organicis
2) in specie/quad cor-
de homini) pus.
jquoad ani-
(mam ratio-
nalem.


C) *ethica* seu *moralis.*

II) *proprie dicta....*

l Antonii Le Grand, *Institutio Philosophiae secundum principia D. Renati Descartes nova methodo adornata et explicata. Praecognoscenda de Philosophia in genere et ejus partibus,* n. 7-17. Edit, tertia in Germania, Norimbergae, 1695.

Etiam *nonnulli scholasticorum* tunc temporis proporias divisiones moliti sunt. Ita v. gr., Sebastianus Izquierdo, S. J., in opere, cui singularem et longissimum apposuit titulum, scilicet *ePharus scientiarum* ubi quidquid ad cognitionem humanam humanitus acquisibilem pertinet ubertim juxta atque succincte pertractatur: scientia de scientia, ob summam universalitatem utilissima, scientificisque jucundissima, scicntifica methodo exhibetur: Aristotelis Organum jam pene labens restituitur, illustratur, augetur atque a defectibus absolvitur: Ars demum legitima ac prorsus mirabilis sciendi omnesque scientias in infinitum propagandi et methodice digerendi, a nonnullis ex antiquioribus religiose celata, a multis studiose quaesita, a paucis inventa, a nemine ex propriis principiis hactenus demonstrata, demonstrative, aperte et absque involucris mysteriorum in lucem prodtiur», Lugduni, 1659, talem proponit divisionem (t. I, p. 252):

Interea nova methodus Cartesiana longe latcque diffundebatur, nedum inter catholicos Galliae, verum etiam et praecipue inter Protestantes ne excepto quidem ipso *Leibnizio,* qui aliunde reverentiam quamdam erga Aristotelismum retinebat, secundum inspirationem a *Melanchione* Protestantibus datam, de necessitate retinendi philosophiam aristotclicam 1. Inde ergo *tentamen conciliandi antiquam am*



Aliam, eamque longissimam et complicatam distributionem, proponit etiam Joannes Baptista Ptolomaeus, S. J., in opere *Philosophia mentis et sensuum secundum utramque Aristotelis methodum pertractata metaphysice et empirice,* Dissert. 39, *de serie scientiarum,* Sect. 3: *schemastimus scientiarum classicarum,* p. 204-206. Romae, ex typographia Reverendae Camerae Apostolicae, 1696.

1 «Haec eo dicenda putavi, *non solum ut magis ament Aristotelem juvenes, sed etiam ut sogitent cur sit amandus et in manibus habendus.* Planequc ita sentio, magnam doctrinarum confusionem secuturam esse, si Aristoteles neglectus fuerit, qui unus ac solus est methodi artifex. Nec alia ratione ad methodum assuefieri quisquam potest, nisi in hoc genere Philosophiae Aristotelicae mediocriter exerceatur. Quare *juvenes hortor, non solum ipsorum causa, sed etiam propter universam posteritatem, ut hoc optimum doctrinae genus, diligenter colant ac conservent.» (Vita Aristotelis,* apud ARISTOTELIS *Opera omnia,* t. III, edit. Basilcae, 1548.)

nova Philosophia seu potius *reformandi* antiquam *secundum exigentias novae methodi* vere scientificae.

Arduum hoc munus emendandi Philosophiam *Leibnizius* assumpsitl, qui et emendationem inchoavit et promovit; consummavit autem discipulus ejus *Ch. Wolff,* qui titulo *Reformatoris Philosophiae* gloriari consuevit 2.


Wolffius igitur systema completum totius humanae cognitionis molitus est; in quo, et plura antiqua retinerentur novae methodo scientificae adaptata, et nova inventa humanae rationis adderentur. Synthesis autem aliquatenus ecclectica et quodammodo mutuata 3 quam Wolffius in ingentibus voluminibus copiose tradidit, ita circiter ni fallor, contrahi potest4:


l Unde et inter alia opera Dissertationem edidit *De Primae Philosophiae emendatione et de notione substantiae* (Opera Omnia, edit. Dutcns, Genevae, 1768, t. II, pp. 18-20) et *Nova methodus discendae docendaequejurisprudentiae* (ibid., t IV, II P., p. 159-234).

* «Arduum aggredior opus atque periculosum, dum *Philosophiam universam ct certam et utilem reddere studeo** (*Philosophia Rationalis sive Logica methodo scientifica pertractata et ad usum scientiarum atque vitae apiata,* dedicat. Serenissimo Principi Carolo I, edit Veronae, 1735.) *Qui hisce pcrspicillis utentur, clarissime perspicient disciplinas, quae in scholis docentur, *emendandas esse,* ut fiant *utiles;* et *me in iis emendandis vero tramite incedere»* (ibid., pracfat, circa finem). Et eadem fere repetit in aliis praefationibus ct epistolis nuncupatoriis.

' Etiam ipsa nomina technics graece constructa, quae quandoque Ch. Wolffius inaudita vocat sibique arroganter attribuit, hausisse videtur ex magno ct agregio opere Joannis HENRICI Alstedh, *Scientiarum omnium Encyclopaedia,* Lugduni, 1649, ut quilibet vel leviter inspiciens utriusque opera notare potest, maxime lib. 2, cap. 1, n. 17 sigts., usque ad pag. 68 Encydopacdiae, una cum schematibus ibidem appositis.

‘ Cfr. *Philosophia Rationalis sive Logica... Discursus praeliminaris de Philosophia in genere,* cap. 3, § 55-86, p. 19-26.


a) corporum inor-(a) Metcorologia.
ganicorum... J b) Oryctologia.
/ c) Hydrologia^tc.
β) corporum or-(a) Physiologia,
ganicorum....) b) Pathologia.
I) historica, *empirica —scientia—*
B) hominis vel potius animae humanae = Psychologia
\ empirica.
iα) Arithmetica.
g / A) ρηΓ3... 'β) Geometria.
< III) *mathematica.* (/ y) Algebra.
èI IB) mixta = Mechanica et aliae similes.
Λ) speculativa seu a) generalis = Ontologia, Philoso-
transcendentalis' phia Prima.
« Metaphysics..
a) corporum — Cosmo-
logia generalis vel trans-
iccndentalis.
O
O
U
1) creatorum
seu anima-
I rum huma-
p) speciatis j b) spiritu-' narum =
u m Psychologia
Pncuma-l rationalis,
tica scu(
Pneuma-j 2)increat.seu
tologia Dei = Theo-
logia Natura-
lis vel Thco-
dicaca.
III) philosophica,
rationalis —phi-
losophia—.....
Iα) intellectus = Logica.
I /a) in genere et solitarie
Iβ) voluntatis) Ethica.
B) practij= Moralis... i) minori =·
ca seu di-J Oeconomica.
rectiva.... I 2) majori st
Politica.
|y) operum cxtei i rum Artis = Technologia.



Wolffiana synthesis, etiam inter scholasticos aevi sui, plurcs asseclas nacta est. Liceat nobis arborem scientiarum ab *Agnam, O. P.* [1] elaboratam secundum methodum wolffianam rcproducere:

Verum Philosophia Wolffiana nimis aprioristica et verbalis apparebat, nec nisi superficie tenus rigorem geometricum prae se ferebat. Aliunde empirismus anglicus ope *Hinnii*[2] in crisim revocabat fundamenta cognitionis metaphysicae demumque inter fabulas amandabat notiones substantiae et causae et principia omnia super ipsis constructa, unice retinendo impressiones et phaenomena simul cum valore cognitionis mathematicae. Aliunde nova physica rationalis Newtoniana secundum principia mathematica constructa, mundi scientific! plausum tunc temporis est adepta.

Surrexit ergo *Kantius* et instituit criticam radicalem rationis purae ut videret ultimam radicem possibilitatis cognitionis non solum metaphysicae sed et mathematicae simulque justificaret a priori Newtonianam physicam jamdiu experientia comprobatam.

Peracta Critica, Parens criticism! talem exhibet Architectonicam, ut ait, rationis purae secundum propria principia, quantum ex diversis ejus operibus eruere potuimus [3]:

[1] In opere cui titulus *Philosophia Neo-Palea* D. Thoma Aquinate Magistro ad Christianismi et ralionis normam novae ac veteris scholae dogmata expendens. Liber primus prodromus: Philosophiae natura, indoles, affectiones explicantur, defenduntur, praecepta ad recte philosophandum, ad delectum doctrinae instituuntur, vindicantur, auctore P. Fr. JOANNB Dominico Agnani Mutinensi, Ord. Praedic., S. Theol. Mag., Casanatensi Bibliothecae Praefecto. Romae, ex typographia Hieronymi Mainardi, 1734, p. 192.

[2] Cfr. D. Hume: *Treatise of Humati Nature,* London, 1739-40; *Philotophical Essays concerning Human Untorslanding,* ibid., 1748.

[3] Cfr. KANT: *Critica Rationis purae,* vers. ital. *Gentilc-Lombardo-Radice,* Bari, 1910, p. 618-630; *Logica,* vers. gall. *J. Tissot,* Paris, 1840, introduce., p. 27-28; *Fundamenta Metaph. Morum,* prolog., vers, hispan. *Garcia Moreno,* Madrid, 1876, p. vn-xv; *Critica Judicii,* introduce, vers. hisp. *G. Morente,* Madrid, 1914, p. 9-26 (cfr. ctiam ibid., prolog. Kantii, p. 1 sigts. et prolog, traduct., p. xxxvn-xxxviii); *Prolegom. Metaph. futur.,* prolog, versio hisp. *J. Bestciro,* p. 1-16, Madrid, 1912; *Critica Rationis practicae,* prolog, et introduci., p. 1-36, versio hisp. *Villagrasa-Morente,* Madrid, 1913; *Religio intra limites Solius Rationis,* prolog., primae et secundae edit., p. 1-16, vers, gall. *A. Tremasaygucs,* Paris, 1913.

Criticismo statim successit idealismus pantheisticus, tantaque fuit prurigo —aut si mavis libido— systematis, ut unusquisque propriam conderet Philosophiam eique panes assignaret secundum propria placita ut videre est in Fichte, Hegel, Schelling. Sed his omissis, mentem convertamus ad classificationem ontologisticam et positivisticam, quae saeculo xix tendentias extremas collegerunt intellectualismi cartesiani et empirismi baconiani.

Sic, exempli causa, ontologista *Giobcrti* hanc tradit Philosophiae divisionem, deducta scientia τοὐ Superintelligibilis et quae in schemate adjuncto litteris cursivis scribuntur, quae potius pertinent ad systema scientiae idealis 1:

00 I) Subjectum formulae

A) scientia Toü Iη-\α) Philosophia pura.
telligibilis.....'β) Ontologia.
/γ) Theologia rationalis.

B) scientia τοὐ Superintelligibilis = Theologia Revelata,

A) scientia Toü In- a) *processus des-\a) Arithmetica (Tem-*
telligibilis..... *censivus*..... ‹ *pus).*
I b) *Geometria (Spatium).*

βρΓοεο58υ$ ascen-\ a) Logica (Scientia,
sivus = Scien--, Verum).
tiae artes...../ b) Moralis (Virtus.
Bonum).

B) scientia Toü Su-/a) Logica Revelationis (Apologetica et
perintelligibilis..! Critica Catholica).
)β) Moralis Revelata (Virtutes Theologales).

ia) Scien-ήι) Psychologia.
a) Sensibile pro-
spirituale... Jprie di-/2) Cosmologia.
jctae..... .1
fb) Scien-. i) Aesthetica
I tiae artes./ 2) Politica.

A) scientia του Intelligibilis.)..... -II) Copula q l (Creatio)...

U IID Praedicatum (EXSlSTENS).....
V)

P) *Sensibilia materialia = Sdentiat*
\ *physicae seu naturales.*

B) scientia του Superintelli-(a) /Xnthropologia Revelata,
gibilis...../β) Cosmologia Revelata.

1 Cfr. *Introduzione alio studio della Filosofia,* t. **III**, p. 12, et per totum. Losanna. 1846.

Ex adverso *Augustus Comte,* per viam *ascendentem* secundum complexitatem et difficultatem, et per viam *descendentem* secundum universalitatem et antiquitatem, hanc statuit hierarchiam scientiarum fundamentalium methodo positiva, ut ait, comprobatam h

in

I) *praeterita,* τη o r t u a/A) actas theologica = ab incunabulis humatransitionis..... J nitatis usque ad constitutionem Philosophiae graccac.

\ B) aetas metaphysica = a Philosophia graeca usque ad constitutionem scientiae modernae positivae.

11} *actualis,* viva, stabilis = aetas positiva seu scientifica..... /e) ⁵ a) mathematica. b) astronomia. c) physica. d) chimia. biologia I f) sociologia.

Alii alias tradiderunt partitiones, ut *Ampère* [2], *Spencer*[3], *Naville*[4], *Goblot,* ita ut apud modernos nondum sit inventa dassificatio undequaque perfecta.

1 Cfr. *Cours de Philosophic Positive,* t. I, leçon première; L. LÉVY-BrüHL, *La Philosophie d'Auguste Comte,* 4."" édit., p. 55-320. Paris, Alcan, 1922.

1 *Essai sur la Philosophie des sciences,* Paris, 1S34. Similem divisionem proponit Polo y Peyrolôn, *Compendio de Psicologia, Lôgica y Filosofia Moral,* Valencia, 1890, p: 7, quae hoc schemate continetur:

objectiva..... Ontologia. Theodicaea. Cosmologia.

subjetiva..... Psychologia. Logica. Ethica.

3 *The clasification of Sciences,* London, 1864.

‘ A. NAVILLE, *Classification des sciences. Les idées maîtresses des sciences et lair rapports.* 3.mc edit, Paris, Alcan, 1920.

* (In textu originali hoc membrum deerat, quod tamen appositum est ab ipsomet auctore, intuitu futurae editionis. *Nota editoris.]*

Divisionem quamdam ecclecticam, partim ex modernis excerptam —praesertim ex Comte et Spencer— partim etiam ex scholasticis, proponit *D. Eugene Durand,* quae ad hoc schema reducitur 1:

		A) abstracta	a) Arithmetica. β) Geometria. y) Algebra.
Scientia	*e r i o r* =]	B) abstracta-concreta	a) Mechanica. P) Astronomia.
		C) concreta	α) scientiae physicae. β) scientiae naturales seu biologicae. y) scientiae psychologicae vel morales.
Z ' q U	II) *superior Philosophia....}*	[A) Philosophia scientiarum.	
		(β) Philosophia' Prima seu Metaphysica.....] specialis...b)	Ia) Metaphysical generalis..... a) Critica, |b) Ontologia.
			|P) Metaphysica ' I a) Cosmologia rationalis. ! I b) Psychologia rationalis. I c) Theologia naturalis seu Theodicaea.

Nuperrime etiam *D. Edmond Globot* in opere *Le système des Sciences* 2 multa scribit de scientiarum divisione, quae satis obscure traduntur; unde difficile est *systema* videre. Quantum tamen attenta lectione capere potuimus adhibitis Logicae praeceptis, hac tabula disponi potest:

1 *Eléments de Philosophie scientifique et de Philosophie morale.* 2.°, édit., Paris, 1900, p. 10-15.

2 Ed. Goulot, *Le système des Sciences. Le vrai, Pintelligible et le réel.* Paris, Armand Colin, 1922. Cfr. ejusdem *Traité de Logique,* p. 382-84, ibid., 1918. Item, Aug. Messer, *Einfiihrung in die Erkenntnisthcoric,* 8 Kapirel, p. 125-164, Leipzig, F. Meiner, 1921.

A) *deductiva* seu a priori = Mathematica..... a) Arithmetica et algebra, b) Geometria.

B) *inductiva*, empirica seu observationis vel a posteriori..... β) *mixta* seu *applicata* naturae = Mechanica rationalis.

I) *speculativa*.

α) scientia *naturae* = Physico-chimica.. (scientiae *cosmologicae*).

β) scientia *biologicae*).

I a) thcorctica seu *pura* = leges generales.

b) appZ:ca-*ta* factis! seu *mix-)* ra..... i) *specialis* — species naturales seu *leges* speciales, 2) *historica* = evolutio *factorum* in tempore. 3) *descriptiva* — distributio *factorum* in tempore.

a) Physiologia.
b) Psychologia.
c) Sociologia.

II) *practica* seu *normativa*.....

A) circa *verum* = Logica.
B) circa *bonum* = Ethica vel Moralis.
C) circa *pulchrum* = Acsthetica.

Demum —ut finem istis enumerationibus imponam— *R. P. Sertillanges, O. P.*, specimen quoddam classificationis scientiarum, attentis principiis thomisticis, nuper exhibuit; [1] de quo tamen, rectum sit necne, alibi discutietur.

Sed tempus est jam ut objective et simpliciter id quod, in tanta opinionum diversitate verum est, determinemus. Cum autem eadem sit quaestio de divisione Philosophiae

[1] *La Science et les Sciences spéculatives, d'après Saint-Thomas d'Aquin*, apud *Revue des Sciences Philosophiques et Théologiques*, janv. 1921, p. 5-20.

et de partibus ejus —nam omnis divisio in partes fit— cumque *partes dupliciter* considerari possint, scilicet *absolute* vel *secundum se* et *relative* seu *comparative ad invicem* secundum ordinem prioritatis et posterioritatis; talis erit congruus ordo procedendi hac in re, ut prius consideremus partes Philosophiae *absolute,* postmodum vero *relative* quatenus compartes sunt totius Philosophiae: in primo casu apparebit *divisio* Philosophiae, in alio autem quasi *compositio ordinata* panium *ejus.* Hoc unum tamen animadvertimus, nos *primarias et inmediatas partes unice in praesenti respicere,* relinquentes studio speciali singularum partium proprias subdivisiones investigare, quemadmodum, Deo favente dataque opera, facturi sumus, expedita quaestione praesenti.

SECTIO PRIMA

DE PARTIBUS PHILOSOPHIAE ABSOLUTE

Philosophiam *de facto* habere partes non cadit sub quaestione, ut ex modo dictis constat quod autem in dubium vertitur est *quot* illae sint. Unde non quaerimus *quia* est divisionis ejus, sed *propter* quid, a quo pendet et numerus ejus, cum nulla pars sit quae rationem essendi non habeat.

Jam vero partes alicujus aut sunt intégrales aut subjectivae aut potentiales. Postquam ergo determinatum fuerit *quot* sint partes philosophiae, adhuc investigandum superest *ciqusmodi* sint illae partes, ut inde finaliter appareat qualiter ad invicen subordinari queant; nam semper relativum fundatur in aliquo absoluto.

Sic igitur circa partes Philosophiae *absolute* consideratas inquirimus *duo:* i.° *quantitatem (quot* sint) et 2.° *qualitatem (cujusmodi* vel *quales* sint). Et quia *materiae,* a qua *genus* sumitur, respondet *quantitas; formae* autem, quae fundamentum est *differentiae specificae,* respondet *qualitas,* ideo possumus in primo loco *quasi genus* in alio vero *quasi specificam differentiam* partium Philosophiae, *quatenus partes sunt,* investigare.

| Hoc enim est empirice et a posteriori quasi per se notum, et hoc modo diversa membra consideravimus in prima parte hujus quaestionis, cum *inductive* quaerebamus notionem realcm Philosophiae; adhuc tamen nescimus *quot* sint, vel etiam *quare sint* tot et non plura neque pauciora, ct hoc est quod in praesenti inquirimus: nisi enim aliqua pluralitas *vulgariter* appareret, non posset *philosophice* quaestio poni de divisione Philosophiae. Quae ergo *inductive ct imperfecte* ibi tetigimus, hic *deductive et scie'infice* ostendentur ct probabuntur.

CAPUT PRIMUM

DE QUANTITATE VEL NUMERO PARTIUM PHILOSOPHIAE (QUASI GENUS PARTIUM)

Ad inveniendam divisionem Philosophiae necessarium non est alia jacere fundamenta praeter ea quae in prima parte sunt posita; sed satis erit ipsa profundius et intimius considerare, ut inde sponte fluat solutio quaestionis praesentis; nam divisio semper respondere debet divisibili, nec est alibi quaerenda nisi in natura ipsa rei dividendae.

Atqui natura Philosophiae complete desumitur *ex quatuor causis,* ut ibidem ostendimus; ergo et divisio ejus completa sumi debet ex consideratione quatuor causarum Philosophiae, eo vel magis quod omnia, quaecumque de aliqua re cognosci possunt et demonstrari, in causas ejus resolvi necesse sit.

Jam vero causae ad invicem sunt causae in diverso genere. <Xam efficiens et finis sibi invicem correspondent, quia efficiens est *principium* motus, finis autem *terminus.* Et similiter materia et forma: nam forma *dat* esse, materia autem *recipit.* Est igitur efficiens causa finis, finis autem causa efficientis. Efficiens est causa finis quantum ad *esse* quidem, quia movendo perducit efficiens ad hoc, quod *sit* finis. Finis autem est causa efficientis non quantum ad esse, sed *quantum ad rationem causalitatis.* Nam efficiens est causa in quantum *agit:* non autem agit nisi causa finis. Unde ex fine habet suam *causalitatem* efficiens. Forma autem et materia sibi invicem sunt causae quantum ad *esse.* Forma

quidem materiae in quantum *dat* ei esse actu; materia vero formae in quantum *sustentat (recipit)* ipsam»1. Ergo et demonstrationes sibi invicem debent esse demonstrationes absque circulo vicioso, si sumantur in diverso genere causae; ct pariter in casu praesenti divisiones Philosophiae debent esse sibi invicem divisiones secundum diversum genus demonstrationis et causae.

«Et quia in causis talis est ordo, quod materia completur per forman et forma per efficientem et efficiens per finem ita ut in causando finis sit causa causarum; ideo, secundum ordinem congruentem et *rebus* et *nobis* —qui ab exterioribus ad interiora procedimus— instituendae sunt primo divisiones Philosophiae *secundum causas extrinsecas,* et deinde *secundum causas intrinsecas.*

Art. i.—Divisio Philosophiae «secundum causas cxtrinsecas.»

Causae *extrinsccae,* ut saepe dictum est, duae sunt: *efficiens* et *finalis,* ita quidem ut *primatum in causando fini respondeat;* nam omne agens agit *propter finem,* qui et ratio est agentis in quantum hujusmodi. Incipiendum cst ergo a divisione secundum causam finalem Philosophiae.

1 S. Thomas, *in V Metaph.,* let. 2, n. 775.

S. Thomas, *in IV' Sent.,* dist. 3, q. 1, art. 1, qla. 1, Cfr. etiam 1, q. 5, art. 4.

§ I, — Divisio Philosophiae secundum causam finalem

Finis Philosophiae, ut ex supra dictis constat, est *naturalis hominis beatitudo* quae in eo sita est ut *in intellectu possibili describatur totus ordo universi et causarum ejus, atque ita in homine quodammodo exsistat totius universi perfectio* -, sitque humanus intellectus quasi speculum recipiens et referens species omnium rerum. Ad hoc autem *plura* requiruntur. Nam humana felicitas dari non potest ubi homo non datur; homo autem non est anima sola, nec corpus tantum, sed *compositum ex anima et corpore.* Unde necesse est quod humana *beatitudo naturalis* sit in vita seu *in statu conjunctionis,* et non post mortem.

1 «Nulla cst homini causa philosophandi nisi *ut beatus sit* (S. Augustinus, *De Civit. Dei* lib. 19, cap. 1, n. 3, edit., cit. t. VII, coi. 542 B). *uUliinus finis omnis cognitionis humanae* (Philosophiae) *est f'elicitas.*» (S. Thomas, ***III*** *Contra Gent.,* cap. 39.)

5 S. Thomas, *De Vent.,* q. 2, art. 2. Hanc doctrinam, quae sane pulcherrima est et profundissima, S. Thomas ex Arabibus haussit, maxime ex Algazele, prouti apparet ex sequentibus verbis Dom. Gundissalini Segoviensis: *'Intentio Philosophiae est comprehendere veritatem omnium quae sunt, quantum possibile cst homini. (De divisione Philosophiae,* edit, cit., prol. p. 9 (20-21.) «Hujus autem tripartite partis theoricc communis utilitas est cognoscere dispositiones omnium quae sunt, *ad hoc ut describatur in animabus nostris forma tocius esse secundum ordinem suum, quemadmodum forma visibilis describitur in speculo,* hujusmodi enim descripcio in anima nostra cst perfectio ipsius anime, quoniam aptitudo anime ad recipiendum eam cst proprietas ipsius anime; unde *describi cant in anima in presents quidem cst summa nobilitas et cst causa felicitatis in futuro.*« (ibid., p. 15, 16-23; P· 16, 1-2.) Et rursus: «Dictum cst quod *intendo philosophie est comprehendere quidquid est quantum possibile cst.* Cujus utilitas est acquisicio perfectionis humane anime *ad consequendam futuram felicitatem,* perfici autem anima humana non potest, nisi *per cognidoncm veri et amorem boni,* nam *communis finis sciendarum speculativarum est cognicio veritatis; ct communis finis sden~ciartim praeficarum est amor bonitatis, ille* docent, qualiter in omni re *veritas* cognoscatur; *iste* docent, qualiter in omni re *virtus diligatur ct opere compleatur.* hiis igitur duobus perficitur homo et *effidtur dignus cterna fchatate, que sunt cognidio veri ct dilecto boni. (ibid.,* p. 17, *ti-22).*

Sed inde augetur difficultas; nam intellectus possibilis, qui capax est informari et actuari et perfici a quocumque intelligibili, denudatus est naturaliter ab omni forma, cum sit veluti materia prima, hoc est, pura potentia in ordine intelligibili: unde et simul naturaliter habet capacitatem infinitam et quasi infinitam privationem, quae tamem impleri debet ut perfectus sit. Ex hoc ergo quod est in potentia ad actum suum, debet reduci ad actum per motum; ex hoc autem quod potentia illa est veluti infinita actusque etiam quasi infinitus, necesse est quod per multas vias et per plures motus multisque mediis ad complementum suum perducatur, ut in ipso immobiliter beatus quiescat \

Nisi enim in fine adepto immobiliter quietus manere

1 «Quae sunt in rebus *infima,* ait S. Thomas, *non* possunt consequi *perfectam* bonitatem, sed aliquam *imperfectam* consequuntur *paucis motibus.*

Superiora vero his adipiscuntur *perfectam* bonitatem *motibus multis.*

His autem *superiora* sunt quae adipiscuntur *perfectam bonitatem motibus paucis.*

Summa vero perfectio invenitur in his quae *absque motu perfectam possident bonitatem.*

Sicut *infime* est ad sanitatem dispositus, qui *non* potest *perfectam* consequi sanitatem sed aliquam *modicam* consequitur *paucis remediis.*

Melius autem dispositus est qui potest *perfectam* consequi sanitatem, sed remediis *multis;* et *adhuc melius,* qui remediis *paucis:*

Optime autem qui *absque remedio perfectam sanitatem habet.*

Dicendum est ergo quod *res,* quae sunt *infra hominem, quaedam particularia bona* consequuntur; et ideo quasdam *paucas* et *determinatas operationes* habent et *virtutes.*

Homo autem potest consequi *universalem et perfectam bonitatem,* quia potest adipisci *beatitudinem.* Est tamen *in ultimo gradu secundum naturam eorum quibus competit beatitudo;* ct ideo *multis* ct *diversis operationibus et virtutibus* (id est, *potentiis et habitibus)* indiget anima humana (ct *potentiae propriae* ejus).

Angelis vero *minor* diversitas potentiarum (ct habituum) competit.

In Deo autem *non* est *aliqua potentia vel actio* (vel habitus) *praettr ejus essentiam.*

Est ct *aha ratio* quare anima humana *abundat diversitate potentiarum,* videlicet quia est tn *confinio spiritualium et corporalium creaturarum.* Et ideo *concurrunt* in ipsa *virtutes utrarumque creaturarum.»* (I, q. 77, art. 2.) Cfr. etiam I-II, q. 50, art. 6: *ibid.,* art. 5; q. 51, art. i ad 2; q. 54, art. I. *IV Contra Gent.,* cap. 1; I, q. 62, art. 1; Prolog. S. Thomae in *Evang. S. Joannis,* edit. Marietti, p. 1-3. Taurini, 1912.

posset, frusta moveretur ad ipsum, cum omnis motus ad actum et quietem necessario tendat. Unde oportet quod homo Philosophus apud semetipsum in propria natura habeat media quibus et ad finem pervenire possit et in fine jam adepto beatus quiescere.

Media autem quibus ad finem, hoc est ad contemplationem universalis Veritatis l pervenire potest, sunt *duo genera motuum:* unum *quasi expansionis versus exteriora,* ut in se recolligat impressiones et species omnium rerum, ad quod juvatur per *sensuum* et *imaginationis* concursum; *aliud* vero *quasi concentrationis versus interiora rerum et suiipsius,* vi cujus, ex illa pluralitate et multiplicitate rerum, ad Veritatem Primam elevari possit, quae fons est et origo omnis veritatis et multiplicitatis et varietatis, in eaque mentis ejus obtutum figere queat; et ad hoc juvatur *per abstrationem et discursum rationis,* quae versus *unitatem* semper tendit.

Jam ergo philosophus apud semetipsum habet media quibus ad finem suum pervenire valeat. Ad rem 5. *Thomas:*

l >Ad cognitionem enim eorum quae *de Deo ratio investigare potest, multa praecognoscere* oportet, quum *fere totius Philosophiae consideratio ad Dii cognitionem ordinetur.* Propter quod *Metaphysica,* quae circa divina versatur, inter Philosophiae partes *ultima* remanet *addiscenda.* · (*I Contra Gent.,* cap. 4.) dpsaquc *Prima Philosophia* (Metaphysica) *tota ordinatur ad Dei cognitionem sicut ad ultimum finem:* unde et Scientia Divina nominatur. Est ergo *cognitio divina ultimus finis omnis humanae cognitionis et operationis (III Contra Gent.,* cap. 25).

Pariter et *Augustinus* egregie: «Itaque, ait, cum *studium Sapientiae* (Philosophia) *in actione et contemplatione* versetur; unde una pars ejus activa, altera contemplativa dici potest: quarum activa ad agendam vitam, id est ad mores instituendos pertinet, contemplativa autem ad conspiciendas naturae caussas et sincerissimam veritatem; Socrates in activa excelluisse memoratur, Pythagoras vero magis contemplativae, quibus potuit intelligentiae viribus institisse. Proinde Plato utrumque jungendo Philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes distribuit: unam *moralem,* quae maxime *in actione* versatur; alteram *naturalem,* quae *contemplationi* deputata est: tertiam *rationalem,* qua *verum disterminatur a falso...*

Si enim homo ita creatus est, *ut per id quod in eo praecellit, adtingat illud quod cuncta praecellit,* id est, unum verum optimum *Deum,* sine quo nulla *natura subsistit,* nulla *doctrina* instruit, nullus *usus* expedit; Ipse quaeratur, ubi nobis *secutura* sunt omnia; Ipse *cernatur,* ubi nobis *certa* sunt omnia; Ipse *diligatur,* ubi nobis *recta* sunt omnia» (*De Civitate Dei,* lib. 8, cap. 4, edit cit., t. VII, coi. I93-Σ94·)

«*Speculatio* autem veritatis est *duplex,* una quidem, quae consistit *in inquisitione* veritatis; *alia* vero, quae consistit *in contemplatione* veritatis jam *inventae* et *cognitae,* et hoc *perfectius* est, cum sit *terminus et finis inquisitionis,* unde et major est delectatio in consideratione veritatis jam cognitae quam in inquisitione ejus; et ideo dicit (Aristoteles; quod delectabilius conversantur illi, qui jam sciunt veritatem, habentes intellectum perfectum per intellectualem virtutem ipsius (Sapientiam); unde perfecta felicitas non consistit in quacumque speculatione, sed in ea quae est secundam propriam virtutem (Sapientiam) ipsius» 1.

Quia vero passionum tumultus contemplationem illam turbare possent et etiam impedire penitus, necesse est ad hoc, ut quieta sit et durabilis, quod appetitus et affectiones hominis refrenentur et dirigantur secundum regulas rationis, ut et ipsae quietae sint et pacatae; ad quod juvatur per *scientiam et virtutes morales.* Quapropter *Augustinus* scribit:

«Si autem quaeritis quid sit Sapientia... nihil est aliud quam *modus animae,* hoc est, qui sese animus liberat, ut *neque excurrat* in nimium, *neque* infra quam plenum est *coarctetur.* Excurrit autem in luxurias, dominationes, superbias, ceteraquc id genus, quibus inmoderatorum miserorumque animi sibi laetitias atque potentias comparari putant. Coarctat autem sordibus, timoribus, maerore, cupiditate, atque aliis quaecumquc sunt quibus homines miseros etiam miseri confitentur. Cum vero Sapientiam contemplatur inventam, cumque, ut hujus pueri verbo utar, ad ipsam se tenet, nec se ad simulacrorum fallaciam, quorum pondus amplexus a Deo suo cadere atque demergi solet, ulla commotus inanitate convertit, nihil immoderationis, et ideo nihil egestatis, nihil igitur miseriae pertimescit. *Habet ergo modum suum, id est Sapientiam, quisquis beatus est»* 2.

1 A *Ethicor.,* Icet, io, fol. 136, coi. 4 G. Et fortius et pulchrius Augvstinvs: *'Duplex,* inquit, *quaestio* est: una *de anima (res humana),* altera de *Deo (res divina). Prima* efficit ut *nosmetipsos* noverimus, *altera* ut *originem nostram.* Illa nobis *dulcior,* ista *carior: illa nos dignos beata vita, beatos hoec facit.* Prima est *illa discentibus, ista* jam *doctis.* Hic est ordo studiorum Sapientiae, per quam fit quisque idoneus ad intclligendum ordinem rerum, id est, ad dignoscendos duos mundos et Ipsum Parentem universitatis, Cujus nulla scientia est in anima nisi *scire quomodo Eum nesciat.* (De Ordine,* lib, 2. cap. 18, n. 47, edit, cit., t. I, coi. 349 F.)

« *Liber de Beata Vita,* n. 33 (edit, cit., t. I, coi. 311 D F).

Et *Plutarchus* egregie:

«Aristoteles, inquit, et Theophrastus omnesque fere peripatetici hac ratione Philosophiam distribuerunt: *virum perfectum* inquiunt, nccesse est esse et *contemplatorem* eorum quae *sunt* et *actorem* eorum que *decent.* Patet hoc exemplis propositis. Quaeritur: sol animal sit necne, siquidem videtur: hoc, qui quaerit, in contemplatione versatur, nihil enim aliud considerat quam *quid sit.* Quaeritur itidem de infinitate mundi aut an extra mundum aliquid existât. Ista omnia sunt *contemplationis.*

«Rursum quaeritur quomodo vita sit instituenda, quomodo liberi regendi, quomodo gerendus magistratus, quo pacto leges ponendae. Omnia haec *agendi causa quaeruntur,* et qui haec tractat, vir agendis rebus intentus (sive actuosus) dicitur» 1.

At rursus, quia viae illae, quibus a prima potentia intellectus possibilis pervenitur ad actum perfectum, hoc est, ad scientiam completam, difficiles sunt et obscurae, utpote sensuum nebulis et imaginationis phantasmatibus plenae, opus omnino est *disciplina quadam rationis,* qua verum a falso et umbrae a realitate discernantur. Ad rem iterum *Hipponensis:*

«Eruditio *disciplinarum liberalium, modesta sane atque succincta,* ct alacriores et perseverantiores et comtiores exhibet amatores amplectendae veritati, ut et *ardentius* appetant, et *constantius insequantur et inhaereant postremo dulcius,* quae vocatur, Licenti, *beata vita» 2.*

Et rursus:

«Quando ergo transiret ad alia fabricanda, nisi ipsa sua prius quasi quaedam machinamenta ct instrumenta distingueret, notaret, digeret, proderctque ipsam *disciplinam disciplinarum,* quam *Dialecticam vocant?* Haec *docet docere,* haec *docet discere:* in hac seipsa ratio demonstrat atque aperit quae sit, quid velit, quid valeat. *Scit scire:* sola scientes facere non solum vult, sed etiam potest» 3.

1 *De Placitis Philosophorum,* lib. **I,** procem., apud *Scripta Moralia,* edit, dt., t. **II,** p. 1065, 20-37).

2 *De Ordine,* lib. **I,** cap. 8, n. 24 (edit, cit., t. I, coi. 324 DE).

3 *De Ordine,* lib. 2, cap. 13, n. 38, loc. cit., coi. 346 BC.

Sic igitur, ad hoc ut homo pervenire possit ad contemplationem universalis Veritatis (Metaphysica), quae finis est Philosophiae, requiritur et quod ratio ejus perficiatur ad investigandum et motum complendum (Logica) et quod extendatur ad rerum multiplicitatem, quae nos circumstant considerandam (Physica) et quod passionum tumultus refrenentur et quietentur (Ethica) et quod ex illa pluralitate rerum sensibilium elevari et concentrari addiscat et incipiat (Mathematica). Ergo tot sunt Philosophiae partes; tot enim debent esse partes Philosophiae quot sunt diversa media necessaria ad finem Philosophiae consequendum et retinendum.

♦ ♦ ♦

Porro adverte vim demonstrationis hujus. Homo, hoc est, compositum ex anima et corpore, ad felicitatem pervenire vult et debet, quae in objecto superiori et intelligibili reponitur a rebus sensibilibus separato. Ergo necesse est quod ita in corpore vivat, ut tamen a corporalibus separetur et sic quasi extra corpus vitam degere videatur.

Ex hoc autem quod in corpore vivit, et ratio abnubilatur phantasmatibus et in ipsis quodammodo immergitur —cum non possit omnino liberari a continuo et tempore— et passionum impetu torquetur et trahitur; quae omnia maxime impediunt dulcissimam illam apprehensionem et possessionem objecti beatificantis.

Ut igitur in corpore quasi extra corpus beatus per Metaphysicam vivat.

oportet quod:

a et ratio clarescat per Logicam.

β et intelligibile sub phantasmatibus sensibilibus latens apprehendatur per Physicam,

γ et abstrationibus assuescat per Mathematicam,

δ et passionum impetus moderentur per Ethicam.

Nisi ergo anima in corpore esset, hoc est, nisi homo esset homo, sed asset anima tantum, nulla pars esset Philosophiae praeter solam Metaphysicam, quae sibi sola sufficeret; at Metaphysica humana, ratione hominis metaphysici his om-

nibus indiget, quasi totidem mediis vel gradibus ad Veritatem universalem et separatam quadantenus contemplandam vel potius speculandam in speculo sensibilium x.

Verum, ut clarius appareat demosntratio ista, liceat ob oculos schematice proponere:

e I) *finis: quies in speculatione* (contemplatione humana) Veritatis universalis separatae, hoc est, *Dei* et rationis omnium rerum *ex* et *in* Causa Prima = *Metaphysica.*

A) *ad* obtinendam a) *rectificationem* carum, ne errent in *speculationem illam:i* quaerenda illa Veritate Prima — *Disci-*
motus facultatum! *plina Rationis seu Logica.*
apprehensi rvarum'
seu *cognoscitivarum*\
hominis; hoc autem j
importat *duo,* scili-[{3) *investi-* a) *expansionis* ad res sen-
cct..... *gationem* sibilcsvelmundumsensi-
illius Ve-L bilem qui nos circumstat
r i t a t i s J = *Physica cxpcrimcntalis*
per tno- \ *per sensus*.....I
tum.....*I* *j*

II) wt'i/iα *humana*..

lb) *concert-* i) *internas/*
trariomsi vel *substan-* ρ^3ια
ad for-\ *tialcs = Psy-*
mas re-] *sica rationa-*
rum sen-j *lis*.....
sibilium.J

I 2) *externas* et
i *accidentalcn* et
quatenus abs-
tractas (formas
quantitatis abs-
tractae) — Ma-
thematicas.

B) *ad* eam *conservandam in quiete:* MOTUS facultatis *electivae* (affectivae) seu *voluntatis frenantis passiones secundum directionem rationis ne* turbent contemplationem universalis Veritatis, hoc est, *ne impediant actum beatitudinis naturalis* = *Ethica.*

x *'Contemplativa* (vita) *Sanctorum* (Christianorum) *praesupponit amorem ipsius contemplati,* ex quo procedit. Unde cum vita contemplativa consistat

§ II.—Divisio Philosophiae secundum causam EFFICIENTEM.

Quia divisio scientifica debet esse *per se,* manifestum est quod, sumentes Philosophiae divisionem secundum causam efficientem, accipienda est causa efficiens *per se,* hoc est, causa *principalis;* non vero causae instrumentales quae per aliud et quodammodo per accidens sunt.

Scimus autem ex prima parte quod *causa efficiens principalis Philosophiae est humana ratio per vigorem et lumen suum naturale operans circa proprium et naturale objectum.* Ergo tot erunt diversae partes Philosophiae quot sunt diversae operationes humanae rationis cadentes super proprium objectum.

Jam vero *objectum proprium* rationis est *ordo* sed *operatio* ejus est *duplex:* una *pure considerativa vel in quiete;* alia vero est *operativa vel in motu.*

in operatione quam quis maxime intendit, oportet quod sit *circa contemplationem maxime amati:* hoc autem Deus est; unde *principaliter* consistit in *operatione intellectus circa Deum...* Unde et nomen co/z-templationis significat illum actum principalem, quo quis Deum *in Seipso* con-templatur; sed *speculatio* magis nominat illum actum quo quis divina (non in seipsis, sed) *in rebus creatis* quasi *in speculo* inspicit. Et similiter etiam felicitas contemplativa, de qua *Philosophi* tractaverunt, in contemplatione Dei consistit; quia, secundum Philosophum X *Ethicor.,* consistit in actu altissimae potentiae quae in nobis est, scilicet intellectus, et in habitu nobilissimo, scilicet Sapientia, et etiam objecto dignissimo, quod Deus est. Unde etiam *Philosophi ultimum tempus vitae suae reservabant, ut dicitur, ad contemplandum divina, praecedens tempus in aliis scientiis expendentes, ut ex illis habiliores fierent ad considerandum divina». (III Sent.,* q. 35, q. I, art. 2, qla. 3.)

Unde et vulgo dicitur: *rationis est ordinare, sapientis vel intelligentis est ordinare* et sic S. Thomas probat *imperium* pertinere *essentialiter* ad *rationem* et non ad voluntatem, quia imperium dicit *essentialiter ordinem: *impcrarc* autem est quidem *essentialiter* actus *rationis; imperans enim ordinat* eum, cui imperat, *ad aliquid agendum,* intimando vel denuntiando; *sic* autem *ordinare* per modum cujusdam intimationis, *est rationis»* (I-II, q. 17, art. 1). Et rationem generalem dederat alibi scribens: «Sicut dicit Philosophus in principio Metaph., Sapientis est ordinare; cujus ratio est, quia Sapientia est potissima perfectio rationis, cujus proprium est *cognoscere*

i. *Per primam* ergo considerat ordinem jam *in rebus statutum et quasi impressum,* et haec est operatio *speculativa,* quae et generat habitum speculativum (scientiam speculativam) et ulterius ab ipso procedit. Et quidem, secundum diversum ordinem quem considerat, erit et diversa speculatio et diversa scientia.

Sed adverte: ordo in rebus statutus non potest *in quiete* contemplari nisi in rebus illis ubi est *immobilitatem quamdam* praescierat; quae certe dari non potest nisi *res ipsae* sint *quodammodo fixae et immobiles.*

Atqui res immobiles et fixae in natura non dantur nisi vel *substantia vel quantitas,* quae, utpote primum accidens substantiae corporeae, est *quasi-substantia* ideoque quamdam immobilitatem sibi vindicat.

Oportet igitur quod ordo in rebus statutus fixe sujectetur —ut quiete contemplari possit— vel in substantia vel in quantitate.

Si *in quantitate,* est ordo *numerorum* et *figurarum,* qui est *ordo mathematicus,* ejusque consideratio erit *spectdatio mathematica.* Sin autem *in substantia,* aut ergo in substantia *corporea* aut in substantia *incorporea,* quae omnino immobilis et fixa est: in primo casu erit *ordo sensibilis corporum sensibilium* quae nos circumstant, qui est *ordo physicus,* ejusque *consideratio* erit *physica;* in alio vero est *ordo entium et formarum ut sic,* nempe *ordo pure intelligibilis*

ordinem. Nam, etsi vires *sensitivae* cognoscant res aliquas *absolute,* ordinem tamen *unius rd ad aliam* cognoscere est *solius intellectus aut rationis.* Invenitur autem *duplex ordo* in rebus: *unus* quidem *partium* alicujus totius seu alicujus multitudinis *ad invicem,* sicut partes domus ad invicem ordinantur; *alitis* est ordo *rerum in finem,* et hic ordo est principalior quam primus (et quem Sapiens principaliter considerat); nam, ut dicit Philosophus in *XI Mctaph.,* ordo partium exercitus ad invicem est propter ordinem totius exercitus ad *Ducem (1 Ethicor.,* lect. i, initio.). Cfr. *I Contra Gent.,* cap. i. Merito ergo concludit: *^'Processus scientiarum est opus rationis, cujus proprium ist ordinare;* unde *in omni opere rationis ordo aliquis invenitur,* secundum quem proceditur ab uno in aliud. Et hoc patet tam *in rattone practica,* cujus consideratio est circa ea quae *nos fadmus,* quam *in rationi speculativa,* cujus consideratio est *circa ca quae sunt aliunde facta».* (*I de Coelo et Mundo* proem, S. Thomae, n. i.)

seu *metaphysicus* et consequenter *consideratio* ejus erit *metaphysica.*

2. Quod, si inspiciamus *operationem* rationis *in motu,* tunc non considerat ordinem exsistentem in objecto exsistenti, sed *facit;* quia et objectum, quod est operatum vel effectum (actum), *fit;* non enim potest esse ordo ubi nihil est. Aut ergo considerando facit ordinem *in actu manente in homine,* aut *in actu aliqualiter transeunti in exteriorem materiam.*

Si *in actu transeunti,* qui est *actus membrorum corporis,* sic est *ordo artificialis,* et est objectum artis *(factibile);*

sin vero in actu *pure immanenti,* hoc non potest esse nisi in actu facultatis spiritualis solius animae.

Vel igitur *in proprio actu rationis,* et sic est *ordo rationalis reduplicative,* qui est *ordo logicus;*

vel *in actu voluntatis,* et sic est *ordo voluntarius et liber,* qui est *ordo moralis vel ethicus (agibile).*

Ergo istae omnes sunt partes diversae Philosophiae, hoc est, tot quot sunt ordines diversi a ratione humana considerati vel effecti.

Demonstratio haec, ad rem quod attinet, desumpta est ex S. Thoma in loco celeberrimo, qui sic se habet:

r>Ordo autem *quadrupliciter* ad rationem comparatur.

»Est enim *quidam ordo* quem *ratio non facit,* sed *solum considerat,* sicut est *ordo rerum naturalium.*

»*Alius* autem est ordo, quem *ratio considerando facit in proprio actu,* puta cum ordinat conceptus suos ad invicem, et signa conceptuum quae sunt voces significativae.

^*Tertius* autem est ordo, quem ratio *considerando facit in operationibus voluntatis.*

^*Quartus* autem est ordo quem *ratio considerando facit in exterioribus rebus,* quarum ipsa est causa, sicut in arca et domo.

»Et quia consideratio rationis per habitum perficitur, secundum hos diversos ordines quos proprie ratio considerat, sunt diversae scientiae.

»Nam *ad philosophiam Naturalem* pertinet considerare *ordinem rerum quem ratio* humana considerat, sed *non facit,*

ita quod *sub Naturali philosophia comprehendamus et Metaphysicam* h

»*Ordo* autem quem ratio considerando facit *in propio actu,* pertinet *ad Rationalem philosophiam (Logicam),* cujus est considerare ordinem panium orationis ad invicem, et ordinem principiorum ad invicem et ad conclusiones.

»*Ordo* autem actionum *voluntariarum* pertinet ad considerationem *Moralis philosophiae.*

nOrdo autem quem ratio considerando facit *in exterioribus rebus* constitutis per rationem humanam, pertinet *ad Artes mechanicas»2.*

Porro adverte sedulo quod *inter istos ordines datur ordo,* nam perfectior est ordo datus et immobilis quam mobilis et effectus, ideoque ceteri omnes sunt propter ordinem metaphysicum sicut propter finem, utpote qui maxime immobilis et fixus est. Et sic finaliter videre poteris quod ratio humana in suis operationibus considerativis vel factivis ordinum *ordinatur et ipsa semper ad primum ordinem in cujus ordinata consideratione reposita est beatitudo ejus naturalis.*

Videas ergo et intelligas et profunde penetres quomodo divisio Philosophiae ex causa finali et divisio ejus ex causa efficienti sibi invicem sunt divisiones in diverso genere, et quomodo mutuo demonstrantur et confirmantur et roborantur.

Quod, ut facilius assequaris, en schema demonstrationis I hujus:

i

---

1 Adverte quomodo S. Thomas large sumat in hoc loco verbum *Naturalis* Philosophia; naturalia enim habent principia *in rebus* independenter a nobis, dum e contra artificialia ct moralia et aliquo modo etiam logicalia habent principia *in nobis* vel dependenter a nobis. Quidquid ergo habet principium scibilitatis independenter a sciente, illud potest dici scibile naturale; quo in sensu etiam metaphysicalia et mathematicalia (venia sit verbis) includi possunt sub scibili naturali in tota sua latitudine, ita ut *naturale large dictum aequipolleat speculativo proprie dicto.* Cfr. test. S. *Alb. Magni,* supra cit.

I Ethicor, lect. I.

I) *cadens* super *proprium ejus objectum,* scilicet *ordinem.*

B) *considerativi tanAa) substantia* />ro-|a) *corporea = tum ordinis dati:' prie dicta. / ordo physicus, (in quiete)* ordo. (b) *incorporea = immobilis et fixus'* subjectatus *aut in.j ordo metaphysi-eus.*

IP) quasi-substantia, hoc est, *in quantité = ordo mathematicus.*

II) *per actus proprios ip-sius,* qui sunt *vel...* I

B) *considerativifac-tivi,* hoc est, con-| siderativi *ordinis effecti propria consi-ratione* super actus hominis *(in motu)·, aut* ergo...

a) *pure immanen-la) ipsius rationis tes* seu *faculta-}* = *ordo rationa-lism animae;* ctj *lis vel logicus.* sic vel.

b) *voluntatis* – ordo *voluntatius vel liber (agibilium),* scilicet *ordo moralis seu ethicus.*

β) *aliquatenus transeuntes* seu *membrorum exteriorum corporis = ordo factibilium ordo artificiosus.*

Confirmari etiam possunt hujusmodi demonstrationes eleganti *analogia Medicinae* a veteribus excogitata. Ita, aje-bant, se habet Philosophia ad animam sicut Medicina ad corpus; aegrotat enim animus *malitia* et *ignorantia;* per Philosophiam autem *speculativam ignorantia pellitur)* dum *malitia excluditur per virtutes (per Philosophiam practical* seu *activam);* et sic Philosophia dicitur Medicina animae, utpote *sanativa ejus.*

Et quidem, sicut ad sanitatem corporalem concurrunt simul ars et natura, ita etiam ad Philosophiam concurrere debent vigor naturalis rationis (inventio) et disciplina[1].

Et quia homo valde aegrotus est simulque capax perfectae sanitatis, ideo multo tempore et pluribus mediis indiget ad perfectam animi sanitatem adipiscendam. Unde et plures

1 Cfr. S. Thomas, *De Veritate* q. 11, art. i.

esse debent partes Philosophiae veluti totidem remedia diversa ad illam sanitatem inducendam.

Sed audi ex S. *Thoma* agregiam expositionem:

iln his, ait, quae possunt pervenire *ad aliquod bonum perfectum, triplex* gradus invenitur. Quorum *supremus* est ejus quod *optime* se habet et *non indiget aliqua actione* ad acquirendum bonum perfectum; sed hoc existit ei sine aliqua actione. *Secundus* gradus ejus est quod est *propinquissimum* in bonitate dispositionis *optimo,* quod scilicet acquirit *perfectum bonum* per *unam et modicam actionem. Tertius* gradus est eorum quae *magis distant ab opttmo,* quae tamen acquirunt *perfectum bonum* per *plures operationes.*

»Deinde... manifestat (^Aristoteles) per *exemplum.* Et dicit quod in corporibus videtur illud corpus *optime* esse dispositum, quod *non indiget* aliqua exercitatione ad bonam sui habitudinem; *in secundo* autem *gradu* est corpus quod *per modicam deambulationem* consequitur bonam habitudinem; *in tertio* autem *gradu* est corpus quod ad bonam habitudinem consequendam *indiget multis exercitiis,* puta cursu, lucta et pugna...

»Et dicit quod quando oportet operare aliquid hujus gratia, et hoc alterius gratia, et illud adhuc alterius gratia (ita scilicet quod ad unum finem oporteat perveniri per multas actiones ad invicem ordinatas) facile est hunc finem adipisci quando per *unam* actionem vel duas potest aliquis consequi finem; puta, si aliquis emit equum ad hoc quod equitet, et equitando pervenit ad locum aliquem. Sed quando oportet ad finem pervenire per *plures actiones* tunc hoc est difficilius; puta, si non habeat pecuniam in promptu unde emat equum, sed oportet eam acquirere per operationem alicujus artificii, ad quae exercenda iterum indigeat quaerere instrumenta alicujus artificii. Manifestum est igitur quod major virtus requiritur, ct ex parte intellectus ordinantis et ex parte potentiae exequentis, per *plures actiones* pervenire in finem quam per unam vel pauciores.

»Deindc... ponit *exempla* praemissi principii... Videmus enim quod in istis inferioribus *homo,* habens *perfectam* animae *virtutem,* habet *multiplices operationes,* quia potest *multa bona* adipisci: et propter hoc *multa* potest operari, *non solum absolute,* sed *etiam secundum ordinem unius ad aliud,* ut puta cum excogitat magnam seriem actionum ordinatarum in unum finem. Nec tamen propter hoc homo est optimum in universo, quia id quod est *optimum* in universo, scilicet *Deus, nulla indiget actione* quoad adipiscendum

proprium bonum. Non enim habet aliquem finem extra se, quem oporteat adipisci per aliquam actionem, sed ipse est finis Suiipsius et omnium aliorum; actio autem quae est propter finem, semper in duobus consistit, cum oporteat ibi considerari et finem cujus gratia aliquid agitur, et id quod est ad finem, quod agitur gratia hujus, scilicet finis.

»Sed *animalium praeter hominem* sunt *pauciores actiones* quam hominis; tum quia non habent actiones intellectivae partis; *tum* quia in actionibus exterioribus habent determinatum modum praefixum sibi a natura, sicut hirundo semper eodem modo facit nidum.

»Scd *plantae* habent forte *unam* operationem tantum, scilicet nutritivam, et hanc *parvam,* id est imperfectam, respectu operationis sensitivae et intellectivae.

»Et hujus diversitatis ratio est, quia finis ad quem pervenitur, *vel* est aliquod bonum perfectum, puta ad quem pervenit homo, scilicet beatitudo, quam homo consequitur per multas operationes; *aut* sunt multa quae praeexiguntur ad perfectum bonum, ad quorum aliquod pertingunt plantae et animalia per unam vel paucas operationes. Puta *ad beatitudinem praeexigitur primo conservatio vitae, deinde cognitio sensibilium, et ultimo apprehensio Universalis Veritatis, in qua consistit finalis beatitudo: et hanc solus homo consequitur, conservationem autem vitae consequitur planta per actum nutritivae partis, animalia autem irrationabilia super hoc consequuntur cognitionem singularium.*

»Sic igitur patet cx omnibus praemissis *quinque esse ordines rerum.* Nam *supremum* in entibus est quod habet *perfectum* bonum *sine actione; secundum* autem est quod habet *perfectum bonum* per *unum* vel *paucos motus; tertium* autem est quod acquirit *perfectum bonum* per *multas operationes,* sicut homo. *Quartus* autem gradus est qui *non* potest acquirere *perfectum bonum* ullo modo, sed acquirit aliquid praevium per *paucos motus vel* per *unum tantum* sicut animalia et plantae. Relinquitur autem *infimum* esse quod *nihil horum potest acquirere,* et propter hoc *non habet* participare *aliquem motum.*

»Sic igitur quod aliquid *omnino careat motu* (actu vel habitu), potest *dupliciter* contingere; *uno modo* quia est perfectissimum, *alio modo* quia est imperfectissimum. *Similiter* etiam quod aliquid habeat *unum* vel *paucos* motus (actus vel habitus), potest *dupliciter* contingere: *uno modo* quia est propinquum perfectissimo, *alio modo* quia est propinquum imperfectissimo. *Quod autem aliquid* (ut homo) habeat *multas* actiones vel motus (vel habitus) *contingit*

t'.v *co quod medio modo se habet* (inter perfectum et imperfectum seu inter propinquum perfectissimo ct propinquum imperfectissimo)» \

Nec immerito istam analogiam hoc in loco tetigimus; quia medicina *efficienter* causât sanitatem, quae est *finis* ejus; et similiter operationes rationis *causam* perfectam cognitionem veritatis, quae est *finis* Philosophiae, et sic denuo junguntur finis et agens.

Art. 2.— Divisio Philosophiae secundum causas intrinsecas

lam videnda est Philosophiae divisio *ex interioribus* eius desumpta, nempe ex consideratione causae *formalis et materialis* ipsius, ex quibus quasi essentialiter constituitur. Et secundum hoc in prima parte conclusum est quod Philosophia *esentialiter et intrinsece* est *Sapientia-Humana* 2.

Oportet igitur quod divisio intrinseca et quasi essentialis Philosophiae sit non Sapientiae ut sic, nec hominis vel humani ut sic, nec etiam Sapientiae divinae vel Spientiae angelicae, multoque minus Sapientiae belluinae si quae sit, sed *unice et formaliter Sapientiae-Humanae.* Sicut ergo ratio Philosophiae consurgit ex unione intima Veritatis universalis cum toto homine, ex qua maior unitas resultat quam ex materia et forma3, ita divisio cius debet respondere et Sapientiae *(obiecto* humanitus cognoscibili) et Homini *(Subiecto* cognoscenti). Nisi enim *rebus* responderet, non esset *Sapientia,* sed fictio vel illusio *(Stultitia);* et nisi responderet *homini,* nullatenus esset *Humana.*

Nec tamen alia res *formaliter* erit ratio Sapientiae et

l *II De Coelo ct Mundo,* lect. i8, n. 3-5.

: Cfr. S. Thomam, *In Evang. secundum loanncm,* cap. 6, Icc. I, ed. Marietti, p. 178 a.

l Cfr. Caietanum, in I, q. 12, a. 2, n.° 15; a. 4, n.u 4; q. 14> a x, nn. 3-4.

ratio Humanae, sed una et eadem, cum cognoscens fiat intentionaliter seu cognoscibiliter ipsum cognitum; nihilhominus *fundamentaliter* aut, si mavis, materialiter, erunt res diversae; nam alia res realiter est homo qui cognoscit et rerum universitas quae cognoscitur.

In hac autem divisione complenda semper prae oculis habendus est finis Philosophiae; nam, ut S. Thomas tradidit, «in omnibus quae sunt propter finem, ex fine debet accipi et forma competens fini et materia competens formae et fini»\

Et quia talis est connexio et ordo causarum in causando quod finis movet agentem, qui ex motione illa movet materiam disponendo ipsam ad formam quae ultimo advenit[2], ideo naturaliter procedendo *prius quaerenda est Philosophiae divisio secundum causam materialem, et in fine erit divisio secundum causam formalem.*

§ I. — Divisio Philosophiae secundum causam MATERIALEM

Causa (vel potius *quasi-causa') materialis* Philosophiae *dupliciter* sumi potest: uno modo *ex parte objecti,* et sic est *res* quae in Philosophia consideratur, abstrahendo a forma ejus sive in esse rei sive in esse scibilis; quo pacto est objectum *pure materiale,* quod resolvitur, sicut in primam radicem, in materiam vel quasi-materiam rei consideratae: alio modo *ex parte subjecti* seu Philosophi, et sic *est receptivum perfectionis, nempe formae philosophicae seu formae rei ut scibilis est,* et non formae rei ut res est. Sicut enim ex unione formae rei ut res est et materiae ejus resultat res, ita ex unione formae rei ut scibilis et subjecti scientis resultat

Il *Sent.,* dist. 3, q. 1, art. 1, qla. 3, ad. 4. ***tin*** *divisione Philosophie,* addit *habetur respectus ad finem beatitudinis,* ad quam tota humana vita ordinatur», *(In Roët. de Trinit.,* q. 5, art. 1, ad 4.)

1 I, q. 5, art. 4.

scientia; et propterea, sicut susceptivum formae rei ut res dicitur materia, ita etiam susceptivum formae rei ut scibilis materia nuncupatur; cum hac tamen differentia, quod, absolute et universaliter loquendo, materia in primo casu dicitur proprie, et in secundo nonnisi translate vel metaphori-
ce[*]; sed relative ad casum nostrum, qui loquimur non de re, sed de Philosophia, proprius dicitur materia in secundo sensu quam in primo, ubi potius diceretur quasi abusive, nam materia proprie sumpta repugnat scibilitati, quam in praesenti formaliter consideramus. Nec propterea mirari debes, quia semper oportet intelligere nomina secundum subjectas materias; quae, quia variantur, diversificari etiam debent vocabulorum intellectus ut rebus conformentur; et hic est processus proprius analogorum.

* * *

Sumendo ergo causam materialem Philosophiae quasi objectum *pure materiale,* sic ex ejus consideratione nonnisi *abusive* et *per quamdam adaptationem vel accommodationem* sumi posset Philosophiae speculativae divisio. Unde S. *Thomas* sibi objicienti:

«Philosophus in II Physic, dicit *tria esse negotia.* Primum est de *mobili et corruptibili;* secundum, *de mobili et incorruptibili;* tertium, de *immobili et incorruptibili.* Primum autem est naturale *(Physicum)* secundum *Mathematicum·,* tertium Divinum *(Metaphysicum)*

Respondet:

«Dicendum quod, sicut Commentator (Averroës) ibidem dicit, *Philosophus non distinguere intendit ibi scientias speculativas,* quia de quolibet mobili, sive sit corruptibile, sive incorruptibile, deter-

[*] Nam *proprie* loquendo materia dicitur *primum susceptivum* formae *aibttantialis,* et inde *transfertur* nomen materiae ad significandum etiam susceptivum formae *accidentalis* sive rcalitcr sive *intentionaliter,* demumque ad standum *pro quolibet subjecto quatenus subjectum est.* Cfr. *Opusc.* S. Thomae, *De principiis naturae,* init., edit. Descléc, 1013, t. I, p. 379.

[1] *In Boetium de Trinitate,* q. 5, art. 3, object. 8.

minat Naturalis (Physica); Mathematica autem, in quantum hujusmodi, non considerat aliquod mobile. *Intendit autem distinguere res* de quibus scientiae speculativae determinant, de quibus seorsum et secundum ordinem agendum est, *quamvis illa tria genera rerum tribus scientiis applicari possint.* Entia enim incorruptibilia et immobilia praecise ad Metaphysicam pertinent; entia vero mobilia et incorruptibilia, propter sui uniformitatem et regularitatem, *possunt determinari* et quantum ad suos motus per principia Mathematica, quod de immobilibus corruptibilibus dici non potest. Et ideo secundum genus entium *attribuitur* Mathematicae ratione Astrologiae; tertium vero (genus) remanet proprium soli Naturali (Physicae)»h

Et in illo Physicorum loco advertit iterum S. *Doctor:*

«Unde patet quod *tria sunt negotia,* id est, triplex est studium et intentio philosophiae, secundum tria genera *rerum* quae inveniuntur. Rerum enim quaedam sunt immobilia, et circa hoc est unum studium philosophiae; aliud vero studium ejus est circa ea quae sunt mobilia sed incorruptibilia, sicut sunt corpora caelestia; tertium vero studium ejus est circa mobilia et corruptibilia, sicut sunt corpora inferiora. Et primum quidem negotium pertinet ad Metaphysicam; alia vero duo ad scientiam Naturalem (Physicam), cujus est determinare de omnibus mobilibus, tam corruptibilibus quam incorruptibilibus.

»Unde *male intellexerunt quidam, volentes haec tria reducere ad tres partes philosophiae,* scilicet ad Mathematicam, Metaphysicam et Physicam. Nam Astronomia, quae videtur circa inmobilia incorruptibilia considerationem habere, magis est Naturalis (Physica) quam Mathematica, ut supra dictum est; in quantum enim applicat principia mathematica ad materiam naturalem (physicam), circa mobilia considerationem habet. Est igitur haec divisio secundum diversitatem rerum extra animam existentium, non secundum divisionem scientiarum accepta» 2.

Ut igitur *vere et intrinsece* sumatur Philosophiae divisio secundum causam materialem, *oportet intelligere nomine materiae non materiam rei, sed materiam scibilis, hoc est,*

l *In Boetium de Trinitate,* q. 5, art. 3, ad 8.
* ***II*** *Physic.,* lect. 11, n. 3.

naturam humanam susceptivam perfectionis seu formae Philosophiae et ab ipsa perfectibilis». Manifestum est enim quod Philosophia respondet homini quatenus homo est, et propter hoc dicitur Sapientia Humana: unde divisio Philosophiae quae hoc modo sumitur *erit divisio Sapientiae quatenus est Humana.*

Nunc autem adverte: homo est formaliter talis per animam suam quae rationalis est; perfectibilis autem per actus ejus qui respondere debent potentiis ipsius; nam potentiae totae quantae sunt ordinantur ad actus proprios, qui et mediantibus habitibus et potentiis subjectum perficiunt b istae autem potentiae propriae animae rationalis sunt ratio vel intellectus et voluntas, quarum unaquaeque suo modo perfectibilis est.

At rursus considera quod anima humana ita est forma corporis ut tamem materiae non sit immersa, sed proportionem et capacitatem corporis supergrediatur; atque ita, una existens, considerari potest sub duplici formalitate vel adspectu: quatenus nempe est *informativa vel animativa* proprii corporis, et quatenus *excedit* corporis capacitatem. In primo casu proprie dicitur anima et rationalis et humana, hoc est, conjuncta; in alio vero proprius dicitur spiritus et intellectualis et divina, hoc est, a corpore separabilis vel separata; et propterea in nobis, homines cum simus, aliquid etiam *divini* celatur2. Est ergo anima humana *dupliciter perfectibilis* in ratione et in voluntate: uno modo *secundum quod est corpori conjuncta et proportionata;* alio modo *secundum quod est a corpore separabilis corpusque excedens.*

* * *

Jam videamus quomodo sit utrobique perfectibilis et perficienda. Manifestum est enim quod anima corpori conjungitur ad sui perfectionem, a quo et *instrumentanter*

1 Cfr. I, q. 77, art. 2j I-II, q. 50, art. 6; q. 51, art. 1, ad 2.

* *Qq. dispp. de Spiritualibus creaturis,* art. 2, corp, ct ad 3; *qq. dispp. dt Anima* art. 2, ad 11 ct 12 ct 18; II-II, q. 180, art. 8, ad 3; q. 182, art. I, ad 2; *XEthic.,* Icct. n et 12. Cfr. etiam S. Ai.n. Mag., *lib. de Apprehensione,* par. V, n. 8, edit. Vives, t. V, p. 594 b.

adjuvatur, cum corpus sit veluti organum vel instrumentum animae rationalis x, eique, quantum opus est, proportionatum. Unde et duplici potentiae animae respondet in corpore duplex genus potentiarum; apprehensivarum, hoc est, sensus, ut rationi subserviant; et affectivarum, id est passiones, ut voluntati adminiculentur. Non possent autem animam juvare, sed potius ipsam aggravarent, nisi sanae sint et expeditae; et quia corpori animato immediate affiguntur, omnino necesse est quod corpus integrum sanunque sit. Unde verisseme dictum est: *mens sana in corpore sano* 2.

Debet ergo Philosophus curam habere de proprio corpore, non propter corpus, sed propter animam quae corpore indiget. Deficit autem corpus vel propter *aegritudinem* vel propter *lassitudinem,* quae simul et virium jacturam supponit et dolorem quemdam vel tristitiam fert secum. Er inde necessitas reparandi vires per *nutrimentum* et tollendi dolorem per *recreationem vel delectationem* corporalem. Unde 5. *Thomas* egregie scribit:

«Homini autem, *ad hoc ut speculetur,* opus est primo habere corpus sanum, quia per infirmitatem debilitantur vires sensitivae quibus homo utitur in speculando, distrahitur etiam intentio mentis ab attentione speculationis; indiget etiam homo *cibo ei nutritione* corporis et reliquo famulatu: scilicet sibi ministrentur omnia alia quae sunt sibi necessaria ad vitam humanam»3.

Et iterum alio in loco:

«Recte, ait, se videtur habere, secundum sententiam Anacharsis, quod aliquis *ludat ad horam ad hoc quod postea diligentius*

l *Supplem.* III, P., q. 8o, art. 1-2; I, q. 78; *Qq. dispp. de Anima,* art. 2, ad 2 et alibi passim.

' Unde et Thales interrogatus «quisnam *felix* sit: *qui corpore,* inquit. *sanus, fortuna locuples,* animo non ignarus neque imperitus est» *(Apud* DlOG. Laert., *op.* at., lib. 1, cap. 1, n. 37 (9, 21-23). «Itaque, Tullius addit, omnis illa antiqua philosophia sensit in una virtute esse positam beatam vitam; nec tamen beatissimam, *nisi adjungerentur etiam corporis et cetera, quu supra dicta sunt, ad virtutis usum idonea». (I Academic.,* cap. 6, η. 22. Opera, edit cit, t. IX, p. 116-117.)

a *X Ethic.,* lect. 13, fol. 138 fine, 139 iniu

studeat; quia in ludo est quaedam relaxatio et requies; homines autem, cum non possunt continue laborare, indigent requie; unde patet quod ludus sive requies non est finis, quia requies est propter operationem, ut scilicet homo postea vehementius operetur [1].

Sed haec congrue sublevari non possunt sine quadam habilitate in rebus exterioribus et delectabilibus procurandis, quae quidem habilitas nominatur *Ars;* et propterea homo indiget Arte ad corpus suum sustentandum et sublevandum. Et si quidem Artes illae ordinentur ad vitae *necesitatem,* dicuntur artes *Utiles,* ut agricultura, aedificatoria, culinaria; sint autem *ad delectationem,* hoc est, ad tristitiam tollendam, appellantur *Pulchrae,* ut pictura, musica, ludificatoria [2]. Cum autem delectationem nominamus intelligimus certe *humanam,* non bestialem, quae non tantummodo ratione principii (rationis) et finis (propter bonum rationis) humana esse debet, verum *etiam quasi ratione formae,* quatenus scilicet in ipsis *pulchrum humanum,* hoc est, intelligibile in re sensibili sensibiliter exprimitur, ut sic et sensus delectentur et ratio ipsa simul inveniat requiem.

Quod, si vires cognoscitivae inferiores sanae esse debent ut munus suum impleri possint, a fortiori vires etiam affectivae ita debent esse pacatae et moderatae ut voluntati sine difficultate pareant et obsecundent, quod et obtinetur per virtutes activas seu morales, v. gr., per fortitudinem et temperantiam quae in ipsis subjectantur.

Et haec dicta sint de perfectibilitate quasi *instrumentait* animae corpori conjunctae.

* * *

Superest ergo ut perfectibilitatem ejus secundum seipsam *formaliter* consideremus. Haec autem perfectibilitas est duplex secundum duplicem ejus facultatem, ut dictum est, nempe secundum rationem et secundum voluntatem.

Jam age; *ratio* hoc habet proprium, ut non solum

[1] *X Ethic.,* lect. 9, fol. 136, col. 7, A. B.
[2] *I Metaph.,* lect. 1, n. 32-33; *I post.,* lect. 1, n. 1-2.

directe in objectum feratur, verum etiam supra seipsam et proprium actum redeat *per reflexionem,* ut proprium ejus motum et quasi mechanismum, quo ad veritatem pervenit, investiget *{Logica}.*

Dupliciter ergo ratio humana, quatenus est ratio, perfectibilis est: *directe vel exercite,* et *reflexe vel signate.*

At rursus caute animadverte: *perfectibilitas potentiarum radicaliter et ultimo sumitur per ordinem ad actus proprios.* Actus autem sunt *suppositorum,* hoc est, *individuorum subsistentium. Et quia secunda perfectio, quae habetur per actus, respondere debet perfectioni primae quae habetur per esse,* —nam agere sequitur esse et modus operandi sequitur modum essendi— *inde sequitur necessario quod ibi est quaerenda ultima radix perfectionis secundae ubi inventa est ratio ultima perfectionis primae, hoc est, individuationis animae.*

Anima autem humana, sicut et aliae formae rerum sensibilium, individuatur per ordinem ad proprium corpus, quatenus nempe includit *materiam primam signatam quantitate,* ira quidem ut ab ordine ad materiam primam *primario,* et ab ordine ad signationem quantitatis *secundario* individuationem radicaliter accipiat.

Et exinde sequitur quod *in ipsa constitutione perfectionis primae animae rationalis ingreditur ordo et ad materiam primam et ad quantitatem.*

Ergo ibi etiam est quaerenda radix ultima perfectionis secundae.

Et vere sic est; nam *materia prima,* utpote prima radix mobilitatis, est primum elementum constitutivum entis naturalis seu *Physici; quantitas* autem est fundamentum et ratio formalis *Mathematicae.* Ergo et perfectio secunda rationis humanae, quatenus est ratio, quaerenda est primario quidem in consideratione *physica,* secundario autem in *mathematica* speculatione.

Ipsa igitur constitutio animae rationalis exigit et vindicat Physicam et Mathematicam; et haec est ratio ultima et formalissima quare, dum anima est unita corpori, ratio humana modum habeat physicum et mathematicum in omnibus considerationibus et speculationibus suis, quo numquam

penitus spoliari potest, etiamsi altissima et purissima intelligibilia, puta Deum, sibi objiciat.

Nunc autem pcrfectibilitatem *voluntatis* consideremus. Humana voluntas est quasi primum movens omnium virium animae in fines suos, atque ita munus habet essentialiter dirigendi actus humanos ad bonum humanum. Sed directio importat ordinem quendam; ordo autem est aliquid proprium rationis. Oportet igitur quod voluntas sit a ratione directa et illuminata, ut ipsa, vi hujusce directionis illustrativae, demum dirigere queat actus inferiorum virium: ct haec est perfectibilitas propria voluntatis, primo quidem directio *quasi-passiva* relate ad rationem dirigentem et illustrantem, et inde secundo *quasi-activa,* directionem inferiorum virium assumendo ipsasque ad agendum applicando. Quo fit ut perfectio voluntatis sit immediate in rationem resolvenda a qua per se primo pendet, nam bonum apprehensum seu intellectum est objectum voluntatis. Nec mirum, cum et universaliter omnes humanae perfectiones in rationem resolvantur, sicut et generaliter uniuscujusque rei perfectio in propria forma fundatur.

Sic ergo humana ratio, secundum quod est facultas animae corpori conjunctae, duplicem quaerit perfectionem: alteram propriam sui ct in proprio actu, per speculationem; alteram vero voluntatis, caque mediante, aliarum virium humanarum in actibus suis, praebendo directionem et illustrationem ut secundum rationem rectam operentur, sicque bonum humanum procuretur et fiat: et propterea ratione muneris hujus dicitur ratio practica, quae per *Ethicam* perficitur.

* * *

Inspecta jam perfectibilitate animae humanae quatenus est corpori conjuncta, restat ut ad pcrfectibilitatem ejus *sectitmdum qud est a corpore separabilis* et quatenus spiritus dicitur, investigandam transeamus. Sub hac etiam formalitate anima humana retinet facultatem apprehensivam et appetitivam, quae tamen non amplius dicuntur ratio ct voluntas motiva inferiorum virium, sed intellectus et voluntas

quiete gaudens de veritate immobiliter ab intellectu sine discursu possessa.

Et re quidem vera; forma a corpore separabilis ordinemque corporeum trascendens, non est formalitcr perfectibilis in quantum hujusmodi nisi per ordinem ad actus separabiles et ordinem corporeum trascendentes, qui et cadere debent super materiam proportionatam, hoc est, super res et objecta separata vel separabilia, quare sunt res divinae et objectum proprium *Metaphysicae.*

Unde anima humana, quatenus separabilis et spiritualis et intellectiva, est essentialiter metaphysica.

Sic ergo, a primo ad ultimum; cum anima humana sit naturaliter perfectibilis et perficienda per Philosophiam, tot erunt Philosophiae partes quot sunt modi diversi quibus anima nostra perfectibilis est.

Est autem perfectibilis:

secundum quod est *conjuncta* corpori,

et secundum quod est a corpore *separabilis* et indepen-dcr.s.

i. Et quidem, secundum quod est *corpori conjuncta,* perfectibilis est.

A tum *instrumentanter* per sensus et appetitiones, qui *artes* Utiles et Pulchras requirunt (Philosophia artis vel factiva)

B tum etiam *formaliter.*

ct) sive *in proprio actu rationis*

a) *signate (Logica)*

b) vel *exercite* quatenus concernit

1) *materiam* primam *(Physica),*

2) et *quantitatem (Mathematica),*

β) sive etiam *in actu voluntatis,* quatenus directiva est motionis ejus per rationem *(Ethica).*

2. Secundum quod autem est *a corpore separabilis et independens,* perfectibilis est immobiliter et separabiliter et intelligibiliter *(Metaphysica).*

Et sic habemus quod Philosophia debet esse et *Factiva*

er *Activa* et *Speculativa* cum modis suis, quae est divisio Aristotelis.

Et haec quidem sat aperta sunt et perspicua; verum, quia non desunt qui rationi non satis fidunt cum apparentiam quamdam novitatis praesefert, et ad auctoritatem confugiunt ut tricis suis mordicus inhaereant, en habemus in promptu peripateticorum auctoritates.

Olympiodorus ait:

«Ipsa enim (anima humana) similis animanti est qui *duplicem degit vitam, tum in aquis tum in terris,* ob idque et praeire potest et subssequi potest: praeire quidem, quoniam in disciplina quae de anima est de physicis rebus disserit; subsequi vero quoniam et theologiae sunt; physicas enim res perdiscere prius convenit et deinceps divinis operam dare, ex quo et pene propter ipsam Aristoteles dicit[1].»

Et uberius *Themistius:*

«Fortasse vero operae pretium facturi sumus, si universae Philosophiae distinctio, quae ab Aristotele est instituta, a nobis hoc loco breviter exposita explicataque fuerit. Est enim *ut corporis medicina ~, ita animae Philosophia perfectio.* Porro animae una pars *irrationalis,* altera *rationalis* est. Rursum ejus partis quae rationalis est, una est portio irrationalitati *observions,* quae intellectus potestatis vocatur, altera portio est *separata* prorsus atque *sejuncta*[2], quae dicitur intellectus agens. Praeterea duplex totius animae vis habetur, *appetendi* una, altera *cognoscendi.* Plane id genus quod perficit appetitum, quod totum in irrationalitate et intellectu affectibus irrationalibus delegatum positum constitumque est, peripa-

1 Olympiodori *Philosophi Alexandrini in Mcteora Aristotelis commentarii* Joanne Baptista Camotio philosopho interprete, lib. I, p. 4. Veneriis, apud Hieronymum Scotum, 1567.

2 Analogia celeberrima apud antiquos Philosophos inter Medicinam respectu corporis ct Philosophiam respectu animae, de qua supra loquuu sumus.

1 Inde tamen non sequitur Themistium Averroismo favere, ut pluribus ostendit S. Thomas in opusculo *De Unitate intellectus contra Averroistas,* edit. Dcscléc, t. I, p. 469-470.

tctici *activum* administrativumque ct circa negotium actionesque consummatum nominaverunt, finemque ejus particulae statuerunt boni delectum atque indeptionem. Alterum vero genus quod in conspectione dumtaxat et aestimatione rerum sola consistit cujusque finis est veritas, generali vocabulo *spectativum conteniplativumque* appellari voluere. Iterum genus hoc posterius secatur in species: nam ea speculatio, quae circa res a materia non separatas versatur quaeque auxilio sensus et visionum ope ipsum potestatis intellectus perficit, *Naturalis* scientia nuncupatur ea ratione, quod et circa eas res et in iis consistere natura videatur. Eam autem contemplationem, quae circa res materia omnino carentes et purissimam intellectus agentis actionem necnon circa illum actus intellectus potestatis versatur, quae una cum intellectu agenti conficitur, *Divinarum rerum Scientiam, Primam Philosophiam et* Afeiu-*physicam* vocant, quia scilicet post naturalium rerum traditionem instituta illa et ordinata esse videatur. Ceterum ea cognitio cui subjectae res sunt partim abstractae, *Mathematica* et scientia de anima nuncupatur. Etenim mathematicarum rerum substantiam affinitati quadam et interstitio utriusque naturae ancipitem esse atque intermediam autumant, eo quod si universalitatem atque in communi spectes, materiae sint expertes, si demum ipsum discretionemque particularem ac sensilem a materia disjungi atque avelli non possint»1.

f»

l'

,

<l'iW

.

Pariter et *Philopponus* scribit:

«Dictum quidem jam ante a nobis fuit *in duas* merito *partes totam distribui Philosophiam,* in eam videlicet quae spectat ad res *gerendas* et in eam quae posita tota in *contemplatione* est, eij τὸ πρακτικόν καὶ θεωρητικόν. Nam duae quoque animi virtutes potestatesque nostri sunt vitalisquc et contemplativa; utramque autem absolvere, perficere et omnibus rebus ornare Philosophia summopere cupit; unam quidem splendore virtutis decorare, alteram autem cognitione et doctrina rerum illustrare»2.

Accedit ct *Ludovicus Carbone a Costacciaro* dicens:

1 Themistu *peripatetici lucidissimi Paraphrasis in Aristotelis librum Physicorum.* Hermolao Barbaro Patritio Veneto interprete, fol. 14, col. I. Venetus, apud Hieronymum Scotum, 1549.

Joannis Grammatici Philopponi *Scholia in I Meteor. Aristot.,* p. 130, coi. t, Vcnetiis, 1567.

«Ut aliquis vere philosophus vocari et vitam philosopho dignam vivere queat, utramque Philosophiae partem colere debet. Primo, quia *Philosophia hominem perficit, cujus duae sunt partes, ratio et appetitio:* illa *veritate,* haec *virtute;* illa *cogitatione,* haec *actione* perficitur; quare, ut homo sit... totus teres atque rotundus, utraque Philosophiae parte perficiendus erit...» \

Quin etiam et illi qui platonismo sunt infecti. Ita, v. gr. *Fox Morcillus* scribit:

«Cum omnem Philosophiam et Plato ct Aristoteles in contemplativam actuosamque diviserint, contemplaticemque rursus in rerum corporearum inquisitionem, id est, Physicam, et corpore carentium, id est, Sapientiam seu Primam Philosophiam, quae Metaphysica vulgo nominatur, media inter has duas disputatio de Animo interjicitur, *quoniam idem animus est partim corporeus quatenus rerum corporearum utitur perfectione, partim incorporeus quatenus ejus natura diversa est a corpore»* 2.

Quod et confirmant qui Aristotelismo sunt aperte infensi, ut *Petrus Gassendi,* luculenter dicens:

«Philosophia est amor, studium et exercitatio Sapientiae. Sapientia autem nihil aliud est quam *dispositio animi ad recte sentiendum de rebus et recte agendum in vita.* Animus vero *ad recte sentiendum* tunc disponitur cum in eo assuescit ut *veritatem* amet, requirat, ubivis sit exsosculetur. *Ad recte* vero *agendum* cum in eo est ut *honestatem* diligat, sectetur, nihil ipsi posthabeat. Quare Philosophia nihil erit aliud quam prosequutio veritats, quam quo proprius assequimur, eo rectius de rebus sentimus, ac nihil item aliud quam prosequutio honestatis qua quo magis imbuimur, eo

l *Introductionis in universam philosophiam libri quattuor,* in quibus Philosophiae humanacquc scientiae ortus, natura, partes ct attributa, multorumque philosophorum scholae ac errata explicantur, atque recta philosophandi ratio docetur, Ludovici Carbonis λ Costacciaro, Academici Parthenii ct Sacrae Theologiae in Almo Gymasio Perusino olim publici Magistri, lib. i, cap. 14, p. 99. Vcnetiis, apud Marcum Antonium Zalterium, 1599.

l *In Platonis dialogum, qui Phaedo seu de Animorum immortalitate inscribitur,* SebastiANI FOXII Morc.ILLI *hispalensis commentarii,* p. 45, Basile», 1556.

rectius agimus in vita. Ex hoc interim esse duae Philosophiae partes videntur quarum altera circa veritatem, circa honestatem altera occupetur. Illam dicere Physicam sive Naturalem, ut moris est, licet, quando veritatem scrutatur in his omnibus quae sunt in natura seu universitate rerum; istam Ethicam seu Moralem quando satagit in homine mores honestatemque inducere. Ex utraque autem consurgit consummata Sapientia seu quae in ore est omnium virtus, *summa nempe animi perfectio, qua duae ejus panes intellectus seu mens et voluntas seu appetitus ita comparantur ut intellectus ad veritatem, quantum quidem fas est collineet, voluntas vero ad honestatem tramite indeflexo tendat.* Consurgit vero cohaerenter, quae maxime potest viribus naturae obtinere *felicitas;* quatenus qui est rerum veritatem nactus et morum honestatem imbutus is neque erroribus et opinionibus neque perturbationibus commovetur, sed tranquillitate ea fruitur qua contingere nihil beatis potest» [1].

Postremo adest nobis et auctoritas S. *Thomae:*

«Vita, quae vacat contemplationi veritatis est melior quam vita quae est secundum hominem: cum enim homo sit compositus ex anima et corpore, habens sensitivam naturam et intellectivam, vita homini commensurata videtur consistere in hoc, quod homo secundum rationem ordinet affectiones et operationes sensitivas et corporales; sed vacare soli operationi intellectus videtur esse proprium substantiarum superiorum, in quibus invenitur sola natura intellectiva, quam participant secundum intellectum, et ideo manifestans quod dictum est, subdit (Aristoteles) quod homo sic vivens, scilicet vacando contemplationi, non vivit secundum quod homo quod est compositus ex diversis, sed secundum quod *aliquid divinum* in ipso existit, prout scilicet, secundum intellectum, divinam similitudinem participat; et ideo quantum intellectus in sua puritate consideratus differt a composito ex anima et corpore, tantum distat operatio speculativa ab operatione quae fit secundum virtutem *moralem,* quae proprie est *circa humana;* sicut ergo intellectus per comparationem ad homines est quoddam divinum, ita et vita speculativa, quae est secundum intellectum, comparatur ad vitam moralem sicut divina ad humanam» 2.

Petri Gassendi Opera Omnia, t. I. *Syntagma philosophicum,* lib. prooemial *de Philosophia universe,* cap. i, p, i. Florentiae, 1727. Cfr. ibid., cap. 4, p. 9.

l X Ehic., Icet, ii, fol. 137, coi. 2 fine.

Hactenus egregie Aquinas.

Unde et acutus philosophus *Zucchi* O. P., scribit:

«*Intellectus noster est humanus simul et divinus* seu de divino sapit; sed *in quantum humanus,* scilicet corpori et sensibus *unitus,* fuit *necesse ipsum perficere per scientias quae corporea et a materia penitus non abstracta considerant,'* ergo *in quantum divinus,* spiritualis et incorruptibilis *perfici debet per scientiam quae principaliter considerat spiritualia et incorruptibilia;* sed Metaphysica est hujusmodi: ergo *Metaphysica est necessaria ratione intellectus nostri»x.*

Et quia veritati omnia consona sunt, inde apparet hujus divisionis convenientia cum multis aliis de quibus loquuntur *Aristoteles et S. Thomas,* scilidet cum divisione vitae humanae ct intellectus humani et humanarum virtutum, imo et felicitatis humanae.

I i. *Cum divisione quidem vitae humanae,* hoc est, rationalis vel intellectualis qua homo ab aliis viventibus discriminatur et in seipso constituitur. Sic autem sumendo vitam in actu secundo pro vitali operatione 2, illa dicitur vita uniuscujusque cui principaliter et quasi ex toto incumbit, et hoc modo *vita humana* dividitur *in activam et contemplativam,* prout homo principaliter dicatur vel contemplationi veritatis vel exterioribus operationibus, quae scilicet non sunt ipsius intellectus3, sed extra intellectum.

Audiatur S. *Thomas:*

«Vita activa ct contemplativa distinguuntur secundum diversa studia hominum intendentium ad diversos fines, quorum unum

l *Metaphysica ad nientctn Aristotelis ct Angelici Praeceptoris D. Thomae Aquinatis, ex Thomisticis collecta Doctoribtis, per* Fr. Josephum Mariam Zicchi A Crema, Ordinis Praedic., Provinciae utriusque Lombardiae, Quacst. i prooemial, art. i, § II, nüm. II, pdg. 3. Bononiae, typis Joscphi Longi, 1684.

1 I, q. 18, art. *2,* ad 2.

3 Nam etiam speculari est quaedam operatio. Cfr. Ai.n. Mag., lib. de *Apprehensione,* pars. V, n. 27. Opera, t. V, p. 602.

est consideratio veritatis, quae est finis vitae contemplativae; aliud autem est exterior operatio, ad quam ordinatur vita activa»[1].

Et iterum:

«Vita uniuscujusque hominis dicitur in hoc consistere in quo summum studium impendit et curam, ut dicit Philosophus in IX Ethic., et sic accipiendo vitam, dividitur in activam et contemplativam. Cum enim vita humana ordinata (quia de inordinata non intendimus sicut est voluptuosa, quae nec humana est, sed bestialis) consistat in operatione intellectus et rationis, habeat autem intellectiva pars duas operationes unam quae est ipsius secundum se, aliam quae ipsius est secundum: quod regit inferiores vires; erit duplex vita humana: una quae consistit in operatione, quae est intellectus secundum seipsum, et haec dicitur contemplativa; alia quae consistit in operatione intellectus et rationis, secundum quod ordinat et regit et imperat inferioribus partibus, et haec dicitur activa vita. Unde secundum Philosophum in VI Ethic, agere proprie dicitur operatio, quae est a voluntate imperata in ipso operante consistens, non in materiam exteriorem transmutandam transiens: quia hoc esset facere, quod est operatio mechanicae artis. Morales enim virtutes quae in vita activa perficiunt, circa agibilia dicuntur» [2].

Quia ergo Philosophia est Sapientia Humana, vita humana erit et vita philosophica, et consequenter eodem modo dividenda est humana vita sicut dividitur Philosophia. Unde nihil mirum, si vita humana dividatur in activam et contemplativam, ex quo Philosophia divisa est in speculativam et practicam. Et sicut utraque pars Philosophiae proprias habet subdivisiones, ita etiam utraque vita humana proprios gradus illis partibus ad amussim respondentes sibi vindicat.

Nam diversi sunt gradus actionis humanae secundum quod homo vel proprias passiones moderatur et regit vel aliorum regulat operationes in Domo sua vel in Urbe et Natione, atque ita vitae activae tres gradus assignantur: ethicus (Monasticus), oeconomicus (domesticus) et politicus (socialis).

1 **II-II**, q. 181, art. i.
2 ***III Sent.***, dist. 35, q. 1, art. 1.

Similiter et vita contemplativa diversos suscipit gradus; alia enim est contemplatio directa et alia reflexa seu ipsius contemplationis, secundum quam res directe contemplatae modum quemdam subjectivum et idealem induunt. Quod, si contemplatio directa inspiciatur, manifestum est quod primo res sensibiles vel physicae objiciuntur, a quibus paulatim recedimus abstraendo, donec ad res pure intelligibiles perveniamus. Unde contemplationis directae tres sunt gradus: sensibilium (Physicus), intelligibilium (Metaphysicus) et mediorum (Mathematicus), quibus accedit contemplatio reflexa et idealis (Logica).

2. Et in idem resolvitur *divisio intellectus humani* in speculativum et practicum, nam sumitur secundum operationem, quae est finis et vita operantis. Unde 5. *Thomas:*

«Vita, inquit, hominis est secundum id a quo homo est homo. Hoc autem est intellectus. Cum ergo intellectus dividatur in activum et contemplativum, id est, speculativum et practicum, videtur quod humana vita in haec duo dividi debeat1.»

Et alibi:

b

«Vita universaliter sumpta non dividitur per activam et contemplativam; sed *vita hominis,* qui speciem sortitur ex hoc quod habet intellectum. Et ideo *eadem est divisio intellectus et vitae humanae»* 2.

3. Et similiter *divisio humanae felicitatis;* nam felicitas est humana perfectio quam homo consequi potest secundum intellectum3. Quia ergo duplex est intellectus et duplex vita, ideo et duplex humana perfectio et felicitas dari debet in homine, scilicet felicitas activa et felicitas contemplativa. Quapropter iterum S. *Thomas* scribit:

«Circa idem videtur esse vita contemplativa ct felicitas contemplativa

1 ***III*** *Sent.,* dist. 35, q. **I,** art. 1, arg. 2, sed contra.
: Cfr. **I-II,** qq. 57-61.
» ***III*** *Sent.,* dist. 35, q. 1, art. 1, arg. 3 sed contra.
4 ***HI*** *Sent.,* dist. 35, q. **I,** an. *2,* qla. 3, arg. *2* sed contra.

Et rursus:

«Secundum Philosophum in IX Ethic, illud dicitur esse uniuscujusque vita in quo maxime studet, sicut militis in pugnando et ebriosi in potando: unde et in talibus ad amicos convivere volunt Sed hoc in quo maxime studet quis, est illud quod finem suae vitae ponit. Cum igitur finis humanae vitae felicitas ponatur, quae secundum Philosophum in civilem et contemplativam dividitur, ut patet in X Ethic., videtur etiam quod humana vita in activam et contemplativam dividi debeat» \

4. Demum et *divisio humanarum virtutum;* nam virtus humana est perfectio hominis secundum quod homo est, et quia homo est talis per intellectum suum, ideo humana virtus est perfectio intellectus humani. Dictum est autem quod intellectus humanus dividitur in speculativum et practicum; ergo etiam virtutes humanae debent esse vel perfectivae intellectus speculativi, et tunc dicuntur virtutes intellectuales quasi per antonomasiam, vel perfectivae intellectus practici, et sic, si perficiant in ordine ad operabilia dicitur ars, sin autem respectu agibilium dicitur prudentia seu virtus moralis, quae Auriga et Regina est ceterarum virtutum quae sunt, vel in voluntate (justitia), vel in appetitu sensitivo irascibili (fortitudo) aut concupiscili (temperantia) secundum quod est obedibilis rationi, ut ita dicam 2.

Sed jam demonstrationem nostram schematice contractam accipe:

1 Cfr. I, q. 62, art. 1; I-II, q. 3.
* II-II, q. 179, art. 1, ad 2.

A) *instrumentaliter,* dispositive = *Ars: Philosophia Artis vel Factiva.*

I) *informativa (animativa) corporis (ut rationalis, humana* —conjuncta— *vel physica);* et sic *aut* est/ *perfectivilis*.....

a) *directe vel* cxer-| *cite,* quatenus respondet *individuationi* ejus de sum-\ ptac

i) *primario ex ordine* ad *materiam primam,* et sic concernit primam radicem *substantiae niobilis* = *Physica*..

a) *ex parte rationis* —*Scicn- l tia*—.....

) *secnudario ex* l *ordine ad signationem* çuanri-i *tatis,* et sic neccs-i sario concernit' *quantitatem ut si-\ gnantem vel* men-j *surantem* = *ΛIα-I phcmatica*.....l

B) *formaliter: vel* igitur.....

b) *reflexe vel signate* = *Logica*..

«vita contemplativa imperfecta vel secundum quid».

P) *ex parte voluntatis* = *Virtus moralis, Prudentia: Ethica (vita activa.*

II) *excedens corporis capacitatem! (ut intellectiva, divina*—separata,) spiritualis—*vel metaphysica);* ctj sic.....

A) *ex parte intellectus seu constitutive* = *Possessio Veritatis universalis*.....\ l *Sapientia* = *hietaphysica (vita comtcmplativa perfecta vel simpliciter dicta).*

(B) *ex parte voluntatis seu consequutive* =(*Gaudium de Veritate possessa*.....]

§ II. — Divisio Philosophiae secumdum causam FORMALEM

Sicut materia dicitur relative ad formam, ita forma tota quanta est dicitur ad materiam; et propterea, secundum diversitatem materiae erit et diversitas formae, et e converso.

Dictum est autem supra quod materia vel causa materialis Philosophiae sumebatur *dupliciter:* uno modo *absolute* et ex parte *rei* quae scitur; alio modo *relative* ad scibile ut sic et /x parte *scientiae* vel *Philosophiae.* Ergo et *forma vel causa eormalis Philosophiae* debet *bifariam* sumi, scilicet *absolute et ut forma rei ut res est, cui respondet materia rei; et quasi relative ad scientem, nempe ut forma scibilis ut scibile est, cui respondet ratio humana ut proprium ejus susceptivum (capacitas cognoscitiva, intellectus possibilis).*

Et quia forma est proprium objectum rationis, ratio inquam objectiva, ideo quandoque appellatur *ratio,* quandoque vero *objectum* dicitur; *ratio* nempe *objectiva,* et *objectttm formale.*

Rursus, quia absolutum videtur importare aliquid directum *(rectum)* dum relativum sibi vindicat quamdam reflexionem (comparationem, *obliquitatem),* ideo forma rei absolute ut res est sumi debet *directe,* et propterea significatur et dicitur *in recto* ratio formalis *quae* vel objectum formale *quod',* forma vero scibilis ut scibile, quia sumitur relative ad scientem, importat aliquid *reflexum (obliquum),* et idcirco nominatur et dicitur *in obliquo* ratio formalis *qua* vel objectum formale *quo l.*

Idem est ergo sumere divisionem Philosophiae secundum causam formalem ac secundum rationem formalem vel objectum formale ejus. Et quia ratio Sapientiae in hac sapientia humana maxime attenditur secundum objectum,

l Intellige relationem *in sensu analogo,* quatenus importat proportionem seu commcnsurationcm per se primo cum potentia cognoscitiva, respectu cujus se habet per modum actus ve! formae: *ita* enim se habet objectum formale *quo* ad intellectum possibilem *sicut* forma propria ad propriam materiam.

ut supra dictum est, ideo divisio haec erit Sapientiae humanae *quatenus formaliter Sapientia est.*

Porro adverte quod, praeter formam de qua modo loquuti sumus —quae utique est forma proprie et intrinsece dicta– datur alia forma extrinseca, quae dicitur *exemplar vel causa exemplaris,* aliquid participans de causa finali, magis tamen accedens ad causam formalem; et propterea de illa loquendum est dum de causa formali proprie dicta fit sermo, potius quam dum de causa finali verbum instituimus.

Ex hac ergo causa exemplari Philosophiae sumi etiam poterit divisio ejus; et quia exemplar et finis in idem secundum rem incidere solent, ideo divisio facta secundum causam exemplarem, quae ligata manet cum divisione ex causa formali, religabitur et ipsa cum divisione peracta secundum causam finalem. Et sic terminus jungetur principio et claudetur circulus pulcherrimus divisionum Philosophiae secundum causas ejus.

Sed jam veniamus ad divisionem Philosophiae peragendam secundum ejus causam formalem, primo quidem *intrinsecam et propriam,* deinde autem *extrisecam vel exemplarem.*

A) *Divisio Philophiae secundum causam Formalem intrinsecam*

Diximus modo quod hujusmodi causa formalis *dupliciter* accipitur: nempe *absolute* et pure objective quatenus dicit *formam rei ut res* est, et *relative* ad scientem quem respicit, atque ita dicit *formam rei ut scibilis* est.

Manifestum est autem quod in casu nostro, ubi non de rebus, sed de scientia vel Philosophia loquimur, causa formalis principaliter et maxime et formalius, ut ita dicam, intelligitur de forma rei ut scibilis quam de forma rei ut res est, quae respectu illius quodammodo materialis est.

Quia ergo absolutum intelligitur prius relativo et nos naturaliter procedimus a minus formali ad magis formale, ideo prius venanda est Philosophiae divisio ex forma rei

utres est (ex objecto formali *quod);* et deinde, divisio ex forma formalissima, quae est forma rei ut est scibilis (objectum formale *quo).*

i) *Divisio secundum forman rei ut res est*

Quia esse per se competit formae, quae est ratio et principium essendi, secundum hoc aliquid habet esse vel est ens secundum quod habet vel est forma. Rursus, quia in tantum aliquid est scibile in quantum est ens —non-ens enim non est intelligibile vel scibile— oportet quod divisio scibilis fundetur *objective* in divisione entis; et consequenter, a primo ad ultimum, divisio scientiae vel Philosophiae fundari debet *objective* in divisione entis.

Sed ens, ut possit cognitionem scientificam terminare, debet necessario comitari *objective* aliqua proprietate *objectiva,* quae dicitur *necessitas,* et est veluti conditio sine qua non ex parte *objecti;* propter quod dicitur quod scientia est de necessariis.

Sic ergo *divisio Philosophiae ex parte formae rei ut res est, dupliciter* fieri potest: uno modo *quasi a priori ex ipsa divisione entis;* alio modo *quasi a posteriori ex divisione necessitatis* quae est quasi *proprietas objetiva* vel conditio sine qua non ipsius entis *ut scibile.*

A. *A priori,* ex ipsa divisione entis, sic arguimus:

Ens dividitur in ens *reale* et ens *rationis.*

Ergo ct scientia dividi debet in scientiam realem et rationalem, quae *Logica* nuncupatur.

Sed ens *reale* ulterius dividitur in ens *in actu* (actuale, *formale)* et ens *in potentia* (potentiale, *quasi materiale):*

a) *actuale* autem significare potest:
1) vel *esse* (exsistentiam),
vel *essentiam:*

nam utraque est ens actu in re exsistenti, et nomine *formae* significari potest.

Sic ergo, si ens in actu sumatur pro *exsistentia,* quia exsistentia est actus ultimus et immixtus, *ens quod exsistentia tantum constituitur erit ens purum et separatum,* hoc est, erit Deus, quod est objectum principale *Metaphysicae.*

Sin autem ens in actu sumatur pro *essentia vel ratione tantum,* quia essentia non est actus ultimus, sed receptibilis et receptus, *ens quod essentia tantum vel ratione formaliter constituitur, erit forma quaedam realis realiter ligata vel conjuncta receptivo,* sicut quantitas quae in subjecto sensibili recipitur, quamvis *formaliter per se primo* non sit sensibilis; et haec forma vel essentia sic accepta est objectum formale *Mathematicae;* nam, ita Mathematica considerat quantitatem, ut *minime consideret ut esse, sed pure ut essentiam vel formam,* quae ideo *ut sic* debet esse formaliter ens actu, nam forma est actus et principium essendi.

b) Demum ens *in potentia seu potentiate,* compositum est ex actu et potentia, nam est actualitcr ipsa potentia realis quae realiter tendit in actum perfectum sibi proportionatum.

Haec autem tendentia.

vel est *objectiva* et a nobis independens,
vel est a nobis dependens et *subjectiva:*
sive terminetur ad actum nobis *immanentem,*
sive ad actum *transeuntem* seu extra nos positum in exterioribus rebus.

In primo casu illud ens potentiate vel quasi materia, tendens ad formam et actuum suum, est ens *naturale seu physicum,* quod ideo est objectum *Physicae:*

In alio autem est ens *formaliter liberum seu morale,* quod est in potentia ad hoc ut formam et directionem rationis practicae suscipiat, et hoc est objectum *Ethicae;*

in tertio denique est ens *artificiale seu factibite,* quod est ens in potentia ad iormam artis, et est objectum *Philosophiae artis* seu *Technologiae,* quae ab Aristotele vocatur *scientia factiva,* ut supra diximus.

Ergo divisio Philosophiae, quam tradidimus, est vere objectiva, utpote formaliter in objecto scibili, hoc est, in ente fundata.

* * *

Et hoc modo, ad rem quod attinet, diviserunt Philosophiam nonnulli peripatetici.

Sic v. gr. scribit *Avicenna:*

«Dicimus quod *intentio Philosophiae est comprenhendere veri-latcni omnium rerum quantum possibile est homini comprehendere.*

»Res autem quae sunt, aut habent esse *non ex nostro arbitrio vel opere,* vel habent esse *ex nostro arbitrio et opere.*

»Cognitio autem rerum primi membri vocatur philosophia *Speculativa,* sed cognitio rerum secundi membri vocatur philosophia *Activa.*

»Finis vero philosophiae Speculativae non est nisi perfectio animae ut *sciat* tantum; finis vero Practicae non est ut sciat tantum, *sed va. sciat quid debet agere et agat.*

«Finis ergo Speculativae est apprehensio sententiae quae non est opus; Practicae vero finis est cognitio sententiae quae est in opere; unde Speculativa dignior est comparari scientia.

»Res autem quae sunt, quarum esse non est ex voluntate nostra vel opere secundum primum membrum, dividuntur in duas: in res quae *commixccntur motui* et res quae *non commixccntur motui.*

»Res autem quae commixccntur motui dividuntur in duas: quia aut in res quae *non habent esse nisi quia possibile est eas adndxccri motui* sicut est humanitas et quadratum et his similia, aut in res quae *habent esse absque hoc.*

»Illae autem quae non habent esse nisi quia possibile est eas admixeeri motui, iterum dividuntur in duas: quia aut sic sunt quod *nec esse nec intclligi* possunt absque materia propria, sicut forma humana aut asinina, aut sic quod *possunt intelligi absque materia, sed non esse,* sicut quadratura ad quam intclligcndam non est omnino necesse appropriate ei aliquam speciem materiae nec considerari secundum aliquam dispositionem motus.

»Res autem quae non commixccntur motui habent esse sine illo, sicut identitas, et unitas ct multitudo et causalitas.

»Renim autem quae possunt denudari a motu veritas est, et haec est duplex: aut est Veritas necessaria ut Deus et Intelligentia; aut veritas earum non est necessaria, sed sunt sic quod non est hoc eis impossibile, sicut est dispositio identitatis, et unitas et causalitas et numerus qui est multitudo.

«Et haec aut considerantur secundum hoc quod sunt id quod sunt ipsae, et consideratio earum non variatur in hoc quod spoliatae sunt, sed erunt tunc dc tota consideratione quae est in rebus ex hoc quod non sunt in materia, quia haec ex hoc quod sunt ipsa non sunt in materia; aut considerantur secundum hoc quod accidit eis non habere esse nisi in materia.

»Sed hoc etiam dividitur in duo: quia aut propter hoc quod accidit impossibile est illas intelligi nisi in respectu ad materiam specialem et motum sicut consideratio de uno secundum quod est aer aut ignis et de multis secundum quod sunt elementa et de causa secundum quod est calor aut frigus, et de secundo intelligibili secundum quod est anima scilicet principium motus corporis, quamvis separata ab eo possit exsistere per seipsam. Et quamvis hoc non accidat nisi per comparationem ad materiam et admixtionem motus, tamen aliquando dispositiones eorum intelliguntur et certificantur sine consideratione materiae propriae et motus. Consideratio vero praedicta est sicut de aggregatione et segregatione et multitudine et divisione et radicis inventione et ut in ceteris dispositionibus consequuntur numero; haec enim consequuntur numerum et sunt in intellectu hominum aut in exsistentibus mobilibus divisis segregatis et aggregatis, sed intellectus horum aliquando potest abstrahi aliquo modo, ita ut non sit necesse eis assignari speciales materias.

«Partes ergo scientiarum sunt *aut speculatio de concipiendo ea quae sunt cum hoc quod habent in motu esse et exsistentiam et pendent ex materiis propriarum specierum, aut speculatio secundum quod sunt separata ab his in intellectu tantum,· aut secundum quod sunt separata ab his in esse et intellectu.*

«Prima autem pars divisionis est scientia Naturalis *(Physica);* secunda est disciplinalis pura *(Mathematica)* et scientia de numero scilicet ea quae est notior, nam cognitio de materia numeri ex hoc quod est numerus non pertinet ad disciplinaient; pars vero tertia est scientia Divina *(Metaphysica).*

«Philosophia vero Practica spectat vel ad scientiam sententiarum per quas ordinatur *consortium humanum commune* et vocatur Gubernatio Civitatis et est scientia Civilis *(Politica);* aut per quas

familiare et vocatur ordinatio *Domesticalis;* aut per quas ordinatur *modus unius hominis* secundum honestatem animae ipsius et vocatur scientia *Moralis» x.*

Et similiter [8] *Albertus Magnus* [1], *Dominicus a Flandria* [3], *H. Savonarola* et *alii.* Sufficiat audire *Savonarolam,* O. P.:

«Universam Philosophiam in partes duas secari, in *Rationalem* scilicet et *Realem* ut auctoritas excellentissimorum virorum et ratio probat. Cum enim non entium non sit scientia, sed eorum dumtaxat quae sunt, ut philosophi testantur, et scientiae quemadmodum et res, juxta sententiam Philosophi, libro de Anima, secentur, dividatur autem ens principaliter in ens reale et ens rationis; Philosophiam in duas partes dividere necesse est, quarum una *ens reale* respiciat, altera vero circa *ens rationis* versetur; quas partes, qui ignorat, philosophus et sapiens appellari non debet. Sapientem enim, teste Aristotele, omnia debet scire ut decet.

«Philosophia quoque *Rcalis* in duas partes distinguitur: in *practicam et speculativam.*

[1] *Logica, Prima pars inde ab initio,* fol. 1-2. Vcnctiis, 1508. Cfr. etiam *Metaph.,* tract. 1, cap. *2,* fol. 70-71; *de Anima,* Secunda pars, cap. *2,* fol. 6. Eadem fere inveniuntur apud Dom. Gundissalinum, op. cit., prol., p. 1.

[2] *I Ethic.,* tract. I, cap. 3, Opera, t. VII, p. 7-8, ubi haec habet: «Videtur dicendum esse, *sicut dicit Avicenna,* quod *Philosophia in communi* dicta dicjtur *duobus modis,* scilicet quia est de *re* philosophica vel de *modo. De re* au em philosophica in communi dicta *sunt tres,* scilicet *secundum triplicem rationem medii in demonstrativo syllogismo.* Aut enim hoc est *simplex* ex sohs principiis substantiae dependens, ct haec est *Aietaphysica,'* aut est *concretum* in sui ratione concernens *subjectum* vel materiam: et si concernit *Subjectum* quod *quantitatis* est *tantum,* est *Mathematica* secundum quatuor Mathesis differentias; si autem concernit materiam *contrarietati subjectam,* est *Physica.* Et sic sunt Philosophiae tres partes essentiales.

Ea autem quae propter Philosophiae *modum* Philosophia dicitur, dupliciter dicitur, scilicet aut *propter modum extra rem,* aut *propter modum in materia* positum. Propter modum quidem *extra rem Logica* philosophia est; propter modum autem *in materia* positum omnis scientia particularis Philosophia est, ct sic *Moralis,* modum Philosophiae ponens in his quae sunt virtutis ct in actibus humanis proponendo, assumendo et concludendo Philosophiae modum, Philosophus appellatur.) Cfr. etiam ejusdem *Logic.,* tract. I, cap. 2, t. 1. p. 2-5; *I Physic.,* tract. 1, cap. 1, t. III, p. 2-4 ct alibi passim.

[3] *Quaestiones super XII libros Mctaphysrcac.* Adm. R. Magistri Dominici DE FLANDRIA, Ord. Praedic. *I Mctaph.,* q. I, art. 4, corp, sine num. folior. Vcnetiis, 1499.

»Practicam scientiam habitum intellectus immediate ad operationes earum potentiarum quae sunt infra intellectum regendas ordinatum dicimus; unde finis practicae est opus, uti II Metaph. docet Philosophus. Quod quidem opus ττραξιν graeco nomine vocamus, et esse opus alterius ab intellectu, naturaliter eo posterius et aptum ab eo regi, definimus»

B. Videamus jam argumentum *quasi a posteriori ex divisione necessarii.* Necessarium est id quod quomodocumque non potest aliter se habere [1] et *naturaliter consequitur ad causas*[3]. Quapropter, sicut cognitio scientifica est per causas, ita id quod per illas cognoscitur est necessarium secundum modum suum. Merito ergo necessitas est conditio semper comitans objectum scibile, ideoque secundum divisionem necessitatis erit et divisio objecti scibilis et scientiae.

Atqui necessarium est duplex: *absolutum vel intrinsecum,* quod consequitur *causas intrinsecas;* et *hypotheticum vel extrinsecum,* quod *causas extrinsecas* comitatur.

Et quidem, cum causae intrisccae sint *materia et forma,* necessarium *intrinsecum* vel absolutum *aut oritur ex forma aut ex materia.*

Ex materia autem oritur et emanat, quasi proprium accidens *quantitas;* unde et necessitas fundata super materiam erit etiam fundata super quantitatem, quod est objectum *Mathematicae.*

Forma vero aut est *realis* aut *intentionalis,* hoc est, aut est constitutiva entis realis aut entis cogniti ut cogniti.

Ergo ct necessitas formalis duplex erit; altera *realis,*

1 Hieronymi Savonarolae Fcrrariensis, O. P., *universae Philosophiae Epitome.* Ejusdem *de divisione, ordine atque usu omnium scientiarum, necnnn de Poetices ratione opusculum quadripartitum.* Omnia Johannis Jcssenii a Jessen Philosophiae Mcdicinacque Doctoris ct Professoris opera et studio emendatiora auctioraquc edita. *De omnium scientiarum divisione,* lib. I, p. 770-771. Witcbcrgae, 1601. S. Thomas etiam videtur admittere principium hujus divisionis *in Boët. de Trinitate,* q. 5, art. *2,* arg. 2 sed contra ct art. 3, arg. 2 sed contra.

2 Το μέν Ενδεχόμενον άλλω Εχειν άναγκαϊόν φοστεν ούτω εχειν (Aristoteles, *IV Metaph.,* V, 3 (II, 518, 17-18).

3 S. Thomas, 1 *Metaph.,* lect. 6, n. 829-835; I, q. 82, art 2 ct passim.

quae dicitur *metaphysica;* et altera *intentionalis* seu *logica.*

Pariter, ex quo causae extrinsccae sunt efficiens et finis, necessitas *extrinsica* vel hypothetica, aut *consequitur ex agente aut ex fine.*

Causa autem *efficiens* est proprie loquendo causa *movens ct impellens,* a qua ideo motus in mobili actu causatur, et propterea ex illa formaliter, hoc est, actualiter et immediate, *mobile* constituitur in motu. Cum igitur ens mobile sit objectum *Physicae,* necessitas quae oritur ex causa agente est necessitas motus, et idcirco *necessitas physica.*

Demum causa *finalis* attrahit alliciendo mediante cognitione. Et quia appetitus ex cognitione causatus dicitur voluntas, motus ex causa finali cognita consequens debet esse motus *voluntarios,* qui in nobis quoad exercitium in praesenti statu semper est *liber.* Cum ergo moralitas tota quanta est fundetur in voluntarietate et libertate, inde consequitur quod necessitas orta ex causa finali est *necessitas moralis vel Ethica.*

Et sic patet quod tot sunt partes Philosophiae quot sunt modi necessitatis.

Adverte tamen quod *necessitas mathematica magnam habet affinitatem cum necessitate logica,* nam utrobique datur aliquid *formaliter intentionale,* et ex hac parte etiam necessitas mathematica potest et debet dici formalis, ita tamen ut fundamentum primum habeat in materia physica; nisi enim esset materia, non daretur quantitas, sine qua Mathematica ne mente quidem concipi potest sed *quantitas non consideratur in Mathematica sub formalitate proprietatis materiae, sed sub formalitate propriae terminationis, quae est numerus vel figura (forma extrinscca).*

Quapropter necessitas absoluta vel intrinseca, si sit realis, erit propria Metaphysicae;

Sin autem sit *intentionalis,* nccesse est quod *fundamentum habeat in aliqua forma reali:*

aut ergo *objective fundatur in aliqua forma intrinseca (metaphysica)* et sic erit necessitas *logica,* quae in metaphysica fundatur; considerat enim Logica formaliter inten-

tionem universalitatis, quae est veluti forma intentionalis universalis directi seu metaphysici;

aut in aliqua forma extrinseca (physica, figura, quae est terminus quantitatis *physicae)* et tunc erit necessitas *mathematica* quae super physicam fundatur.

Et propterea Mathematica, quae non habet fundamentum in corpore reali, sicut sunt Geometriae non Euclidianae, puta *Riemann et Lobatchefski,* fictae sunt et vanae, sicut vana et ficta sunt entia rationis quae in re methapysica non habent fundamentum.

Attamen ens logicum et mathematicum sunt formaliter aliquid rationis, ut sat clare docet S. *Thomas* scribens:

«Sciendum quod ipsa conceptio intellectus *tripliciter* se habet ad rem quae est extra animam. *Aliquando* enim hoc quod intellectus concipit *est similitudo rei exsistentis extra animam,* sicut hoc quod concipitur de hoc nomine *homo,* et talis conceptio intellectus habet *fundamentum in re immediate,* in quantum res ipsa ex sua conformitate ad intellectum, facit quod intellectus sit verus et quod nomen significans illum intellectum *proprie* de re dicatur. *Aliquando* autem hoc quod significat nomen, *non est similitudo rei exsistentis extra animam,* sed est aliquid quod *consequitur ex modo intelligendi rem quae est extra animam,* et hujusmodi sunt *intentiones* quas *intellectus noster adinvenit,* sicut significatum hujus nominis *genus* non est similitudo alicujus rei extra animam exsistentis; sed ex hoc quod intellectus intelligit animal ut in pluribus speciebus, *attribuit* ei intentionem generis: et hujusmodi intentionis, licet proximum fundamentum non sit in re, sed in intellectu, tamen *remotum fundamentum est res ipsa.* Unde intellectus non est falsus, qui has intentiones adinvenit. Et *simile est de omnibus aliis quae consequuntur ex modo intelligendi, sicut est abstractio mathemati'orum ct hujusmodi. Aliquando* vero id quod significatur per nomen, non habet fundamentum in re, *neque proximum neque remotum,* sicut conceptio *chimerae;* quia *neque* est similitudo alicujus rei extra animam, *neque* consequitur ex modo intelligendi rem aliquam naturae; et ideo *ista conceptio est falsa»*[1].

Accipe nunc istas rationes schematice contractas:

[1] *I Sent.,* dist. 2, q. i, art. 3. Unde et principia Alathematica, non secus ac principia aliarum scientiarum, habentur *ex inductione,* quemadmodum S. Thomas dissertis verbis tradihit *in I Posterior.,* lect. 30, n. 5

PC) *rcale — scientia realis* t d) *in actu, actuale* vc/la) *existentiam puram* (esse purum vel separatum) = *objetive aut* ergo con-l *formale,* et tunc *veV objectum principale Metaphysicae.*
sideratur ut.....l dicit...../b) *essentiam vel farmam puram,* quae realiter est conjuncta receptivo, sed consideratur ut pure abstracta = *quantitas (figura): Mathematica.*

β) *in potentia, potential* d) «objective et independenter a nobis» = *ma-*
vel quasi materiale =' teria ad formam: «Physica».
potentia realis tendens in actum sibi proporlionatum: aut ergo..

I) *a priori, ex ipsa* «ratione» *objecti formalis quod nempe entis* quod est *vel*.....

b) «subjective et dependents a nobis»: *vel* igitur terminatur *ad actum*.....2)

i) *nobis* «immanentem» —*moralem*—: "Ethica

ii) *nobis* «transeuntem» —artificiosum—; «Ars vel Philosophia Artis».

B) *rationis = scientia rationalis objective seu Logica.*

\a) *ex forma*.....aa) *reali = Metaphysica.*

II) *a posteriori, ex consideratione\ti) absolutum, intrinsecum vel ex* ab) *intentionali = Logica,*
conditionis objectivae sine qua} causis intrinsecis, scilicet...../β) *ex materia vel materiali — quantitas figura: Mathematica,*
non objecti formalis quod, nempe'
ex consideratione necessarii, quod,]
est *vel*..... |*B) hypotheticum seu extrinsccum* vd|a) *ex causa cfficienit vel moventi = Physica.*
ex cansis extrinsecis, nempe β) *ex causa finali, allicienti mediante cognitione = Moralis vel Ethica.*

2) *Divisio secundum formam rei ut scibilis est*

Forma rei ut scibilis per se primo respicit scientem quasi proprium subjectum receptivum et perfectibile seu quasi propriam materiam, cum qua debet unum per se constituere magis unum quam compositum ex materia et forma l. Unde debet esse informativa et perfectiva scientis quatenus sciens est.

Jam vero constat quod propria forma debet respondere propriae materiae vel subjecto sicut proprius actus respondet et commensuratur propriae potentiae; et propterea, secundum conditiones potentiae vel subjecti, debent esse conditiones et constitutivum actus in quantum hujusmodi.

Atqui propria potentia perfectibilis et receptiva formae scientiae seu scibilis est intellectus *possibilis,* qui *immaterialis* est essentialiter. Ergo et *forma rei ut scibilis in quantum hujusmodi debet esse immaterialis;* et consequenter divisio formalis, imo *formalissima* scientiae, quae formaliter et immediate sumitur ex divisione formae rei ut scibilis, est demum formaliter resolvenda in divisionem immaterialitatis objecti scibilis. Unde tot erunt partes scientiae vel Philosophiae quot sunt gradus immaterialitatis rei scibilis.

Porro *immaterialitas* —sicut nomine ipso patet— *importat remotionem vel recessum vel separationem a materia vel ab eo quod loco materiae se habet, quod quidem fit per abstractionem vel potius haec remotio dicitur abstract™, et quidem formalis, nam est remotio formae a materia*

l Cfr. S. Thomam, III P. *Suppi.,* q. 92, art. l corp, in fine et ad 10. Cajetam., in I, q. 12, art. 4, n. 4, q. 14, art. 1, n. 3-4· P. Avbron. *L'union du sujet et de l'objet dans la connaissance chez Aristote, d'après le commentaire deCajctan,* apud *Archives de Philosophie,* cahier I, pp. 25-31. Paris, G. Beauchcsnc, 1923.

l Ita ctiam supra diximus in prima parte abstractionem formaliter divisivam scientiae esse *abstractionem formalem objective et jundamenraliter sumptam,* et non abstractionem totalem, quae logica esse solet. Quam doctrinam expresse docuerunt politiores thomistac, ut. v. gr., Cajetanus., in *de Ente et Essentia,* q. 1, edit., Romae, 1607, p. 9» ct Joannes a S. Thoma, qui motandum est, inquit, quod non sumimus hic abstractionem pro actu inte-

Ergo, a primo ad ultimum, divisio formalissima scientiae vel Philosophiae sumenda est secundum divisionem *abstractionis formalis* seu formae a materia; et ideo, tot erunt partes Philosophiae quot sunt gradus vel modi diversi *abstractionis formalis.*

Jam ergo videamus istos diversos modos abstractionis.

Si abstractio formalis consistit essentialiter in remotione formae a materia, tot erunt gradus vel modi diversi abstractionis formalis quot sunt modi vel gradus diversi remotionis formae a materia \

Atqui *remotio formae a materia est duplex:* nam vel est remotio a materia *simpliciter,* hoc est, *ab omni materia;* vel est remotio a materia *secundum quid,* nempe *a materia* non quatenus absolute est materia, sed *quatenus induit rationem singularis vel sensibilis;* erit ergo remotio a materia quatenus singulari vel quatenus sensibili, aut, si mavis erit remotio a singularitate materiae vel ab ejus sensibilitate, non autem a materia ut sic. Sciendum est enim quod singularitas est conditio sine qua non sensibilitatis, sicut universalitas est conditio necessaria intelligibilitatis; et propterea ad intellectionem requiritur abstractio, dum ad

Iccius abstrahente neque pro denominatione cxtrinseca ex illo conscquuta; sic enim esset circulus, quia diversa scientia abstrahens sumeretur ex diverso objecto scibili seu abstrahibili et diversum scibili ex diversa scientia abstrahente, sed *sumitur abstractio pro abstrahibilitate objectiva, quatenus objectum fundat diversam immaterialitatem.* Et in hac non loquimur de abstractions totali, quae abstrahit aliquid ut praedicabile ab inferioribus; sic enim ista abstractio est communis conditio scientiarum, quae non agunt de singularibus, sed de universalibus; *sed loquimur de abstraefione formali quae abstrahit rationes formales a materialibus et sic constituit seu fundat intelligibilitatem.* Et secundum quod magis vel minus receditur a materia, redditur iliquid diverso modo intelligibile» (J. a S. Thoma, *Log.* II P., q. 27, art. 1, edit. Vives, t. I, p. 728 a. Cfr. ibid., p. 726). *'Sumitur ergo species scientiarum ex diversa immaterialitate objectiva seu fundamentali, non prout entitattve est in se, sed prout relucet in medio suo principio quo apparet et demonstratur intel-lectui-* (ibid. solv. obj., p. 734-735)· Eamdemquc innuit etiam Cl. D. N. Balthasar, *L'être et les Principes Métaphysiques,* p. 51, Louvain, 1914.

| Haec remotio, ut patet, est a materia *proprie dicta,* quae vere ct proprie repugnat scibilitati, cum sit pura potentia; nihil enim est intclligibile nisi secundum quod cst ens in actu.

sensationem concretio requiritur: unde et prius intelligitur singularitas quam sensibilitas, utpote conditio praerequisita ad sensibilitatem et propinquior materialitati, nam materia est principium singularitatis vel indwiduationis, dum forma est principium universalitatis vel speciei. Et inde est quod universale habet quamdam rationem formae, si comparetur eum singulari, quod ut sic, est pure materiale.

Sic igitur, quia abstractio formae a materia intelligitur ut motus quidam a materia ad formam, *materia,* intelligitur quasi *terminus a quo,* dum *forma* concipitur quasi *terminus ad quem;* et sic oportet accipere gradus vel modos diversos abstractionis formalis *vel* secundum diversos gradus recessus a termino a quo *vel* secundum gradus diversos accessus ad terminum ad quem \ j

Manifestum est autem quod magis recedit a materia seu a termino a quo abstractio a materia simpliciter quam abstractio tantum secundum quid; et, in hac quidem, magis recedit abstractio a materia ut sensibili quam abstractio a materia ut singulari vel individua, ut ex modo dictis constat. ' \ j j

Ergo jam habemus tres gradus abstractionis formalis; et, incipiendo ab inferiori, primus gradus erit abstractio a materia *singulari,* secundus a materia *sensibili,* tertius *ab omni materia.* f Î

Sed rursus adverte quod abstractio formalis, si *denominative* sumatur ab actione abstractive intellectus possibilis abstrahentis, duplex est: una *per modum simplicitatis vel definitionis,* quae logice denominatur *negativa vel permisiva,* et proprie loquendo concernit *essentiam* vel partes essentiae; alia vero est *per modum divisionis vel enuntiationis,* quae logice denominatur *positiva,* et formaliter loquendo concernit *esse* et partes entis ut ens est, vel saltem concernit formam separatam vel separabilem *realiter* a materia; et secundum hoc abstractio ista potest vere et proprie dici *separatio fundamentaliter (separabilitas).* * I ‹ j |

1 Cfr. BAnez, O. P., *Commentaria ct Quaestiones in duos Aristotelis Stagiritae libros de generatione et corruptione, Quaest. prooem.,* versus finem, ad 2, p. n, coi. 2. D. E. Salmanticae, 1585.

Jungendo ergo istos diversos modus abstractionis, dicendum est quod abstractio formalis a materia secundum quid semper est negativa vel permissiva, hoc est, primae operationis mentis, quia concernit formam in materia sedentem et a materia saltem secundum esse pendentem; sed non convertitur, nam abstractio per modum simplicitatis dari potest et de facto datur in abstractione formali simpliciter, eo quod ubi datur id quod est plus includitur id quod est minus, sicut in judicio includitur apprehensio terminorum. Similiter abstractio positiva vel secundum esse semper est abstractio formalis simpliciter, hoc est, ab omni materia; at non convertitur, quia sunt quaedam abstrahentia ab omni materia secundum rationem vel definitionem, quae tamen ut sic non abstrahunt ab omni materia secundum esse, nam et salvantur in rebus materialibus, sicut ratio substantiae et accidentis.

Quapropter in primo et secundo gradu abstractionis formalis non potest dari abstractio secundae operationis mentis seu per modum divisionis vel enunciationis, sed tantummodo abstractio per modum simplicitatis vel definitionis, quae est abstractio primae operationis; at in tertio gradu abstractionis potest utraque abstractio reperiri, secundum quod concernit vel essentiam et formam vel esse ejus quod abstrahitur.

Sed nota insuper quod forma vel *essentia* rei intellectae vel scitae dupliciter considerari potest, imo et est duplex: una est *forma rei intellectae in quantum est res,* et haec est forma *realis* habens esse objectivum extra intellectum; alia vero est *forma rei intellectae pure et praecisse in quantum est intellecta,* et haec est forma *rationis vel logica,* quae non habet esse objective nisi in intellectu, unoque verbo dici potest *intentio universalitatis.*

Sic ergo *abstractio simpliciter per modum simplicitatis* est duplex: una *pure logica,* et alia *realis objective; et haec simul cum abstractione positiva, quae totaliter realis est,* constituunt abstractionem *metaphysicam.*

Demum considera quod *forma abstracta in primo gradu abstractionis,* hoc est, a materia singulari tantum et non a

(\

0? I) *simpliciter, hoc est, abstractio ab* omni *materia·,* ct quidem tunc *aut* est..... ′

x 2

-E

— in

J■ 'A d

E

ii

V ?

l A) *negativa seu per modum simplicitatis/ai) intellecta reduplicative — abstractio formae*
I *vel definitionis,* scilicet concernit /or-1 *intentionalis ut sic: Logica.*
man vel essentiam rei intellectae: vel
ergo quatenus est..... (β) *res* *abstractio*
I *realis objective*
\abstractio formae realis ut
positiva seu per modum divisionis vel enunciation's, nempei *sic = Metaphysica.*
concernit *esse vel exsistentiam = abstractio totaliter realis*.....i

a) *est* et *in rebus extra nos = abstractio formae*
naturalis: Physica.

A) *a singularitate materiae (a materia ut singulari),* ct tunc *aut* forma abstracte considerata.....

P) *non est, sed a nobis: vel* ergo.....

a) *etiam in nobis manens = abstractio formae agibilium: Moralis vel Ethica.*

b) *non in nobis manens, sed ex nobis transiens ad res extra = abstractio formae factibilium: Ars,*

IΓ) *secundum quid, id est, abslractio* «non ab omni materia»; *sed vel*.....

B) *a scnsibilitate materiae (a tnatena ut sensibili) Mathematica* *abstractio formae numerorum et figurarum:*

materia sensibili, dupliciter considerari potest: uno modo *secundum quod sedet in re sensibili externa et substat conditionibus naturae,* et hoc modo est *formaliter speculabilis;* alio modo *secundum quod resultat ex operationibus intelligentis et volentis,* atque ideo substat conditionibus rationis et libertatis, et hoc modo est *agibilis vel factibilis,* secundum quod forma illa ab operante producta *vel manet in ipso operante* utpote cadens super actiones (materiam) immanentes *vel transit in materiam exteriorem,* utpote versans circa res extra.

Unde forma abstracta in primo gradu abstractionis.

vel est *a rebus* et *in rebus* (abstractio *physica)*

vel est *a nobis;*

et quidem tunc, aut *in nobis* etiam (abstractio *moralis vel ethica)*

aut *non in nobis sed in rebus extra* (abstractio *artistica vel artis);*

quae quidem non sunt nisi diversi adspectus vel formalitcs unius ejusdemque gradus abstractionis, et tamen novum genus scientiae constituere possunt, non utique ratione formae praecise, sed potius *ratione finis operis quem essentialiter includunt,* et haec diversa finalitas quodammodo refunditur et secum trahit diversitatem formae scibilis ut scibile est \

Et sic finaliter habemus formalissimam divisionem Philosophiae secundum diversos gradus et modos graduum abstractionis formalis, quae potest describi et illustrari sequenti schemate:

l *'Contemplativa et activa* vita, ait S. Thomas, ad invicem *materia et fine distinguuntur.* Materia namque vitae *activae sunt temporalia, circa* quae *humanus actus* versatur; materia autem *contemplativae* sunt *rerum scibiles rationes,* quibus *contemplator* insistit. Et *haec materiae diversitas provenit ex diversitate finis;* sicut et in omnibus aliis materia secundum finis exigentiam determinatur.· *(De Verit.,* q. u, art. 4.) Attamen sive Ethica sive Ars *subalUmantur Physicae;* Ethica quidem Psychologiac, r\rs vero Physicae Generali, quemadmodum scite notarunt Salmant ICENSBS *(Cursus theol., de virtutibus,* arbor pracdicamentalis § V, n. 32. Edit. Parisiis, Palmé, 1878, t. VI, p. 434). Joannes a S. Thoma *(Cursus philos., Log.* II P., q. 27, art. 1, sobr. arg. ad primum exemplum. Edit. Vivés, t. I, p. 732 b) et Goudin, O. P. *(Philosophia*

Hanc doctrinam, quae a multis, etiam ex scholasticis, perperam est intellecta, eo quod analogiam abstractionis non satis callebant, maximi fecerunt rigidiores et politiores peripatetici, quos inter nominandi sunt parecipue thomistae.

Quae autem objiciunt *scotisrae, Suarezius'* et *Aversa*- confutata et radicitus exclusa videntur ex his quae de abstractione in prima parte dicta sunt et ex sola positione et evolutione partis praesentis: unde necessarium non est eorum tricas et aequivocationes in medium afferre; sed satius et utilius erit nonnulla documenta maximorum peripateticorum transcribere, ut simul videas eorum, quae diximus, veritatem, et auctoritate confirmes.

Tres tantum seligimus: *Avicennam, S. Albertum Magnum et S. Thoman.*

Avicenna ita luculenter scribit:

«Species autem abstractionis diversae sunt ct gradus earum multum distantes; formis etenim materialibus propter materiam accidunt dispositiones et alia quae non habent ex sua essentia, ex hoc scilicet quod ipse sunt formae; ergo illarum abstractio a materia aliquando est abstractio non sine illis appendiciis vel aliquibus earum, aliquando illa est perfecta abstractio quae abstrahit intellectam rem a materia ab aliis appendicis in materia carum, ex. gr. forma etenim humana et substantia est natura sine dubio, in qua convenit omni singulari speciei aequaliter cujus est una definitio sed quia accidit ei ut exsisteret in hoc singulari et in illo, ideo multiplicata est; hoc autem non habet ex natura sua; si enim ex natura

thomist., Physica, I P., q. pracamb·, art. unie. Edit. Matriti, 1796, t. II, p. 3; Etica, q. pracamb., art. unie., edit, cit., t. IV, p. 4), quibus novissim: accedit Cl. Gredt, O. S. B. *(Elementa Philosophiae Aristotelico-thomisucm.* t. I, p. 183; t. II, p. 252). Sed de hac subalternatione et de consequentiis ejus in dispositione systematica totali Philosophiae infra redibit sermo.

l *Dispp. Aletaph.,* disp. 4, sect. II, n. 69, edit. Vives, t. XXVI, p 715 b. Cfr. ibid., n. 64-65, p. 713-714. Attamen supra dixerat *'hactenus nom esse inventam aptiorem rationem distinguendi has scientias ct aliunde ham (S. Thomae) videri satis convenientem· (Disp.* 1, sect. 2, n. 13, t. XXV, p. 16 b ; et •*incredibile esse eas omnes (scientias) vere ac proprie unam scientiam humanam esset (Ibid.,* n. 11, p. 15 b).

~ *Logica, institutionibus praeviis, quaestionibus contexta, auctore* P. Raphaële Aversa a Sanseverlno, Cleric. Reg. Minim., S. Theol. Professore. q. 27, sect. 9. p. 617.

humana esset unde deberet multiplicari, tunc non praedicaretur homo de aliquo numero uno; si vero humanitas esset ex hoc quod est humanitas Petri tunc humanitas non esset alterius... sed imaginatio sive imaginari est cum abstrahitur forma a materia majori abstractione, etenim formam capit sine materia, ita quod ad hoc ut hoc subsistat in illa non est necesse exsistere materiam; quia materia sive sit absens sive destructa, esse tamen formae stabile erit in imaginatione, et tunc apprehensio ipsius erit abtrahens eam a colligatione quam habet cum materia abstractione perfecta sed imaginatio non denudat eam ab accidentibus materialibus, sensus etiam non denudat eam a materia denudatione perfecta... Sed aestimatio jam transcendit hunc ordinem abstractionis, eo quod apprehendit intentiones immateriales quae non sunt in suis materiis, quamvis accidat illis esse in materia quia figura et color et situs et his similia sunt res quas non est possibile haberi nisi a materiis corporalibus; bonitas vero et malitia et conveniens et inconveniens et his similia sunt in se res non materiales, quibus tamen accidit esse materiales; ratio autem quare hae non sunt materiales haec est scilicet quia si hae essent materiales ex seipsis non intelligerentur bonitas vel malitia vel conveniens vel inconveniens nisi accidens corpori: intelliguntur autem sine corpore; constat ergo quod hae in se non sunt materiales sed accidit eis esse in rebus materialibus; aestimatio autem non apprehendit neque assequitur nisi similia horum; ergo aestimatio apprehendit res materiales et abstrahit eas a materia sicut apprehendit etiam intentiones non sensibiles quamvis sint materiales: ergo haec abstractio purior ct vicinior est simplicitati quam duae primae...x.»

«Differt inter considerare rem solummodo quamvis intelligatur esse cum alio a quo non separatur et inter considerare rem solummodo cum conditione separationis suae ab eo quod cum ipsa est, ut sic judicetur de ea quasi sit considerata per se sola 2.»

Audiamus jam pauca verba S. *Alberti Magni:*

«Profundum quoddam me cogis aperire. Omnis res naturalis cujus natura est principium, potest considerari multipliciter, et secundum diversos considerationis modos de eadem re potest diversa esse scientia.

»*Si enim res consideretur secundum essentiam suam abstractam a*

l *Dc Anima,* Secunda parte, cap. 2, fol. 6, col. 4.
' *Metaph.,* tract. 3, cap. 4, fol. 79, col. 4.

materia sensibili et intelligibili, licet illa essentia habeat esse in materia, sic spectat ad *Metaphysician,* qui etiam de essentiis omnino separatis considerat.

»Si autem *eadem res* consideretur secundum essentiam suam *abstractam a materia sensibili, sed non ab intelligibili,* quae est quantitas vel magnitudo, sic pertinet ad *Mathematicum,*' hujusmodi tamen res habet esse in materia sensibili.

»Si vero *ipsa eadem res* consideretur secundum suam essentiam *non abstractam nec etiam a materia sensibili,* considerat enim carnem et ossa et hujusmodi quae sunt materia sensibilis, sic Naturalis *(Physicus)* eam tractat, materiam tamen sensibilem abstrahit ab hac vel illa determinata: quae quidem abstractio ultima omni scientiae est necessaria, quae non est de particularibus sed de universalibus.

»Ex dictis igitur colligere potes, quod definitio metaphysica si aliquam concernat materiam, non tamen intelligibilem nec sensibilem: definitio autem mathematica solam materiam intelligibilem concernit: naturalis vero (physica) definitio materiam concernit sensibilem communiter et universaliter acceptam, applicabilem autem ad materiam signatam vel determinatam, cum ipsam secundum quemdam habitum in se includat» x.

Postremo accedamus ad S. *Thomam:*

...♦Sic igitur speculabili, quod est objectum speculativae scientiae, *per se* competit *separatio et a materia et a motu, vel applicatio ad ea:* et ideo, *secundum ordinem remotionis et a materia et a motu, scientiae speculativae distinguuntur. Quaedam* igitur sunt speculabilium quae *dependent a materia secumdum esse,* quia non nisi in materia esse possunt; et *haec distinguuntur,* quia *quaedam dependent a materia secumdum esse et intellectum,* sicut illa in quorum definitione ponitur materia sensibilis; unde sine materia sensibili intelligi non possunt; ut in definitione homnis oportet accipere, carnem et ossa: et de his est *Physica* sive scientia Naturalis. *Quaedam* vero sunt quae, *quamvis dependeant a materia secundum esse, non tamen secundum intellectum,* quia in eorum definitionibus non ponitur materia sensibilis, ut linea et numerus, et de his est *Mathematica. Quaedam* vero sunt speculabilia quae *non dependent a materia secundum esse,* quia sine materia esse possunt; *sive* numquam sint in materia, sicut Deus et Angelus, *sive* in quibusdam sint in materia et in quibusdam non, ut substantia, qualitas, potentia et actus, unum et multa et hujusmodi: de quibus omnibus est l h cologia, id est Divina scientia, quia praecipuum cognitorum in ea est

l *Liber de Apprehensione,* pars V, n. *22,* t. V, p. 6oo a.

Deus; alio nomine dicitur *Metaphysica,* dicitur etiam Philosophia prima.» *(In Boet, de Trinitate,* q. 5, art. i. Eadem fere ad litteram docet *Dom. Gundissalinus,* op. cit., prol., pp. 14-15)·

«Notandum quod *tota ratio divisionis Philosophiae sternitur secundum definitionem et modum definiendi;* cujus *ratio* est, quia *definitio* est *principium demonstrationis* rerum, res autem definiuntur per *essentialia.* Unde diversae definitiones rerum diversa principia essentialia demonstrant, ex quibus una sdentia differt ab alia» *(I de Anima,* lect. 2, pp. 14-15).

•Sciendum est igitur quod cum omnis scientia sit in intellectu, per hec autem aliquid fit intclligibilc in actu, quod *aliqualiter abstrahitur a materia;* secundum quod aliqua diversimode se habent ad materiam, ad diversas scientias pertinent. Rursus, cum omnis scientia per demonstratiomem habeatur, demonstrationis autem *medium* sit definitio, necesse est secundum diversum definitionis modum scientias diversificari.

•Sciendum est igitur quod *quaedam, sunt quorum esse dependet a materia, nec sine materia definiri possunt: quaedam* vero sunt quae licet esse non possint nisi in materia sensibili, *in eorum tamen definitione materia sensibilis non cadit.* Et haec differunt ad invicem sicut *curvum* et *simum.* Nam *simum* est in materia sensibili, et nccccse est quod in ejus definitione cadat materia sensibilis; est enim simum *nasus curvus;* et talia sunt omnia *naturalia,* ut homo, lapis: *curvum* vero, licet esse non possit nisi in materia sensibili, tamen in ejus definitione materia sensibilis non cadit; et talia sunt omnia *mathematica,* ut numeri, magnitudines et figura. *Quaedam* vero sunt quae *non impendent a materia nec secundum esse nec secumdum rationem vel* quia numquam sunt in materia, ut Deus et aliae substantiae separatae; *vel* quia non universaliter sunt in materia, ut substantia, potentia et actus, et ipsum ens.

»De hujusmodi igitur est *Metaphysica:* de his vero quae *dependent a materia sensibili secundum esse sed non secundum rationem,* est *Mathematica:* de his vero quae *dependent a materia non solum secundum esse sed etiam secundum rationem,* est Naturalis, quae *Physica* dicitur.» *(I Physic.,* lect. I, num. 1-3.)

«Tria sunt genera speculativarum scientiarum: scilicet *Naturalis,* quae considerat ea mobilia quae in sui *definitione* materiam sensibilem recipiunt; ct *Mathematica* quae considerat immobilia, quae non recipiunt materiam sensibilem in sui *definitione,* licet habeant esse in materia sensibili; et Thcologia *Metaphysica)* quae est circa entia *penitus ŝeparata. (XI Metaph.,* lect. 7, nùm. 2264. Cfr. *VI Metaph.,* lect. 1, n. 1161-1165; *XI Metaph.* lect. 7, n. 2256 ct sigts).

Quia ergo *ex abstractione* per modum simplicitatis resultat *definitio* ct super definitionem construuntur *principia demonstrationis,* quae sunt *medium* syllogismi apodictici, ideo *radicaliter* divisio Philosophiae sumitur *ex abstractione formali per modum definitionis,* et *proxime ex diversis principiis,* ut ipsemet S. *Doctor* tradidit scribens:

«Cum rationem unitatis scientiae acceperit (Aristoteles) ex unitate *generis subjecti,* rationem diversitatis scientiarum non accipit ex diversitate subjecti, sed *ex diversitate principiorum.* Dicit enim quod una scientia est altera ab alia, quarum *principia* sunt diversa; ita quod nec ambarum principia procedant ex aliquibus principiis prioribus, nec principia unius scientiae procedant ex principiis alterius; quia sive procederent ex eisdem principiis sive alia cx aliis, non esset diversa scientia.

»Ad hujus ergo evidentiam sciendum est, quod materialis diversitas objecti non diversificat habitum, sed solum *formalis.* Cum ergo scibile sit proprium objectum scientiae, non diversificabuntur scientiae secundum diversitatem materialem scibilum, sed secundum diversitatem eorum formalem. *Sicut* autem formalis ratio *visibilis* sumitur *ex lumine,* per quod color videtur, *ita* formalis ratio *scibilis* accipitur *secundum principia,* ex quibus aliquid scitur. Et ideo quantumcumque sint aliqua diversa scibilia secundum suam naturam, dummodo per eadem principia sciantur, pertinent ad unam scientiam, quia non erunt jam diversa in quantum sunt scibilia. Sunt enim per sua principia scibilia. Sicut patet quod voces humanae multum differunt secundum suam naturam a sonis inanimatorum corporum; sed tamen, quia secundum eadem principia attenditur consonantia in vocibus humanis et sonis inanimatorum corporum, eadem est scientia musicae, quae de utrisque considerat. Si vero aliqua sint eadem secundum naturam, et tamen per diversa principia considerentur, manifestum est quod ad diversas scientias pertinent sicut corpus mathematicum non est separatum *subjecto* a corpore naturali; quia tamen corpus mathematicum cognoscitur per principia quantitatis, corpus autem naturale per principia motus, non est eadem scientia Geometria et Naturalis (Physica). Patet ergo quod ad diversificandum scientias sufficit diversitas principiorum, quam comitatur diversitas generis scibilis. Ad hoc autem quod sit una scientia simpliciter utrumque requiritur et unitas subjecti et unitas principiorum...

»Scd ulterius considerandum est quod secunda principia virtutem sortiuntur a primis. Unde *requiritur diversitas primorum principiorum ad diversitatem scientiarum.* Quod quidem non erit, si vel diversorum principia ex eisdem principiis fluant, sicut principia trianguli et quadrati derivantur cx principiis figurae; vel principia unius deriventur ex principiis alterius, sicut principia isoscelis dependent cx principiis trianguli. *Nec tamen intclligendum esi quod sufficiat ad unitatem scientiae unitas principiorum primorum simpliter, sed unitas principiorum primorum in aliquo genere*

scibili. Distinguuntur autem genera scibilium *secundum diversum modum cognoscendi.* Sicut alio modo cognoscuntur ea quae *definiuntur cum.* materia, ct ea quae *defininntur* sine materia. Unde aliud genus scibilium est corpus naturale (physicum) et corpus mathematicum. Unde sunt *diversa prima principia* utriusque generis, et per consequens diversae scientiae. Et utrumque horum generum distinguitur in diversas species scibilium, secundum diversos modos ct rationes cognoscibilitatis» \

Sed nunc quiesce aliquantulum abstractus in temetipso, ut compares et componas formam scibilis cum forma rei et cum sciente. Si enim quae hucusque diximus profunde penetrasti, videbis quod *forma scibilis media consistit inter formam rei et subjectum scietis;* nam fundatur immediate in forma rei quam abstrahit a materia, ex qua abstractione resultat, quasi terminus, forma scibilis, quae est immediate informativa et perfectiva, imo et *constitutiva* scientis ut sciens est. Et propterae, quia *medium participat utrumque extremum atque utrique etiam extremo proportionatur,* inde est quod forma scibilis *proportionatin'* formae *rei* et capacitati seu perfcctibilitati *scientis* quatenus sciens est; atque ita ex prima proportionalitate habet quod sit *Sapientia vera;* et ex secunda quod sit *vere Humana,* et ex utraque simul habet quod *vere* constitutat *vereque* dividat *Sapientiam-Humanam* quae est Philosophia.

Considera enim quod anima humana est perfectibilis tum *statice* vel in quiete, tum etiam *dynamice* vel in motu operationis et quidem utrobique dupliciter. Nam anima humana, ut supra diximus, ita est essentialiter informativa corporis, ut tamen in corpore non sit immersa, sed transcendat ordinem corporeum; atque ita, etiam dum est quiescens in semetipsa, perfectibilis est *immanentor,* hoc est, dum manet in corpore sive directe sive etiam reflexe; et iterum est perfectibilis *transccndenter* seu dum extra corpus vivere potest quatenus est spiritus. Similiter etiam est dupliciter perfectibilis si consideretur dynamice, quatenus scilicet est regitiva ct directiva *vel* actuum ct passionum hominis ad

l ***I*** *Post.,* Icct. 41, n. 10-12.

bonum totius vitae humanae *vel* membrorum ut in actibus exterioribus procuretur et foveatur vita et salus corporalis.

Jam vero haec omnia proportionaliter invenimus in forma perfectiva; nam forma rei aliquando est in quiete et aliquando in motu; sic enim videmus quod forma virtutis et artis *fu,* dum e contra forma realis sive physica sive mathematica sive metaphysica *est,* et similiter *est* forma logica in quantum hujusmodi.

Pariter et in gradibus et modis abstractionis; nam quaedam est per modum *transcendentis,* ut abstractio *positiva;* et aliae sunt per modum quasi *immanentis,* ut sunt omnes modi abstractionis *praecisivae* a primo usque ad tertium cum modis etiam formae abstrahibilis a materia agibili vel factibili.

Et sic intelliges sane quomodo haec omnia perficere possint naturaliter Philosophum, qui et propter hanc perfectionem adipiscendam philosophatus est; et videbis omnia sibi consona, et disces Philosophiam sanam amare et revereri, et miraberis admirabilem sapientiam *Aquinatis* dicentis:

«Contemplatio autem veritatis competit homini secundum suam naturam prout est animal rationale; ex quo contingit quod omnes ex natura scire desiderant, et per consequens in cognitione veritatis delectantur. Et adhuc magis fit hoc delectabile habenti habitum Sapientiae (Metaphysicae) et scientiae (aliarum partium Philosophiae), ex quo accidit quod sine difficultate aliquis contemplatur [1] et beatus jit.

B) *Divisio Philosophiae secundum causam formalem extrinsccam seu exemplarem*

Sapientia-Humana seu Philosophia est Sapientia diminuta et imperfecta, tendens ad perfectionem humanitus possibilem atque ideo derivari debet sicut a primo prin-

1 **II-II,** q. 180, art. 7.

Egregie Augustinus: «Etenim *Sapientiam,* non ipsam veritatem, sed *viam quae ad eam ducat esse dixisti.* Quisquis ergo hac utitur via, Sapientia profecto utitur, et qui Sapientia utitur Sapiens sit necesse est. *Sapiens igitur ille erit qui perfecte quaesierit veritatem, etiamsi ad eam nondum pervenerit',*

cipio ab aliqua Sapientia plena et perfecta, quae est *Sapientia-Divina.* Et quia omnis efectus in quantum hujusmodi est *similis* causae ipsius, ideo Philosophia *similis* esse debet Sapientiae Dei, quae idcirco erit et causa *exemplaris* ejus: unde et *scopus Philosophiae est assimlatio ad Deum,* ut etiam in prima parte dictum est.

Sic ergo *tot debent esse partes diversae Philosophiae quot sunt diversi modi assimilationis ad Deum secundum quod nobis hominibus possibile est.*

Atqui Deus per suam Sapientiam et *speculative* semetipsum perfecte cognoscit et *practice alia a se,* hoc est, mumdum universum ex nihilo creat et per suam Providentiam regit et gubernat.

Ergo *modo simili* Sapientia Humana Deum et magnum mundum *speculative* cognoscere debet, et sennipsum, qui est parvus mundus (μικροκοσμο), per prudentiam suam debet *practice* regere et gubernare. Unde *sicut* Sapientia Divina est simul speculativa et practica *ita* etiam Sapientia Humana, ut ei assimiletur, debet duas habere partes: unam speculativam et aliam practicam.

Ad rem *Ammonius:*

«Cum Philosophiam *hominis cum Deo similitudinem quantum ejus rei homo capax sit* definierimus, duplicesque Dei actiones exsistant; unam *cognitionis* qua cuncta cognoscit, alteram *Providentiae* qua inferiora gubernat omnia, Philosophia *jure* in *contemplationem* ct *actionem* est distributa; nam contemplationis auxilio ea qua sunt cognoscimus, actionis vero inferiora disponimus atque eo *pacto nos Deo similes prostamus* .*

Et 5. *Thomas:*

«*In habentibus autem cognitionem* sic determinatur unumquodque ad proprium esse naturale per formam naturalem, quod tamen *est receptivum specierum aliarum rerum,* sicut *sensus* recipit species

nam via quae ducit ad veritatem, nulla, uti opinor, intclligitur melior quam diligens inquisitio veritatis. 1 lac igitur sola via utens, jam iste Sapiens erit; at nemo Sapiens miser; omnis autem homo aut miser aut beatus; *beatum igitur faciet non tantum inventio, sed ipsa per se investigatio veritatis.' (I Contia Academic.,* cap. 5, n. iq, edit, cit., t. I, col. 256 DE).

1 *Op. et loc. supra cit.,* fol. 3, col. I.

omnium sensibilium et intellectus omnium intelligibilium. Et sic *anima hominisfit omnia quodammodo secundum sensum et intellectum, in quo quodammodo cognitionem habentia ad Dei similitudinem appropinquant* in quo omnia praeexistunt»1.

Sed praesertim *Augustinus:*

«*Haec autem disciplina,* inquit, *ipsa Dei lex est,* quae apud eum fixa et inconcussa semper manens, *in sapientes animas quasi transcribitur,* ut tanto se sciant vivere melius tantoque sublimius quanto et perfectius eam *contemplantur* intelligendo, et *vivendo* custodiunt diligenter. Haec igitur disciplina eis qui illam nosse desiderant, simul *geminum ordinem* sequi jubet; cujus una pars *vitae,* altera *eruditionis* est. Adolescentibus ergo studiosis ejus ita vivendum est ut a vencreis rebus, ab illecebris ventris et gutturis, ab immodesto corporis cultu et ornatu, ab manibus negotiis ludorum, a torpore somni atque pigritiae, ab aemulatione, obtrectatione, invidentia, ab honorum potestatumque ambitionibus, ab ipsius etiam laudis immodica cupididate se abstineant. Amorem autem pecuniae totius suae spei certissimum venenum esse credant. Nihil enerviter faciant, nihil audaciter»2.

Sed nota quod similitudo hacc est *analoga,* et consequenter imperfecta et diminuta. Quia ergo ea quae sunt unita in superioribus divisa sunt et *multiplicata in inferioribus,* manifestum est quod tam pars speculativa quam practica Sapientiae humanae quasdam subdivisiones adhuc suscipere debent.

Et vere sic est; nam Sapientia Humana speculativa tres habet partes diversas, quod sic patet:

Sapientia humana *completur et perficitur in judicio rationis quasi in termino,* ubi vere et proprie et formaliter invenitur veritas. Atqui judicium rationis *triplicem habet terminum:* quandoque enim terminatur ad id quod *sensus* renuntiant, et tunc est judicium *physicum* (sensibilium) aliquando autem terminatur ad id quod *imaginatio* apprehendit, cujus est proprium considerare continuum seu exten-

1 S. Thomas, I, q. 80, art. i, corp.
l *Dc Ordine,* lib. 2, cap. 8, n. 25, Opera, t. I, coi. 340

sionem, et hoc est judicium *mathematicum,'* interdum etiam terminatur ad id quod *intellectus* solus penetravit, cujus est percipere quidditatem et esse, et tune est judicium *meta-physicum.* Ergo in parte speculativa Sapientiae humanae sunt tres modi diversi imitandi divinam Sapientiam —nam Sapientia divina imitatur a nobis secundum id quod in nobis perfectum est, nempe secundum judicium— et consequen-ter tres diversae partes Philosophae speculativae, scilicet *Physica Mathematica et Metaphysica.*

Audiatur 5. *Thomas:*

«In qualibet cognitione *duo* est considerare: scilicet *principium* et *finem sive terminum.* Principium quidem ad apprehensionem pertinet, *terminus* autem *ad judicium;* ibi enim cognitio perficitur. Principium igitur cujuslibet nostrae cognitionis est in sensu... Sed *terminus cognitionis non semper est uniformiter:* quandoque enim est *in sensu,* quandoque *in imaginatione,* quandoque *in solo intellectu.*

•*Quandoque* enim proprietates et accidentia rei quae *sensu* demonstrantur, sufficienter exprimunt naturam rei; et tunc oportet quod judicium de re vera quod facit intellectus, conformetur his quae sensus demonstrat de re: et hujusmodi sunt omnes res natu-rales (physicae), quae sunt determinatae ad materiam sensibilem; et ideo in scientia *Naturali (Physica),* terminari debet cognitio ad sensum, ut scilicet hoc modo judicemus de rebus naturalibus (physicis) secundum quod sensus ea demonstrat, ut patet III Caeli ct Mundi; et qui sensum negligit in naturalibus (physicis) incidit in errorem. Et haec sunt naturalia (physica) quae sunt concreta cun materia sensibili et motu et secundum esse et secun-dum considerationem.

•*Quaedam* vero sunt quorum judicium non dependet ex his quae sensu percipiuntur; quia quamvis secundum esse sint in materia sensibili, tamen secundum definitivam rationem sunt a materia sensibili abstracta. Judicium autem potissimum de una-quaque re fit secundum ejus definitivam rationem.

Sed quia secundum definitivam rationem non abstrahunt a qualibet materia, sed solum a sensibili, ct remotis conditionibus sensibilibus, adhuc remanet aliquid *imaginabile,* ideo in talibus oportet quod judicium sumatur secundum id quod demonstrat imaginatio. Hujusmodi autem sunt *Mathematica.* In Mathema-ticis enim oportet cognitionem secundum judicium terminari ad imaginationem, non ad sensum; quia judicium mathematicum

superat apprehensionem sensus: unde non est idem judicium quandoque de linea mathematica quod est de (linea) sensibili; sicut in hoc quod linea recta tangit sphaeram solum secundum punctum, quod convenit rectae lineae separate, non autem rectae lineae in materia, ut dicitur in *I de Anima.*

«*Quaedam* vero sunt quae excedunt et id quod cadit sub sensu et id quod cadit sub imaginatione; sicut illa quae omnino a materia non dependent neque secundum esse neque secundum considerationem: et ideo talium cognitio secundum judicium non debet terminari ad imaginationem neque ad sensum (sed *ad solum intellectuni).* Sed tamen ex his quae sensu vel imaginatione comprehenduntur, in horum cognitionem devenimus: *vel* per viam causalitatis; ut cum ex effectu causam cognoscimus, quae non est effectui commensurata sed excellens: *vel* per excessum: *vel* per remotionem; quando omnia quae sensus vel imaginatio apprehendunt ab hujusmodi rebus separamus: quos modos cognoscendi *divina* ex sensibilibus ponit Dionysius lib. de divinis Nominibus. Uti ergo possumus in divinis sensu et imaginatione sicut principiis nostrae considerationis, sed non sicut terminis; ut scilicet talia judicemus esse divina qualia sunt quae sensus et imaginatio apprehendit. Deduci autem ad aliquid est ad illud terminari; et ideo in divinis neque ad sensum neque ad imaginationem debemus deduci: in mathematicis autem ad imaginationem et non ad sensum; in naturalibus (physicis) autem etiam ad sensum»1.

* * *

Similiter etiam et pars *practica* duas adhuc suscipit partes. Nam divina Sapientia mundum a se conditum administrat per Providentiam et Gubernationem, ita quidem ut ipsamet sola immediate rebus omnibus provideat, sed in gubernatione consortium etiam aliarum causarum inferiorum adsciscat; pari etiam modo ratio immediate ipsa sola per *prudentiam* regit inferiores partes hominis quantum ad actiones et ad passiones, sed in gubernatione corporis adhibet et membra quasi causas inferiores vel ministrantes, ut per *artem* bona corporea sibi procurent; et propterea *prudentia* est in sola ratione practica sicut in subjecto, sed *ars* est in ratione sicut in principaliter dirigente et etiam in membris quasi in ins-

1 *In Boit, de Trinitate,* q. 6, ar. 2.

trumentaliter obcdicntibus et immediate complentibus opera artificiosa. Unde prudentia humana imitatur divinam providentiam arsquc humana divinae assimilatur gubernationi.

Et quia finis imitationis et intentio est accedere ad perlectionem exemplaris quantum possibile est, ideo exemplar ipsum est quasi finis imitantis *; unde ct in idem numero incidunt finis et exemplar, atque ita Sapientia divina et est *finis* beatificans Philosophum et est *forma* quam Philosophus imitari studet; et sic demum apparet quod sibi invicem respondent principium et terminus Philosophiae, nempe finis in intentione ct finis in exequutione. Quapropter, haec duo simul jungens *Donatus Acciaioli,* egregrie scribit:

«Est igitur finis Philosophiae ut per eam homo summum bonum atque ipsum Deum cognoscat et contemplando atque operando, posthabitis omnibus aliis, similis ei quoad fieri potest evadat: similem autem fieri hominem Deo non substantia, non natura, non ceteris conditionibus divinis ullo pacto dicimus, sed similitudine operationum. *Similitudo* vero non arguit identitatem essentiae. Homo igitur evadit Deo similis *dupliciter,* id est aut *agendo,* aut *contemplando,* secundum duas vires animae intellectivae, mentem scilicet activam aut speculativam. Nam Deo operationes duae tribui solent: una activa quodammodo qua producit ct gubernat hoc universum; alia contemplativa qua seipsum intclligit et omnia quae dicuntur relucere in Ipso; sed tunc homines fieri similes in operatione Deo videntur cum operantur secundum eam potentiam quae est suprema et praestantissima omnium quae sunt in nobis... *Esc igitur Philosophia similitudo per quam homo contemplando et operando evadit similis Deo, similis inquam quoad fieri potest»*[1].

Et haec satis superque erant ad justificandam divisionem Aristotclicothomisticam Philosophiae quam tradidimus: verum, quia cognitio plena cujuscumquc rei habetur in judicio

1 Cfr. *de Veritate,* q. 3, art. I ct 3.

2 *Aristotelis Stagiritae peripateticarum principis Ethicorum ad Nichomaaim libri X* Joanne Argyropulo Byzantino interprete, nuper ad graecum exemplar diligentissime recogniti, cum Donati Acciaioli *Florentini tiri doctissimi commentariis,* demo in lucem editi. l'roocm. l.ugduni, apud Antonium Vincentium, 1544·

completo et perfecto desumpto ex omnibus causis simul[1]. Ill abs re non erit reflexionem quamdam summariam supra nostras vias instituere, ut exinde finaliter appareat earum valor et rectitudo simulque ostendatur deviatio ceterarum viarum —nam eadem est ratio contrariorum— et sic doctrina nostra ulterius roboretur et confirmetur.

I. Vide ergo *omnia sibi consona et quomodo demonstrationes divisionis quas proposuimus sibi invicem sum demonstrationes in diverso genere.*

Ex hoc enim ipso quod finis Philosophiae est naturalis hominis beatitudo, quae multa supponit et includit, nam consistit in cognitione speculativa Dei per creaturas, multae debent esse viae multique motus ad eam perveniendi, atque ideo et multae sint necesse est Philosophiae partes.

Sed cognitio essentialiter fit per asimiliationem: ex hoc ergo quod Philosophia tota quanta est tandit ad cognitionem Dei habendam[2], sequitur quod essentialiter et natura sua in omni motu quaerat assimilationcm ad Deum vel Dei similitudinem; Dei, inquam, non quomodocumque, sed quatenus Sapiens vel cognoscens est. Inde ergo Divina Sapientia est veluti exemplar Sapientiae nostrae, quae est Humana[3], totque erunt gradus imitationis vel assimilationis ad Ipsam quot sunt gradus recessus a nostra insipientia et accessus ad Sapientiam Dei: erunt igitur, sicut multae viae ad Divinam Sapientiam, ita et multi gradus imitationis Ejus.

Nunc autem siste et meditare:

Ad finem naturalem debent esse vires naturales sufficientes, nam ordo agentium debet respondere ordini finium. Ergo necesse est quod homo naturaliter habeat in se vires naturales sufficientes ad transeundum per omnes illas vias et ad perveniendum ad earum terminum, qui est cognitio naturalis Dei, in qua sita est naturalis ejus beatitudo. Hujus-

1 Nam sicut res perfecte ct complete constituitur in *esse* per omnes causas simul sumptas, ita etiam complete et perfecte debet constitui in *COgnOSci.*

2 *III Contra Gent.,* cap. 25. Cfr. loc. supra cit., ex 1, q. 80, art. 1.

3 I nde ct merito homo, qui per rationem *formaliter* constituitur, dicitur *ad imaginem Dei facitis (Gen. I,* 26-27).

modi autem vires non sunt proprie loquendo diversi actus [1] nec etiam immediate potentiae diversae [2], sed diversi habitus potentiae cognoscitivae humanae, quae est ratio; habitus enim sunt inmcdiata principia operationum et motuum, atque appellantur proprie virtutes (vires). Et quia habitus rationis dicuntur scientiae, inde sequitur quod homo, ad perveniendum in beatitudinem naturalem seu cognitionem Dei, indiget pluribus scientiis naturalibus, quas acquirere debet naturaliter et habere, totque erunt quot sunt necessariae ad Dei Sapientiam, per Sapientiam humanitus acquisitam, degustandam.

At ulterius considera: Divina Sapientia seu Veritas multipliciter imitata et expressa manet in formis rerum exsistentium, quae sunt veritates impressae et derivatae ab ipsa Veritate Prima ab Eaque exemplate secundum diversas similitudines ct proportionalitates [3]. Jam igitur humana mens, dum in cognitione a formis rerum informatur et earum similitudines in se recipit, ipso facto et quasi exercite recipit similitudinem Veritatis Primae seu Divinae Sapientiae; nam quod formaliter assimilatur formis exemplatis a Sapientia Divina Eique similibus, hoc ipso formaliter etiam assimilatur Ipsae Divinae Sapientiae. Atque ita diversae formae rerum, diversimode et gradualiter imitantes Divinam Sapientiam, aptae natae sunt diversos radios Divinae Sapientiae deferre et imprimere in humana mente, quae hoc modo gradualiter per diversos habitus scientiae diversimode accedit ad Dei similitudinem, exprimendam utique in summo quantum homini naturaliter datum est, per habitum Sapientiae.

Et nunc disce elevare ingenium tuum. Formae rerum ut res sunt, sunt formae exemplatae et assimilatae Divinae Sapientiae; sed, si considerentur relative ad nostram rationem, erunt formae rerum ut scibiles sunt et quasi nostram

1 Nam actus supponit vim a qua procedit et ulterius possunt esse ipse finis.

1 Quia potentiae creatae rationales debent ulterius determinari, ut finem suum assequantur.

3 Cfr. *De Veritate,* q. I, art. 4 ct alibi passim.

rationem exemplantes eique Divinam similitudinem quasi deferentes.

Nisi ergo divinam similitudinem in se haberent, illam deferre et imprimire non possent in mente nostra; et nisi mens humana esset accommodata et proportionata formae scibili, talem similitudinem formaliter recipere non valeret, quia non reciperet formam per modum formae, quae ad similitudinem proprie dictam requiritur. Inde ergo habes quomodo forma rei ut res est et aptitudo mentis receptivae et informabilis formaliter, fundant formam rei ut scibilis est, quae immediate et per se primo informat humanam mentem eamque perficit et beatificat.

Et sic omnia clarescunt et philosophia Philosophiae penetratur et beatitudo quaedam dulcissima praegustatur.

Sed forte occurret aliquis dicens; ecce habeo *tres difficultates,* quas tibi sincere velim exponere.

Prima difficultas est, quia in expositione allata non sufficienter videntur premi vestigia S. Thomae; nam S. Doctor in alio genere ponit scientias practicas et scientias speculativas, quas inter non ex aequo numerat Logicam, sed potius reductive quasi scientiam aliquam secundariam; tu vero omnes scientias indistincte resolvere videris in abstractionem gradusque abstractionis.

Habeo et *aliam difficultatem;* nam posuisti Mathematicam inter partes Philosophiae, quod tamen non videtur sane dictum; quia omnes distinguimus inter Mathematicam et Philosophiam omnesque dc illis loquuntur quasi de habitibus distinctis. Quin etiam, si positio tua vera esset, periculum inminere videtur ne forte mathematismus in Philosophiam introducatur, et hoc est maximoperc abhorrendum, quia Platonismum ct Cartesianismum sapit.

Sit jam *tertia difficultas;* quantum ex tua expositione colligere potui indentificas et confundis Philosophiam in genere cum Scientia in genere, et propterea loqueris de divisione Philosophiae sicut de divisione scientiae, promiscue unam pro alia sumendo.

Haec tamen, ni fallor, tolerari non possunt, maxime propter duo: i.° quidem, quia magna confusio ingereretur in scientiis, quarum tamen accurata distinctio est summopere procuranda, ut unaquaeque in propio campo rite evolvi et perfici queat: unde et mirabiles progressus, quos nunc cernimus specialization! et distinctioni uniuscujusque scientiae ab aliis et a Philosophia deberi, historia testatur; 2.° quia videtur laedi autonomia scientiarum ob nimium centralismum quem asseris et defendis; hoc tamen injuriae vertendum est, quia Philosophus revereri tenetur jura scientiarum cum tanto sudore acquisita.

Respondemus ad *primani difficultatem* dicendum quod vestigia S. Thomae sunt premenda non materialiter et secundum puram litteram, sed *formaliter et secundum spiritum",* si enim littera ipsius verbi Dei occidit, spiritus autem vivificat, quanto magis occidet mera littera hominis sine spiritu vivificante! Porro spiritus Philosophiae est veritas, docente S. Thoma: mon enim pertinet ad perfectionem intellectus mei quid tu velis vel quid tu intelligas cognoscere, sed *solum quid rei veritas habeat* x.

Jam vero demonstrationes quas dedimus verae sunt. Ergo spiritus philosophicus postulat quod in ipsis quiescamus, et ne de litteris nimis sollicitis simus, «quia, *cum de rebus agitur, debet quaestio nominum intermitti* 2.

Attamen si, quae S. Thomas expressis verbis docuit profunde penetrasti, videbis in illis *spiritum* ejus et confirmationem eorum quae diximus.

Nam exorditur *ex fine* Philosophi, qui duplex esse potest et debet; *scire* (veritas) et *operare* (actio, operatio), et inde duplex Philosophiae pars, speculativa et practica. Ex fine autem determinato, ulterius determinat materiam et formam Philosophiae, quae finibus illis respondere debent. Et propterea concludit quod materia speculativae est a nobis independens, dum materia practicae pendet a nobis, utpote in nobis habens principium.

1 I, q. 107, art. 2.
2 *De Veritate,* q. 18, art. 6.

Jam ergo procedit ad subdividendam utramque partem secundum formalem rationem uniuscujusque. Nam speculativam subdividit in *proprie et principalior* dictam, quae est de rebus omnino a nobis independentibus; et in speculativam *reductive et secundario* sumptam, quae est de veritatibus objective tantum esse habentibus in intellectu nostro, et ideo a nobis pendent secundum *esse,* licet non secundum essentiam. Rursus speculativam *proprie dictani* subdividit in tres partes ex divisione objecti proprie speculabilis in quantum est speculabile, scilicet in Physicam, Mathematicam et Metaphysicam, ut supra retulimus.

Denique practicam subdividit ex divisione objecti *praciicabilis* —ut ita dicam— in quantum hujusmodi; nam, si sit operabile vel practicabile per *actionem* (immanentem) dicitur agibile, et est objectum Ethicae, sin autem operabile sit per *factionem* tantum (transeuntem), sic est factibile et objectum Artis: unde practicam scientiam subdividit in activam et factivam.

Vide ergo quomodo S. Doctor sumit completam divisionem Philosophiae ex diversis causis ejus simul sumptis, et intellige veritatem (spiritum) eorum que hucusque diximus.

Quod, si velis clarius percipere, en schema divisionis thomisticae secundum spiritum latentem in ipsa littera S. Doctoris:

I) *scire, et tunc ejus objectum est speculabile;* quod ideo constituit Philosophiam *speculativam.* Haec autem *vel* est.....

A) *proprie et principaliter dicta,* utpotc quae versatur circa speculabile *reale;* sed istud speculabile *aut est*.....

a) *simpliciter,* hoc est, *secundum esse et intelligi — forma sensibilis conjuncta materiae: Physica.*

b) *secuudum quid,* nempe *secundum esse, at non secundum intelligi — forma imaginabilis (intelligibilis) conjuncta materiae: Mathematica.*

P) *independent prorsus a materia et motu,* hoc est, *secundum esse et intelligi — forma intellsgibilis separata vel separabilis a materia: Metaphysica.*

B) *reductive et secundario,* utpotc quae concernit speculabile *intentionale,* quod est *reductive tantum speculabile = Logica.*

II) *operare, quo in casu respicit objectum operabile,* ergo tale objectum est *operabile per actionem*.....

A) *nobis immanentem,* ct tunc dicitur *agibile et eligibile = Ethica.*

idcoquc Philosophiam *practicam* constituit. *Aut*

B) ex *nobis transeuntem (factionem),* et sic est *factibile tantum — Ars.*

Ad alteram difficultatem dicendum quod objiciens *trepidavit timore ubi non erat timor.* Nam Mathematica difert a Philosophia sicut pars potentials a toto: unde *peccant, non solum qui omnino confundunt Philosophiam cum Mathematica, sed etiam qui omnino eas separant.* Error autem mathematismi timendus esset in expositione nostra, si non accurate distinxerimus abstractionem mathematicam ab aliis duobus generibus abstractionis; nam inde sequeretur *univocitas* scientiae vel Philosophiae; et in hoc stat radix excessus Platonismi et Cartcsianismi, ut notavit S. Thomas post Aristotelem sed nos posuimus scientiam vel Philosophiam *analogam* et pariter monstrabimus abstractionem *analogice* dici de modis et gradibus suis; unde nullum est periculum mathematismi in nostra sententia rite intellecta.

Objiciens vero ex adverso videtur omnino separare Mathematicam et Philosophiam, quod tamen non licet; nam, ut ex dictis constat, intellectus noster in statu conjunctionis non potest omnino spoliari modo mathematico cognoscendi, etiam dum metaphysicalia considerat: *quod ergo metaphysicus debet facere non est Mathematicam respuere, sed ipsam transcendere et proportiones metaphysicas perspicere sub velamine proportionum quantitarivaruni in phantasmatibus apparentium.* Ubi notandum, quod arguens videtur supponere quod Metaphysica est *unica* Philosophia; sed hoc, quam falsum sit, ex dictis in prima parte comperimus.

Mathematica, *si rite et cum debita mensura adhibeatur,* maxime inservit ad ardua problemata solvenda tum physica tum metaphysica, quatenus dare potest quasi *formam* et intelligibilitatcm *materiae* physicae —v. gr., dare rationem *propter quid* vulnera circularia sint difficilius sanabilia, ut notavit *Aristoteles*[1]—, et rursus praebet exempla et subsidium intelligcntiae mctaphysicac ut ex corporalibus assurgat ad pure incorporalia[3]. Unde et in moderna Philosophia

[1] *In Boët. dc Trinitate,* q. 5, art. 2 ct 3; *I Mctaph.,* lect. 10, n.' 157-8; *III Mctaph.,* Icct. 7, n. 404-405 ct alibi passim.

[2] *I Bost.,* XIII, 17 (h 135, 19-22).

[3] «Notandum, ait S. Thomas, quod très sunt partes Philosophiae essentiales ex VI Mctaph.; Naturalis (Physica), Mathematica ct Divina

magnas partes habet Mathematica; veruntamen cum excessu, quia non transcendit quantitatem ut mentem figat in scibili metaphysico. Et inde est quod, quidquid verum est et utile in Mathematica respectu aliarum partium Philosophiae sepositis exaggerationibus, totum id reperitur in spiritu Philosophiae aristotelico-thomisticae. Atque ideo merito ab Aristotele et S. Thoma recensetur Mathematica inter panes Philosophiae. «Concludit (Philosophus) quod *tres sunt parus Philosophiae theoreticae·,* scilicet *Mathematica, Physica tl Theologia* (naturalis) quae est *Philosophia Prima (Metaphysical» x.*

Demum *aci tertiam difficultatem* dicendum quod arguens tranquillus sit et pacatus exspectans proprium locum et opportunitatem; nam solutio hujus difficultatis non est istius loci, sed patebit in subsequentibus. Interea tamen duo animadvertat: i.°, quod praecipitatio et impatientia e diametro opponuntur vero spiritui philosophico, qui postulat quietem et tranquilitatem animi ut omnia juste ponderet ct observet, semper prae oculis habens quod *(.judicium de aliqua re... perfecte dari non potest ante ejus consummationem»*2; 2.° ne arguat quemquam de confusione usque dum ipse claritatem perspicuam habeat, nam forte ille timor de ingenti confusione aliena nititur totus in confusione aliqua majori ex parte sui. Videbis postea quod talis confusio, quae tantopere timetur, est pure imaginaria. Sed de his satis ad praesens.

(Metaphysics). Secundum Naturalem Philosophiam dicitur Ph'losophia se cohibere ad communem mensuram in quantum tractat de naturalibus quae communiter via sensus cognoscuntur inter quae natura hominis est summum ad quod pervenitur. Dicitur autem Philosophia *pulsare coelum* quoad *Mathematicam,* in quantum tractat de motibus et de figuris astrorum; dicitur autem *penetrare coelum* quoad *Mathematicam* in quantum dirigit in cognitionem Dei ct substantiarum separatarum.» *(tin libros Boetii dc Consolatione Philosophiae,,* edit, cit., lib. I, met. i. Cfr. etiam *in Boët. dc Trimt.,* q. 5, art. I, ad 9; q. 6, art. 2, ad 5.)

l *VI Metaph.,* lect. 1, n. 1166.

1 HI, q. 59, art. 5.

Prosequamur ergo materiam inceptam.

2. Inde jam facile est *judicare tum de valore divisionis nostrae, tum etiam de errore classificationis aliorum.*

Apparet valor et veritas divisionis nostrae, quia simul respondet et *rebus* et *nobis:* el propterca, si sumatur *in sensu composito pro Sapientia-Humana,* prout revera sumi debet, est *omino necessaria:* quod, si velis sumere pro sola Sapientia, tunc non invenies talem necessitatem; quia Sapientia ut sic neque includit pluralitatem habituum neque excludit: si enim includeret, non posset in Deo reperiri, in quo talis pluralitas non datur; sin autem excluderet, jam Sapientia Humana excluderetur, et forte etiam Sapientia Angelica, in quibus quaedam pluralitas dari potest et debet h Scias enim quod Sapientia est quid *analogum* diversimode dictum de Divina Sapientia et de Angelica ct dc Humana; et ideo quaedam sunt de ratione Sapientiae quatenus Humana quae non sunt de ratione Sapientiae ut sic multoque minus quatenus cst Divina vel Angelica. Unde sapientissime S. *Thomas* docet quod divisio Sapientiae nostrae non quadrat Sapientiae Angelicae nec Sapientiae singulari Hominis-Dei hoc est, Christi; nam Sapientia Angelica cst sola Aletaphysica, dum Sapientia Christi est proprie loquendo Sacra Theologia, quae omnem suam scientiam, etiam expérimentaient, quasi informat.

«*Ex limpiditate* cognitionis, ait 5. *Thomas* contingit quod scientia est *magis unita et simplex:* quia quanto limpidius videt intellectus, tanto ex paucioribus potest cognoscere plura. Unde cum anima Christi habuerit limpidissimam cognitionem inter omnes creaturas, scientia ejus fuit magis unita, et per formas magis universales quam aliqua scientia creaturae. *Divisio autem habituum in diversis rebus cognoscendis contingit* IN nobis *ex hoc quodformae intelligibilcs* IN nobis *sunt minime universales:* unde oportet quod diversas res per diversas species cognoscamus, et diversae species secundum genus faciunt diversos habitus scientiarum: et propter hoc Angeli qui habent scientiam magis universalem, utpote non

1 Cfr. I-II, q. 50, art. 4, corp, ct ad 1; art. 6; ct q. 51, art. 1, ad 2.

acceptam a rebus, non habent cognitionem de rebus per diversos habitus»[1].

«Et tamen etiam in nobis, non omnis diversitas rerum facit diversas scientias, sed diversitas quae requirit *diversam rationem cognoscendi,* sicut naturalia distinguuntur a mathematicis..,

«Non quaelibet specierum diversitas facit habitum diversum (alias oporteret quod quot sunt res, tot essent scientiae) sed diversitates specierum, *quae non reducuntur ad eumdem modum cognitionis secundum genus: quae quidem diversitas contingit ex hoc quod lumen intellectus nostri est particulatum et debile',* et ideo in Christo non fuit talis divisio habituum propter luminis claritatem» [3].

Et alibi magis universaliter docet:

«Beatitudo sive felicitas est in perfectissima operatione habentis rationem vel intellectum. Intellectus autem perfectissima operatio est in contemplatione altissimi intelligibilis, quod Deus est. Unde tam Deus quam Angeli quam etiam Hominis ultima felicitas et beatitudo, Dei contemplatio est, non solum secundum Sanctos, sed etiam secundum Philosophos.

»Hanc autem operationem non est possibile aequaliter in omnibus inveniri: unde beatitudo uniuscujusque consistit in quantum hanc operationem attingit secundum modum suae perfectionis; et ideo diversimode invenitur in Deo et in Angelis et in Homine secundum eorum naturalia consideratis.

»Ipse enim Deus se ipsum per essentiam suam videt et non per aliquam sui similitudinem. Intellectus autem Angeli naturali cognitione ipsum videt per similitudinem ejus acquisitam in ipso (Angelo): unde in Lib. *de Causis* dicitur quod Intelligentia scit quod est supra se in quantum est creata ab eo: unde similitudinem divini esse participat secundum modum suum. Sed intellectus humanus non pervenit ad hanc visionem naturali cognitione, nisi per similitudinem a creaturis receptam, in quantum per ea quae facta sunt (intellecta) invisibilia (Dei) cognoscit, ut dicitur *Rom.,* 1,20»[4].

Oportet ergo rationem et divisionem Philosophiae resol-

1 ***III*** *Sent.,* dist. 14, q. 1, art. 3, qla. 4.
2 Ibid., ad *2.*
3 Ibid., ad 3.
4 ***II*** *Sent.,* dist. 4, q. 1, art. 1.

vere *in haec duo simul:* in rationem *Sapientiae,* ascendendo per formas rerum usque ad Sapientiam Dei; et in rationem *Humanae* (humanam), quae debilis est et multiplicabilis et multipliciter perfectibilis: et hoc modo divisio illa est *necessaria et per se.* Quapropter *Fonseca,* S. J., eleganter scribit: *«Non sola commoditas nostra, sed natura quoque rerum scientiarum distinctionem induxit»* [1].

Et 5. *Thomas,* postquam divisionem fecerat formae scibilis secundum gradus abstractionis, addit: *«Non est autem possibile quod sint aliquae res quae secundum intellectum rependeant a materia, et non secundum esse; quia intellectus, quantum est de se, inmaterialis est,' et ideo non est (possibile) quartum genus Philosophiae (speculativae) praeter praedicta»* 2.

Fortiusque adhuc *Dom. Gundissalinus* scribit: «Secundum has igitur omnes divisiones *necessario* partes philosophie theorice tres sunt: scilicet *aut* speculatio de hiis quae *non sunt* separata a suis materiis *nec* in esse *nec* in intellectu; aut est speculatio de hiis quae sunt separata a materia in intellectu, *non* in esse; aut speculatio de hiis, quae *sunt* separata a materia *in* esse et *in* intellectu. Prima autem pars divisionis dicitur scientia *phisica* sive naturalis, quae est prima et infima, secunda dicitur scientia *mathematica* sive disciplinalis, que est media; tercia dicitur theologia sive sciencia prima; sive philosophia prima, sive *metaphysica.* Et ob hoc dicit Boetius quod phisica est inabstracta et cum

1 *Metaph.,* lib. 2, cap. 5, sect. 2, edit, cit., p. 425. Pariterque T. Pesch, S. J.: *tomnino concedendum* est, inquit, divisionem antiquitus datam *ita naturae rerum contemplabilium ct intellectus contemplantis conformem esse, ut melior afferri non possit» (Institutiones Logicales secundum principia S. Thomae Aquinatis,* Pars I, p. 17. Friburgi Brisgoviae, Herder, 18S7).

Ex adverso, J. Donat, S. J., inscite scribit «divisionem Philosophiae *adhuc neque perfectam neque ad finem perductam esse» (Summa Philosophiae Christianae,* t. I, *Logica,* pâg. 8. Oenipontc, typis ct sumptibus Feliciani Rauch, 1922). Sed cx dictis apparet Cl. Auctorem aliosque nuperos scholasticos cum ipso sentientes *adhuc neque perfectos philosophos neque ad finem Philosophiae, hoc est, ad Mctaphysicam, perductos esse:* unde vel plus sapere vel tacere debuissent circa ea quae ignorant.

2 *In Boët. de Trinit.,* q. 5, art. 1 corp, in fine.

motu, mathematica abstracta et cum motu, theologia vero abstracta et sine motu.

«Et hec 1res tantum sciende sunt partes philosophie theoria, eo quod non possunt esse plura genera rerum, quam hec tria de quibus possit fieri speculaeio». Unde Aristoteles: ideo sciendarum sunt species tres, quoniam una speculatur quod movetur et corrumpitur, ut naturalis; et secunda, quod movetur et non corrumpitur, ut disciplinalis; tercia considerat quod nec movetur nec corrumpitur, ut divina» \

Patet etiam *falsitas classifications aliorum.* Sumpserunt enim *Humanam-Sapientiam in sensu diviso,* ct propterea erraverunt ex utraque parte.

Ita divisio Baconiana et ceterae quae *secundum tendentiam empiristicam* sequutae sunt, usque ad D. Ed. Goblot, *vel nimis vel unice* attendunt rationem elementi *humani (Humanae),* quae habet rationem *quasi materiae,* ut dictum est; et idcirco sunt divisiones et classificationes materiales et empiricae; sed *non habent rationem Sapientiae,* quia non respondent formis rerum.

Ex adverso classiftcatio Cartesianorum una cum Wolffiana et. Ontologistarum negligit conditionem *Humanam* Philosophiae, et nimis insisti in ratione *Sapientiae* seu formis rerum *secundum modum mathematicum·,* et ideo *non est divisio accommodata nostrae Philosophiae,* sed forte Sapientiae Dei vel Angelorum: nec mirum, nam considerant animam humanam ac si unice constitueret *totum hominem,* eo ipso quod non esset forma, sed motor corporis.

Scotistae vero et quotquot posterioribus temporibus ipsos sequuti sunt rationem Philosophiae non satis penetrasse videntur, quia nec satis metaphysici erant nec ideo veram rationem analogiae possidebant: unde nihil mirum, si rationes

Op. cit., prol., p. 14-15.

divisionis Philosophiae *materialiter intellexerint* et ad crisim *materialem revocarintl.*

Unde, sicut divisio nostra venit finaliter resolvenda in rationem «Sapientiae-Humanae», ita possumus dicere quod aliae classificationes radicem habent ultimam in «Humana-Insipientia», quae quandoque peccat *per excessum* et quandoque *per defectum:* est enim *insipiens* non tantummodo ille non scit quod potest ct debet, verum etiam ille qui putat se scire quod nescit vel sapere intendit que non potest capere.

l Compertum est enim quod scotistae, a quibus postea quadantenus sumpserunt suareziani, habitum scientiae intelligunt *ad modum aggregationis* cujusdam et non ad modum qualitatis simplicis, ut S. Thomas perpetuo tradidit. Et hoc ideo, quia non satis attendunt rationem formalem objecti, sed potius materialiter considerant.

CAPUT II

DE QUALITATE VEL NATURA PARTIUM PHILOSOPHIAE

Consequenter investiganda est natura huismodi partium Philosophiae. Sunt autem tres classes partium: aliae intégrales, sicut fundamentum, paries et tectum sunt partes domus; aliae subiectivae sive essentiales, ut rationale et irrationale sunt partes animalis; aliae potentiales sive virtuales, sicut vis vegetativa et sensitiva sunt partes animae rationalis, vel sicut subdiaconatus et diaconatus sunt partes presbyteratus[1]. Quaeritur ergo ad quamnam ex his classibus reducantur praedictae partes Philosophiae.

Art. i.—Non sunt partes intégrales

Atqui reduci nequeunt ad partes intégrales. Vel enim reducerentur ad partes intégrales proprie dictas, vel large acceptas. Non primum, quia partes intégrales proprie dictae sunt partes quantitativae sive corporales, ut caput, truncus, brachia et crura sunt partes intégrales, corporis humani: Philosophia autem non est quid corporeum vel quantita-

1 Cf. S. Thom, in III Sent, d, 33, q. 3, a. 1, qla. 1 c, n.° 268; Summa thcol. II-II, q. 143, 1. unie.

tivum, sed quid essentialiter spirituale. Non est ergo totum quoddam intégrale, neque ideo potest habere partes intégrales proprie dictas.

Neque alterum, quia huismodi partes sic sumptae non nominant habitus distinctos, id est tot habitus quot sunt partes illae, sed solum conditiones unius habitus operativi quae necesse est concurrere simul ad perfectum actum eius[1], sicut omnia membra alicuius corporis humani necesse est concurrere simul ad perfectum esse eius, ita quidem ut, si vel unum desit, organismus ille mutilus sit et imperfectus, lam vero constat partes Philosophiae esse totidem habitus intellectuales inter se distinctos, ac proin philosophiam ipsam in universum non esse tantum unum specie vel numero habitum. Non enim humanus intellectus tantae est perfectionis et vigoris ut omnia quae sub Philosophia cadunt unico habitu cognoscere valeat[2]. Constat insuper experientia dari posse perfectum actum philosophiae, puta Λletaphysicae explicantis compositionem entis creati e.x essentia et esse sicut ex potentia et actu realter distinctis, quin necesse sit ut ad illum concurrat ullo modo actum Ethicae vel Mathematicae.

Nullo igitur modo partes Philosophiae se habent ad totam Philosophiam veluti partes ejus intégrales: atque ideo Philosophia universa non est totum quoddam intégrale, quasi unus habitus ex diversis ejus partibus coalescens.

Potest tamen concipi in sensu valde improprio et metaphorico philosophia universa veluti corpus quoddam vel arbor scientiae humanae, cuius singulae partes essent quasi

[1] «Hac partes, proprie loquendo, non nominant per se virtutes, sed conditiones unius virtutis integrantes ipsam· (III Sent. d. 33, q. 3, a. 1, qla. ic, n.° 269), idest «quae necesse est concurrere ad perfectum actum virtutis illius· <11-11, 48, t. unie.).

[2] Sennertus, *Epitome Naturalis Scientiae,* lib. I. cap. 1: «omnia enim unico habitu cognosci non possunt, sed variis qui, si omnes coniungantur, perfectam scientiam efficiunt, quae Philosophia ăppellatur (p. 2. Parissiis, apud Societatem, 1633); S. Tohmas, *Summa thcol.,* I, 55, 3c; 89, ic; III, 11, 6; III *Sent.,* d. 14, q. 1, a. 3, qla. 4.

membra vel rami ejus: quo in casu indueret similitudinem quamdam valde remotam alicuius totius quasi integralis. At hic modus concipiendi non est vere philosophicus sive scientificus, sed potius rhetoricus vel poeticus, qui ex se non curat de ipsis naturis rerum.

Quam ob rem merito docet Aristoteles non esse utendum metaphoris in definiendo neque in disputando1, puta si quis dicat scientiam esse quae labi non potest, aut terram nutricem, aut temperantiam concentum2.

Metaphora siquidem analogiam quamdam proportionalitatis praesefert inter id quod proprie et id quod translate sumitur ob partialem quamdam similitudinem inter ea quantum ad effectus quosdam vel functiones, non quantum ad essentiam vel naturam3. «Sed quia res aliqua non est ita uni similis quin etiam aliis possit assimilari, inde est quod ea quae metaphorice dicuntur non ita conveniunt uni quin aliis convenire possint, sicut leo metaphorice et Deus et diabulus dicitur1.» Et ideo «nihil prohibet in his quae dicuntur metaphorice, idem diversis attribui secundum diversas similitudines»5. Qua de causa, locutio metaphorica non est scientifica vel philosophica.

Unde proloquium illud: theologia symbolica non est argumentativa,0 idest theologia ex metaphoris arguens non est demonstrativa, sive non habet valorem scientificum. j «Cujus ratio est, quia [locutiones metaphoricae} non sunt

'. *II Post.,* cap. 12, n.° 23 (I. 167, 23-26). Quem in locum ait S. Thomas: «iicut non oportet disputare per metaphoras, ita non oportet definire per metaphoras, utpote si dicamus quod homo est arbor inversa; nec oportet in definitionibus assumere quaecumquc metaphorice dicuntur· (Icct. 16, n.° S).

2 P/ *Topic.,* cap. 2, n.° 4 (I, 236, 23-32).

2 Cf. S. THOMAM, *De* 1*'erit.,* q. 2, a. ic; *De nialo,* q. 3, a. 2c; q. 16, a. 1 ad 3; I *contra Gent.,* cap. 92, circa finem; S. AUGUSTINUN, *De Civitate Dei,* lib. 9, cap. 5 (ML. 41, 261), quem citat S. Thomas in *De Substantiis separatis,* cap. 17 (cd. J. Perrier, O. P., Opuscula philosophica, n.° 102, p. 191. Paris, 1949), ct in *Responsione ad lectorem Venetum de 36 articulis,* aa. 29-30 (Opuscula Theol. I, cd. R. Vcrardo, O. P. n." 761. p. 206, Taurini, Marietti, 1954).

4 *In IV Sent.* d. 17. q. r, a. 1, qla. 3c, ed. Moos, O. P. n.° 37.

2 *Summa Theol.* I-II, q. 33, a. I ad 1.

4 «Ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio (Petrus Lombardus, *III Sent.* d. 11, cap. 2, n.< 74, ed. Quaracchi, p. 600 .

simpliciter verae, sed secundum quid. Unde etiam Dionysius dicit in Epistola ad Titum quod symbolica theologia non est argumentativa.» 1 «Est enim similitudo quantum ad aliquid..., non tamen quantum ad omnia 2.» Quapropter «poetae, [quorum est hujusmodi locutionibus uti], non sunt philosophi nisi secundum quid», ut ait Sanctus Albertus Magnus 3.

Art. 2.—Neque partes subiectivae

Sed neque partes illae reduci possunt ad partes subiectivas. Tunc enim Philosophia universa esset totum quoddam universale, sive univocum, nempe genus quoddam scientiae sub se continens partes ejus veluti totidem species omnino ex aequo participantes naturam communen ipsius philosophiae ut sic. Hoc autem falsum est, sive considerentur illae partes ut cognoscitivae veritatis obiectivae, sive ut perfectivae hominis cognoscentis.

Nam si considerentur formaliter ut habitus cognoscitivi veritatis objectivae et universalis, se habent inter se ut modi intelligibilitatis vel immaterialitatis obiectivae sive ut modi abstractionis formalis a quibus specificantur, ut patet ex dictis lam vero modi abstractionis formalis non sunt species ex aequo participantes abstractionem formalem ut sic. Quia alia est abstractio simpliciter, idest ab omni materia, cui respondet iMetaphysica; et alia abstractio secundum quid, cui respondet Physica et Mathematica, quae non abstrahunt ab omni materia, sed solum a materia singulari vel a materia sensibili. Simpliciter autem et secundum quid non sunt ir.odi

---

1 S. Thomas, *in III Sent.,* d. ii, cxposit. textus, n.° 82.

2 Idem, *in I Sent.,* d. n, q. i ad i. Cf. ibid., d. 22, 1. 4c; Prol. a. 5c in fine; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 3 ad 5, ed. B. Decker, p. 96,13-15. Leiden, 1955.

3 *Comentarius in Epist. 7 Dionysii,* 2, expositio textus; cd. A. Borgnet, t. 14, p. 910 b.

* II P., cap. i, A.

ex aequo participantes rationem communem in qua conveniunt: verbi gratia, substantia (ens simpliciter) et accidens (ens secundum quid) non sunt species participantes ex aequo rationem communem entis realis finiti in quo conveniunt, sed secundum prius et posterius similiter enuntiatio simplex (una simpliciter) et enuntiatio composita (una secundum quid) non sunt species ex aequo participantes rationem communem orationis enuntiativae, sed secundum prius et posterius, eo fere modo quo unum simpliciter et unum secundum quid participant rationem communem unius [1]. Ergo neque partes philosophiae talibus modis abstractionis formalis respondentes sunt species ex aequo participantes rationem communem philosophiae in qua conveniunt, sed secundum prius et posterius.

Idemque sequitur, si considerentur ut perfectivae hominis philosophantis, idest sub ratione boni [3]. Manifestum est enim finem et medium non esse species ex aequo participantes rationem communem boni, sed modos diversos illud participandi secundum prius et posterius [4]. Atqui partes philosophiae ut perfectivae hominis philosophantis se habent inter se veluti fines et media ad finem. Nam Sapientia vel Metaphysica habet rationem finis, cum det homini supremam perfectionem ordinis naturalis, utpote habitus elicitivus beatitudinis naturalis; aliae vero partes philosophiae habent rationem medii ad hunc finem, cum revera non sint nisi dispositiones sive praeparationes plus minusve proximae vel remotae, necessariae vel utiles ad habitum sapientiae acquirendum et exercendum, idest ad beatitudinem naturalem adipiscendam.

Philosophia enim practica, quae immediate ordinatur ad vitam activam sive moralem regulandam, tota finaliter or-

1 S. THOMAS, *in* ***I*** *Perihcrnu,* lect. 8, n.° 6.
« *Ibid,* n.° i; Jcct. 8, nn. 13, 16; lect. 10, n.° 10.
3 Cf. *in* ***III*** *Sent. d.* 35, q. 1, a. 2, qla. ic. n.° 32.
* S. THOMAS, *in* ***I*** *Sent.,* d. I, expositio textus; *in* ***II*** *Sent.,* d. 21, q. i, a. 3c; *Summa theol.,* I, q. 5»a· 6 3·

clinatur ad philosophiam speculativam, in qua vita contemplativa consistit. Nam vita activa est medium et dispositio ad vitam contemplativam \ Ethica ergo est propter Metaphisicam. Et similiter aliae partes philosophiae speculativae, ut Physica et Mathematica, quae sunt veluti totidem gradus et dispositiones quibus humanus intellectus ascendere valet a mobilibus et materialibus ad immobilia et immaterialia et divina capessenda per Metaphysicam, ubi naturalis comtenplatio consummatur. Qua de causa haec est ultimo addiscenda inter partes philosophiae.

Ad rem S. Thomas: «Omnes autem scientiae et anes ordinantur in unum, scilicet ad hominis perfectionem, quae est ejus béatitude» 2. Et iterum: «ultimus autem finis omnis cognitionis humanae est felicitas»3.

Quapropter «in divisione philosophiae habetur respectus ad finem bcatitudinis, ad quem tota vita ordinatur. Ut enim dicit Augustinus XIX *De civitate Dei,* cap. 1, ex verbis Varronis, nulla est homini alia causa philosophandi nisi ut beatus sit. Unde cum duplex felicitas a philosophis ponatur, una contemplativa et alia activa, ut patet in X Ethicorum, secundum hoc etiam duas partes philosophiae distinxerunt, moralem dicentes practicam, naturalem et rationalem dicentes theoricam» 4.

Et haec «felicitas contemplativa, de qua philosophi tractaverunt, in contemplatione Dei consistit; quia, secundum Philosophum, X Ethic., consistit in actu altissimae potentiae quae in nobis est, scilicet intellectus, et in habitu nobilissimo, scilicet Sapientia, et in objecto dignissimo, quod Deus est. Unde etiam philosophi ultimum tempus vitae suae reservabant, ut dicitur, ad contemplandum divina, praecedens tempus in aliis scientiis expendentes, ut ex illis habiliores fierent ad considerandum divina» 5.

Summa theol. II-II, q. 181, a. 1 ad 3; q. 182, a. 4.

2 *In XII libros Metaphysicorum Aristoteliis,* proocm. S. Thomac.

3 *III contra Gent.,* cap. 39, arg. 5.

Inlibrum Boethii de Trinitate, q. 5, a. 1 ad 4, cd. cit., p. 169, Π-18.

5 In 111 Se,,t· d· 35. q· b a. 2, qla. 3c, n.° 44. Cf. *in lib. Boethii de Trinitate,* q. 6, a. 4, obi. 3 et resp., p. 224, 8-12; p. 229, 20-22.

Pono «ad cognitionem eorum, quae de Deo ratio investigare potest, *multa praecognoscere oportet, cum fere lotius Philosophiae consideratio ad Dei cognitionem ordinetur.* Propter quod Methaphysica, quae circa divina versatur, inter Philosophiae partes ultima remanet addiscenda» L «Ipsaque Prima Philosophia tota ordinatur ad Dei cognitionem sicut ad ultimum finem: unde et Scientia Divina nominatur. *Est ergo cognitio divina ultimus finis omnis humanae cognitionis et operationis»2.*

Ideo ergo, «quamvis scientia divina sit prima omnium scientiarum [quoad se], *naturaliter tamen quoad nos aliae scientiae sunt priores.* Ut enim dicit Avicennain principio suae Metaphysicae, ordo huius scientiae est ut addiscatur post scientias naturales, in quibus sunt multa determinata quibus ista scientia utitur, ut generatio, corruptio, motus, et alia huiusmodi. Similiter etiam post Mathematicas. *Indiget* enim haec scientia, ad cognitionem Substantiarum Separatarum, cognoscere numerum et ordines orbium caelestium, quod non est possibile sine Astrologia, ad quam tota Mathematica praeexigitur. Aliae vero scentiae sunt *ad bene esse* ipsius, ut Musica et Morales et alia huiusmodi»3.

^Oportet igitur quod ultima felicitas hominis quae in hac vita haberi potest, consistat in consideratione Primarum Causarum... Et inde est quod philosophorum intentio ad hoc principaliter erat, ut, per omnia quae in rebus considerabant, ad cognitionem Primarum Causarum pervenirent. Unde *scientiam de Primis Causis ultimo ordinabant, cuius considerationi ultimum tempus suae vitae deputarunt: primo* quidem incipientes a Logica, quae modum scientiarum tradit; *secundo* procedentes ad Mathematicam, cuius etiam pueri possunt esse capaces; *tertio* ad Naturalem Philosophiam, quae propter experientiam tempore indiget; *quarto* autem ad Moralem Philosophiam, cuius iuvenis esse conveniens

1 *I Contra Gent.,* cap. 4.

/// contra Gent., cap. 25, arg. 6.

Ifi librum Boethii de Trinitate, q. 5j a· 1 ad 9' c0. cit., p. 172, 3-12.

auditor non potest; *ultimo* autem Scientiae Divinae insistebant, quae considerat Primas entium Causas»[1].

Fatendum est tamen inde ab antiquo plures tenere Philosophiam esse genus quoddam univocum, cuius partes essent totidem species eius. Ita, ut videtur, Rogelius ALarston, O. F. M. (f 1303), qui docet scientiam angelorum univoce convenire cum scientia nostra, inter quas tamen maior est differentia quam inter partes Philosophiae humanae [2]. Et clarius adhuc Petrus Aureolus, O. F. M. (j· 1322), pro quo Physica, Mathematica et Aletaphysica sunt essentiales *species* scientiae in communi, idest philosophiae speculativae [3]. Cuius ratio est, ut ait Joannes de Janduno (f 132S), qui eamdem opinionem tuetur ut probabiliorem, quia istae partes, utpote habitus, sunt in eodem praedicamento qualitatis, et quidem in prima eius specie [4]. Philosophia ergo universa esset in genere qualitatis, non tamen quasi genus supremum, sed quasi genus proximum —vel saltem subalternum— aequaliter participatum ab eius partibus.

Et quidem divisio trimembris aristotelica in Physicam, Mathematicam ct Metaphysicam, facile reducitur ad bimembrem, more unicovorum. Nam philosophia speculativa immediate et adaequate dividitur in abstrahentem ab omni[5] II.

[1] *In librum De Causis* prooemium S. Thomae, p. 2, 5-7, 14-24, ccT II. D. Saffrcy, O. P., Fribourg (Suisse), 1954, Cf. etiam *in VI Ethic.,* lect. 7 n.° 1.209-1.211; *in II de Caelo et Mundo,* lect. 18, n.° 4 in fine; De Verit. q. 2, a. 2c; q. 22, a. 3c. Quantum vero ad philosophos arabos et iudacos, ad quos provocat S. Thomas, videsis Alpharabi, *Liber exercitationis ad viam felicitatis,* cd. H. Salman, O. P., Recherches de Theologia ancienne et médiévale, 12 (1940), p. 35-48, praesertim p. 45-47; Avicenna, Opera, Metaphysica, tract, i, cap. 3, fol. 7irb-va, Venetiis, 1508; Algacel, *Metaphysica,* p. 1-2, ed. J. T. Muckle, C. S. B. Toronto, 1933; Dominicus Gundissalints, *Dedivisione philosophiae,* prologus, p. 15-17, cd. L. Baur, Münster, 1903: Maimonides, *Dux perplexorum,* lib. 1. cap. 3, fol. I3ra, Parisiis, 1520.

[2] *Quaestiones disputatae: De Anima,* q. 4 ad 7, p. 302. Quaracchi, 1932.

[3] *Scriptum super I Sententiarum,* Prooemium, sect. 3, n.° 77, p. 241, cd. M. Buytaert, O. F. M. New York, 1953.

[4] *Acutissimae quaestiones in XII hbros Metaphysicac,* ad Aristotelis et magni Commentatoris intentionem, lib. 6, q. 4, p. 404 a. Venetiis, 1560.

materia —Metaphysica— et in non abstrahentem ab omni materia, quae rursus subdividitur in abstrahentem a materia individual! tantum (Physica) et in abstrahentem simul a materia individual! atque sensibili (Mathematica) 1.

Quo argumento nixus, Chrysostomus Javelli, O. P. (f post 1538) negat philosophiam ut sic esse quid analogum sed necessario debere esse quid univocum.» Quoniam -inquit- quod in uno solo praedicamento continetur non potest esse analogum, sicut nec aequivocum: coordinatio enim unius praedicamenti constituitur ex generalissimo et specialissimo et subalternis generibus, ac differentiis essentialibus, secundum doctrinam Porphyrii. Constat autem quod scientia et inferiora sua, ut practica et speculativa et partes speculativae, continentur in praedicamento qualitatis, et in primo genere. Ergo non est analogum...

Dicendum est ergo quod est genus, cujus prima divisio debet esse bimembris vel reducibilis ad bimembrem. In proposito dico, licet Philosophus assignet trimembrem, ut brevius et clarius manifestaret differentiam inter scientiam divinam et physicam et mathematicam, tamen sic potest reduci ad bimembrem: omnis scientia speculativa, vel est de omnino abstractis a materia, et haec est Metaphysica, vel de abstractis non omnino. Et hoc dupliciter: quia de abstractis a materia sensibili tam universali quam particulari, et haec est mathematica; vel de abstractis solum a materia sensibili singulari, et haec est physica» 2.

Immo Joannes a S. Thoma (f 1644) extendit idem argumentum ad omnes potentias et habitus animae, quos dicit esse univocos quia conveniunt in eodem praedicamento sive supremo genere qualitatis. «Tenendum est —ait— et dicendum tam virtutes intellectuales quam morales conve-

1 *Ibid,* p. 404b.

* *Quaestiones super* ***XII*** *Metaphysices Aristotelis libros,* ad mentem Aristotelis et S. Thomae ut plurimum decisae, in lib. 6, q. 7, p. 776 a. Lugduni, 1568..

nire univoce inter se, sive considerentur entitative [sive] in formalitate virtutis.

Loquendo *in genere physico* constat manifeste, quia non possunt magis analogari istae virtutes in entitate sua physica quam ipsacmet potentiae ad quas perticnt, scilicet intellectus et voluntas. Nam etiam in illis invenitur dependentia, quia non minus voluntas dependet in sui directione ab intellectu quam virtus moralis a prudentia: constat autem intellectum et voluntatem non convenire analogice, sed univoce, *quia sub eodem praedicamento continentur et sub eodem genere subalterno potentiae vel impotentiae.* Ergo similiter virtutes intellectuales et morales ad istas potentias pertinentes, si physice et entitative considerentur, univoce conveniunt, quia in eodem praedicamento ponuntur et sub eodem genere subalterno, nempe sub specie habitus» x.

«Ceterum virtus intellectualis et moralis, *etiani in ratione virtutis,* idest habitus virtuose et perfecte operativi in suo ordine et linea, univoce conveniunt tamquam in genere rectae dispositionis ad operandum, quod pertinet ad hanc rationem geneticam virtutis.

Quod autem isto genere et linea recte et virtuose operandi, virtus moralis simpliciter rcctificet ad operandum ex parte etiam operantis; virtus autem intellectualis solum rectified ex parte operis praebendo facultatem ad faciendum opus rectum in suo genere: *haec,* inquam, *diversitas provenit ex differentiis ipsis virtutum, non ex ratione generica. Unde hoc non tollit univocationem, quia univocatio non tollitur nisi quando diversitas et inaequalitas ipsa provenit ex ratione communi, non ex propriis differentiis:* omnes enim diiferentiae inaequales et diversae sunt» 2.

Novam rationem, quod ad univocationem philosophiae speculativae spectat, cui etiam calculum adiiciunt Ludovicus

l Cursus theol., in **I-II, t. II,** disp. 16, a. 5, n.° 2, p. 143b. Lugduni» 1663. Edit. A. Mathicn et H. Gagné, *De Virtutibus,* nn. 873-874, p. 274. -Québec, 1952.

* *Ibid,* n.° 4, p. 144a; ed. Québec, nn. 879-880, p. 276.

Carbone a Costacciaro 1 (f c. 1589) et Raphael Aversa (t 1657) Ord· Minim. 2, afferre contendit Zacharias Pasqualigo (1664), dicens rationem communem scientiae vel philosophiae speculativae, scilicet cognitionem certam et evidentem per causas, aequaliter convenire physicae, mathematicae et metaphysicae, quia omnes et singulae revera praeseferunt talem cognitionem vere scientificam. Quod vero una sit alia certior et evidentior, aut etiam una demonstret per causas reales et alia per causas virtuales sive rationes causales, non tollit univocationem earum, quia talis diversitas provenit ex ipsarum differentiis specificis, non ex ipsa ratione communi inaequaliter participata 3.

Suamque disputationem claudit hisce verbis: square maneat philosophiam speculativam ut sic dividi modo supra explicato in tres panes, Metaphysicam, Physicam atque Mathematicam, *tamquam genus univocum in suas proprias species»4.*

Praesertim vero in hanc sententiam venire debent omnes illi philosophi qui univocationem entis ut sic defendunt, quod et genus dicunt relate ad omnes modos atque categorias entis. Cum enim omnis scientia omnisve philosophia sit de aliquo ente, posita huius univocatione, necessario admitti debet univocatio ipsius philosophiae ut sic. Quod quidem reapse fecisse videtur Nicolaus Bonet, O. F. M. (f 1343) in opere philosophico quatuor voluminibus comprehenso, ubi metaphysicam tradit, philosophiam naturalem, praedicamenta, necnon theologiam naturalem (Venettis, 1505). Nam in hoc opere, quod revera ab auctore concipitur veluti pure metaphysicum, prout de facto appellatur in editione barci-

1 *Introductionis in universam philosophiam libri quatuor,* lib. II, cap. 15 inline, p. 251. Venetiis, 1599.

2 *Logica,* institutionibus praeviis, quaestionibus contexta, q. 27, sect. 9, p. 605. Romae, 1623.

3 *Disputationes Mctaphysicae,* quibus, quae ad Primam Philosopiam spectant, accurate exponuntur, disp. 9> sect. 2, n.° 2, p. 55~5&> sect. 3, n.° 3, p. 58a. Romae, 1634.

4 *Ibid.,* sect. 3, n.° 6, p. 59a·

nonensi 1483, incipit a metaphysica generali, quae agit de ente ut sic quasi de supremo genere, ac dein procedit ad disserendum de speciebus entis, nempe de ente finito —mobili et praedicamentali— et de ente infinito —Deo— quae proprie sunt objectum metaphysicae specialis.

Qui mos postea invaluit et adhuc viget in pluribus scholis catholicis, ope praesertim influxus Wolffiani, licet non fuerit Christians Wolffius qui primus concepit philosophiam rationalem sive speculativam quasi metaphysicam quamdam, cuius prima pars esset Ontologia sive Aletaphysica Generalis, sub qua, veluti species ejus ponerentur Cosmologia, Psychologia et Theologia naturalis, quae partes essem metaphysicae specialis. Sed de his postea redibit sermo.

II'
U

At haec, pace tantorum virorum dixerim, non videntur esse cogentia. Nam, ut a posteriori ratione Zachariae Pasqualigo incipiamus, ipsa non videtur esse ad propositum sed ad oppositum. Valeret quidem, si termini ejus essem univoci. Hoc autem non est verum, quin potius omnes sum analogi. Etenim certitudo, sicut et veritas, est quid analogum ad certitudinem inclinationis et cognitionis, objectivant et formalem, ad certitudinem formalem sensitivam et intellectivam, itemque ad certitudinem intellectivam absolutam et conditionatam, ac proin metaphysicam, physicam et moralem 1.

Similiter, evidentia dicitur analogice de evidentia objectiva et formali, sensitiva et intellectiva, immediata et mediata sive per se et per aliud. Postremo, causa, sicut et natura a qua procedit et necessitas quae eam sequitur, est quid analogum ad quatuor genera causarum. Nam causae intrinsecae —materialis et formalis— causant *essendo,* prio suo esse: et quidem formalis ut actus, dando esse suum

1 Cf. S. Thomam II-II, q. 18, a. 4; J. M. Ramirez, *De certitudine spei Christianae^* p. 27-48, praesertim p. 43-47, Salmanticae, 1939.

materiae; materialis autem ut potentia, recipiendo esse ei communicatum per formam. Causae vero extrinsecae —efficiens et finalis— causant *movendo,* non essendo, diversimode tamen: quia finalis per modum *attractionis,* antequam sit revera in esse; efficiens autem per modum *impulsionis,* postquam revera est in esse: illa, ut movens non mota, quia ut ratio vel causa ipsius causalitatis causae efficientis; haec vero ut movens mota, quia ut attracta vel allecta ex bonitate finis.

Constat autem esse et movere non convenire univoce inter se, neque potentiam et actum sive materiam et formam in ordine essendi, neque attractionem et impulsum in ordine movendi.

Si ergo constitutiva scientiae vel philosophiae speculativae ut sic non sunt univoca sed analoga, a fortiori ipsa philosophia vel scientia speculativa ut sic est quid analogum, et non univocum; et consequenter partes eius non possunt esse species proprie dictae contentae sub philosophia ut sic quasi sub genere.

Alia vero ratio petita ex eo quod omnes habitus et potentiae, idcoque et omnes scientiae partesque philosophiae, conveniunt in eodem genere vel praedicamento qualitatis, ac proin necessario univocantur in qualitate, non est maioris valoris, si rite perpendatur.

Cum enim agimus de scientia et de virtute atque de earum partibus, non loquimur primo et per se de esse psychologico inhaercntiae quod eis convenit prout habent esse in subiecto, sed de ipsarum ordine transcendentali ad proprios actus et ad propria obiecta a quibus spccificantur: quia natura et species scientiae vel virtutis non sumitur ex subiecto inhaercntiae, eo quod unius eiusdemque subiecti, puta hominis aut intellectus vel voluntatis, sunt plures species scientiae vel virtutis, sed ex propriis actibus per ordinem ad proria obiecta formalia.

Constat autem huiusmodi actus ct obiecta formalia plurimarum scientiarum ct virtutum non convenire univoco. Non enim conveniunt univoce verum, —quod est obicctum

scientiae— et bonum, quod est obiectum virtutis moralis. Neque intra scientiam vel philosophiam conveniunt univoce ens reale, quod est obiectum philosophiae realis; et ens rationis, quod est proprium obiectum philosophiae rationalis sive logicae. Atque intra ipsummet ens reale, non datur univocatio inter ens ut sic, quod est proprium obiectum metaphysicae, et ens ut mobile —motus— quod est obiectum proprium physicae, et ens ut quantum —quantitas— quod est proprium obiectum mathematicae. Secus, oporteret admittite univocationem entis.

Haec ergo ratio, quae tantopere urgetur a Joanne a S. Thoma post Javellum et Joannem de Janduno, est extra quaestionem, quia considerat rem de qua agitur mere materialiter, per comparationem ad subiectum inhaerendae, non formaliter, per comparationem ad actus et objecta. A subjecto inhaerentiae suscipiunt huiusmodi habitus individuationem, non speciem vel naturam suam. Hanc enim sortiuntur ex propriis actibus et obiectis, quae reapse non conveniunt univoce.

Insuper, debilitas atque incongruentia huismodi argumenti ex eo etiam apparet, quia esse inhaerentiae scientiarum et virtutum in potentiis animae respectivis est quid essentialiter psychologicum, ideoque cadit intra proprium obiectum Psychologiae: tota ergo philosophia speculativa et practica reduceretur ad unam Psychologiam, cum tamen haec non sit nisi mera pars philosophiae speculativae, ut vel ipsimet adversarii concedunt.

Immo, in doctrina Joannis a S. Thoma univoce convenirent productio verbi mentalis supremi angeli vel subtilissimi metaphysici cum secretione pancreatica vilissimi animalis, quia utraque procederet ab aliqua potentia naturali sub eodem praedicamento qualitatis contenta.

Cavendum est ergo ab excessu logicismi cum detrimento philosophiae realis, praesertim metaphysicae. Ut enim scite animadvertit Bânez relate ad praedicamentum substantiae, in vulgato modo loquendi «primo dividitur substantia in

corpoream et incorpoream, et rursus substantia corporea dividitur in viventem et non viventem, et deinceps substantia vivens in sensitivam et insensitivam. Et nihilominus substantia incorporea est vivens, et non comprehenditur in aliquo membro determinato dividente substantiam corpoream in substantiam viventem et non viventem. Unde videbatur prius dividenda substantia in viventem et non viventem, et rursus substantia vivens in corpoream et incorpoream.

At vero si ita descenderemus dividentes substantiam corpoream viventem in sensitivam et insensitivam, qualis est planta, iam non ultra poterat procedere divisio ad substantias corporeas non viventes, ac proinde excluderentur a recta linea praedicamentali substantiae, nisi iterum ascenderemus ad corpoream substantiam viventem, et divideretur in corpoream et immaterialem.

Quia igitur praedicamentalis divisio in usum hominum fiebat, placuit Aristoteli primo dividere substantiam in corpoream et incorpoream; et relicta incorporea, quae nobis occulta est, descendit ad corpoream viventem, *cum tamen ratio vitae non sit limitata ad genus corporis, siquidem invenitur perfecta in omnibus incorporeis substantiis.*

Haec dicta fuerint, non pro tyronibus sed pro ipsis praeceptoribus, ut *non tam exacte velint definitiones ct divisiones proprietatum dialecticarum examinare,* quae saepe numero dantur per accidentales proprietates et ab effectu-»

Sed Joannes noster nimis pronus est ad univocismum et ad locutiones mere logicas, etiam quando ipse S. Thomas analogias videt: verbi gratia, in quaestione de divisione enuntiationis in simplicem ct compositam [2] et de divisione

[1] *Institutiones minoris dialecticae, quas Summulas vocant,* lib. 3 cap. i, p. 89-90. Salmanticae, 1599.

[1] JOANNES a S. Thoma, *Cursus philosophicus, Logica,* I. P., q. 5, a. 3, cd. Reiser, t. I. p. 157-161; S. Thomas, *in I Periherm.,* lect. 8, η.» z ;»n *I Physit.* lect. 3, n.° 3; *in X Mctaph.* lect. 1. n.° 1.9x1; lect. 3, n.° 1966; in *I Periherm.* lect. 10, n.° 10.

substantiae in primam et secundam \ in quaestione de ratione naturae respectu materiae et formae 1 et in quaestione de ratione causae respectu quatuor generum causarum 3.

Multo melius S. Thomas, qui cum de *rebus* agitur, loqui solet *realiter* et non mere logice, negat *realem* univocationem inter substantias incorporeas et corporeas, quidquid sit de secundis intentionibus pure logicis. «Substantiae immateriales create sunt quidem in genere, et quamvis *logice* considerando conveniant cum istis substantiis sensibilibus in genere remoto quod est substantia, *naturaliter* tamen [= physice] loquendo non conveniunt in eodem genere... Corruptibile enim et incorruptibile non sunt unius generis, ut dicitur in X Metaphysicae. *Logicus* enim considerat *absolute intentiones,* secundum quas nihil prohibet convenire immaterialia materialibus et incorruptibilia corruptibilibus. Sed *naturalis* [= physicus] *et philosophus primus* [= metaphysicus] *considerant essentias secundum quod habent esse m rebus,* et ideo ubi inveniunt diversum modum potentiae et actus, et per hoc diversum modum essendi, dicunt esse diversa genera 1

Revera compositio materiae et formae substantiarum corporalium non convenit univoce cum compositione essentiae et esse substantiarum incorporalium sive spiritualium, licet utraque compositio sit potentiae et actus. «Nam potentia

1 Joannes a S. Taoma, *Cursus philosophicus, Logica,* I. P. q. 5, a. 3; § Solvuntur obiectiones, ad i, cd. cit., t. I, p. 159; II, P., q.15, a. 2. p. 530-531, S. Thomas, *In I Sent.,* d. 25, a ic; *De Pot.,* q. 9, a. 2 ad 7; *Summa thcoi* I, q. 29, a. i ad 2; *DePot.* q. 9, a. 2 ad 6.

1 Joannes a S. Thoma, *Cursus philosophicus, Philosophia naturalis,* I P., q. 9, a. 2, § De materia et forma, ed. cit., t. II, p. 180 a; S. THOMAS, in l' *Metaph.,* lect. 5, n.° 825-826; *in VII Metaph.,* lect. 2, n.° 1.276, 1.278-1.279, 1.291-1.296. Cf. S. Albertum Magnum, *VIII Metaphysic.* tract. 2, cap. 6, cd. A. Borgnet, t. 6, p. 518.

3 Joannes a S. Thoma, *Cursus philosophicus, Philosophia naturalis,* I. P., q. 10, a. 2, ed. cit., t. II, p. 202a; ibid, ad 2 arg., p. 203-204; S. THOMAS, *in II Phisic.,* lect. 5, n.° 7; *in V Metaph.* lect. 1, n.° 749; lect. 2, n.° 773; *in III Sent.,* d. i, a. 1 ad 3, n.° 19; *Summa theol.* II-II, q. 113, a. 6 ad 3.

« *In librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. 3, cd. cit., p. 222, 8-18. Cf. ibid., q. 4, a. 2, p. 141-142.

substantiae spiritualis attenditur solum secundum ordinem ipsius ad esse; potentia vero materiae, secundum ordinem et ad formam et ad esse. Si quis autem utramque potentiam materiam esse dicat, manifestum est quod *aequivoce* materiam nominabit»1. Qua de causa, «et quidditas et omnia hujusmodi nomina*fere aequivoce* dicuntur de sensibilibus et de illis substantiis» 2. Verbi gratia, «angelus *aequivoce* dicitur esse in loco et corpus»3, aequivocatione nimirum a consilio, quae analogia dicitur.

At praesertim —id quod ad rem nostram magis spectat— S. Thomas qui dona Spiritus Sancti et virtutes tam intellectuales quam morales dicit esse habitus operatives 4, simul asserit nomina utrisque communia, puta intellectum, sapientiam, scientiam, consilium, pietatem, timorem, et fortitudinem *aequivoce* de utrisque praedicari, idest analogice 5.

Immo docet expresse divisionem virtutis humanae non esse univoci in univocata, sed analogi in analogata, sumpta analogia in sensu stricto. «Quando univocum dividitur in suas species, tunc partes divisionis ex aequo se habent secundum rationem generis, licet secundum naturam una species sit principalior et perfectior alia, sicut homo aliis animalibus. Sed quando est divisio alicuius analogi, quod dicitur de pluribus secundum prius et posterius, tunc nihil prohibet unum esse principalius altero, etiam secundum communem rationem,

---

1 *De substantiis separatis,* cap. 6, n.° 45. Opuscula philosophica, ed. J. Perrier, O. P., p. 152. Paris, 1949.

1 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. 3, ed. cit., p. 220, 23-25. «Cum quidditas de utrisque dicatur *quasi aequivoce»* (ibid., a. 4c in fine, p. 228, 4-5). Ubi S. Doctor provocat ad Averrocm dicentem: «Manifestum est enim per se quod hoc nomen *quidditas* non dicitur de eis pura univocatione neque pura aequivocatione. Utrum autem dicatur multipliciter [= analogice], quod est medium, indiget consideratione» *(Commentarium Magnum in Aristotelis in Anima libros,* lib. III, cap. 7, comm. 36, p. 493,408-411; cd. F. Stuart Crawford, Cambridge, Massachusetts (USA) 1953).

3 *Summa theol.,* I, q. 52, a. 1.

4 *Op. cit.,* I-II, q. 6S, a. 3.

» *In III Sent.,* d. 34, q· U a· 1 ad 3› n.° 42·

sicut substantia principalius dicitur ens quam accidens. Et talis est divisio virtutum in diversa genera virtutum, eo quod bonum rationis non secunaum eumdcm ordinen invenitur in omni' bus»1. Non ergo virtus in comuni, licet sit qualitas et habitus est formaliter loquendo quid univocum, sed analogum.

Et sic intellexerunt doctrinam Angelici Melchior Cano' et Gregorius Martinez multo rectius quam Joannes a S. Thoma.

Est igitur contra veritatem et contra S. Thomam opinio dicentium partes philosophiae esse partes eius subiectivas, scilicet species contentas sub genere univoco philosophiae ut sic, quae esset totum quoddam universale univocum, aequaliter ab eis participatum.

Art. 3.—Sunt partes potentiates seu analogae

Ex quo ergo partes philosophiae non sunt partes eius intégrales neque subiectivae, neccesario sequitur eas esse partes eius potentiales, hoc est, analogas. Et sic philosophia universa, qua talis, est totum quoddam potentiate sive ana-

1 *Summa Theol.,,* I-II, q. 61, a. 1 ad I.

2 *Op. cit.,* q. 55 per totum. Cf. f. M. RAMÎREZ, *Doctrina S. Tliomei A qninatis dc distinctione inter habitum et dispositionem,* apud Studia Anselmiana 7-8 (Roma, 1938), p. 137-142.

3 Aiebat enim quod «virtus analogice dicitur dc suis inferioribus, ut de virtutibus moralibus ct intellectualibus: quapropter virtus, sive moralis sive intellectualis, proprium genus non habet. Quando autem D. Thomas, articulo 4, dicit habitum esse genus virtutum, non accipit genus proprie, sed quia ponitur loco generis, ut sanum dicitur de animali, urina ct cetera» (In Commentario inedito ad I-II, q. 55, citatus a gregorio MARTÎNEZ, O. P., *Comnicntaria super I-II,* q. 55, a. t, dub. 1, p. 140a. Toleti, 1622).

4 «Si autem fiat comparatio inter virtutes morales ex una parte et intelectuales ex altera, dicendum est cum S. Thoma, q. 61, a. 1, nomen virtutis non univoce dici dc omnibus illis, quia definitio virtutis, quod bonum facit habentem, solum convenit proprie virtutibus moralibus, non vero intellectualibus» *(ibid.,* p. 140 b).

logum, sub se continens partes eius proportionatas, idest potentiales, veluti totidem modos vel analogata inaequaliter participantia ipsam communem rationem philosophiae.

Ut enim ait S. Thomas, «aliter dividitur aequivocum, analogum et univocum. Aequivocum enim dividitur secundum res significatas; univocum vero dividitur secundum differentias; sed analogum dividitur secundum modos. Unde cum ens praedicetur analogice de decem generibus, dividitur in ea secundum diversos modos; unde unicuique generi debetur proprius modus praedicandi» x.

Et alibi: «dicendum —inquit— quod est duplex modus dividendi commune in ea quae sub ipso sunt, sicut est duplex communitatis modus. Est enim quaedam divisio univoci in species per differentias quibus aequaliter natura generis in speciebus participatur, sicut animal dividitur in hominem et equum et hujusmodi; alia vero divisio est ejus quod est commune per analogiam, quod quidem secundum perfectam rationem praedicatur de uno dividentium, et de altero imperfecte et secumdum quid, sicut ens dividitur in substantiam et accidens, et in ens actu et in ens in potentia. Et haec divisio est quasi media inter aequivocum et univocum» 2.

Quod autem totum potentiale vel virtuale sit totum analogum, exprcssse docent Sanctus Albertus Magnus et S. Thomas.

Loquens enim S. Albertus de tribus modis vel partibus boni, scilicet numero, mensura et pondere 34sive de modo, specie et ordine ait esse divisionem totius potestativi in panes ejus potentiales, quae *inaequaliter* participant rationem communem totius. «Divisio boni —inquit— quae assignatur a sanctis est divisio totius potestativi seu virtualis, cuius partes sic se habent ad divisum, quod divisium non salvatur secundum sui perfectionem nisi in ultimo. In his

1 *In 1 Sent.* d. 24, q. 1, a. 3 ad 2.
1 *In II Sent.* d. 42, q. I, a. 3c.
3 *Sap.* ii, 21.
4 S. Augustinus, *Dc natura bom,* cap. 3. ML. 42,553.

autem quae sunt ante ultimam, salvatur quidem et praedicatur de ipsis, sed secundum diminutam perfectionem suae potestatis. ...Bonum enim in numero est diminutum, et in mensura perfectius, sed completum in pondere. Et similiter est de modo, specie et ordine. In toto etiam potestativo aliud est, scilicet quod sequens pars semper praecedentem in se claudit, ut dicit Boethius, quia quiquid potest potestas inferior, potest et superior, sed non convertitur. Et ideo in partibus boni similiter est: numerus enim in mensura, et mensura et numerus in pondere; similiter modus in specie, et utrumque in ordine» 1.

Nam, «totum potestativum est in qualibet partium, licet *non aequipotenter,* sed in prima secundum minus, et in secunda ut potentius, et in ultima secundum totum posse ».

«Et hoc probatur tam in potestatibus naturae quam officiorum et gratiae. In potestatibus enim naturae vegetativum est in sensitivo, et sensitivum in rationali, sed non convertitur... In officiis autem potestas decani est in potestate centurionis, et potestas centurionis in potesta tetrarchae, sed non convertitur. In gratiis etiam potestas subdiaconi est in potestate diaconi, et potestas diaconi in potestate presbyteri, sed non convertitur. Unde partes totius potestativi *secundum ordinem constituunt* ipsum totum, et prima constituit secundum quid, secunda autem secundum plus, et ultima perfecte.

Sicut dicimus etiam de divisione boni in delectabile et utile et honestum. Delectabile enim est bonum secundum quid, et utile est bonum plus, honestum autem est bonum simpliciter. Item honestas ponit utile et delectabile, sed non convertitur» 3.

1 *De Bono,* tract, i, q. 2, a. 1, cd coloniensis, t. 28, p. 23, 56-73. Münster in Westf, 1951.

2 .*Summa de creaturis,* tract. 4, q. 36, art. 2, partie, ic, ed. A. Borgnct, t. 34» P· 540a· Cf. etiam *in librum Boethii de divisione,* cap. 1-2, p. 74-79; cd. P. de Loe, O. P. Bonnae 1913; *in librum Dionysii De Caelesti hierarchy,* cap. 6, § 5, dub. i c. ed. a. Borgnct, t. 14, p. 149; cap. 12, dub. 1, obi, 3 ct resp., p. 318. 319.

2 *Summa de creaturis,* tract. 4, q. 35, a. 3, solutio art. I, p. 532a.

Porro, «cum dividitur bonum ab Aristotele in libro Ethicorum in bonum honestum, utile et delectabile, *non praedicatur bonum univoca praedicatione de illis, sed secundum analogiam.* In qua communitate id, quod praedicatur, *simpliciter est in uno,* et non in aliis nisi secundum modum quemdam. Unde honestum *simpliciter* est bonum, utile autem *non simpliciter* est bonum, sed bonum *ad hoc,*- et delectabile *non simpliciter* est bonum, sed bonum *quando est alicui. Et habent se ad invicem haec,* ut Tullius dicit in libro De *Amicitia, ut totum virtuale ad partes se habet.* ...Quia ergo bonum honestum *omnen virtutem boni habet,* ideo simpliciter [dicitur] bonum; utile autem ct delectabile non habent nisi boni virtutem *quamdam,* ideo *non simpliciter,* sed *ad quid vel cui* bona dicuntur»1.

Et similiter votum dividitur in privatum et sollemne, *ut analogum in analogata,* quia non est divisio univoca, idest generis in species proprie dictas, neque vocis in significata penitus diversa ut pure aequivoca, sed est sicut divisio totius potestativi in partes potentiales 2.

Clare ergo apparet in hisce textibus idem esse apud S. Albertum totum potestativum, totum virtuale et totum analogum; sicut et inaequaliter participari ratio communis, dividi in partes potentiales et analogice participari atque praedicari.

Similiter S. Thomas docet «quod divisio illa, qua votum dividitur in singulare et commune, est divisio analogi quod praedicatur per prius et posterius de suis dividentibus, sicut ens de substantia et accidente»3; et paulo post asserit «quod divisio voti in privatum et sollemne [privatum = singulare; sollemne = commune, coram tota communitate Ecclesiae] est *divisio totius potestativi in partes suas,* cuius perfecta virtus est in una suarum partium, in aliis autem *quaedam*

1 *Summa theologiae,* I, P., tract. 6. q. 26, memb. 1, a. 1, § Ad id quod quaeritur in secunda parte, cd. A. Borgnct, t. 31, p. 232b. Et idem docet *in 1 Sent.,* d. i, a. 21 ad 3, cd. cit., t. 25, p. 49b·

1 *In IV Sent.,* d. 38, a. 7c, ct ad 1, cd. cit., t. 30, p. 406a; ibid, ad quaestionem; a. ne. p. 411 a; ad id quod ulterius quaeritur, p. 411 b.

3 *In IV Sent.,* d. 38, q. i, a. 2, qla, ic.

ipsius participatio sicut anima dividitur in rationalem, sensibilem et vegetabilem» \

Quod quidem exemplum intelligendum est de anima, non ut reduplicative est forma corporis —quia sic dividitur sicut aminal, scilicet univoce, in animam rationalem et irrationalem, quae rursus dividitur in sensitivam et insensitivam sive vegetabilem—, sed ut spccificative est motor sive radix operationum vitalium. Hoc enim modo dicitur tota anima «per comparationem ad partes virtutis seu potestatis [eius], quae quidem partes accipiuntur secundum divisionem operationum» 2. Et sic «*rationalis* anima, *tota* anima dicitur, eo quod in ipsa *omnes* animae potentiae congregantur; *sensibilis vero* in brutis, et in *plantis 'vegetabilis,* dicuntur *paries* animae, quia *aliquid* de potentia animae habent, sed *non totum*» \ Et id quod habent —sentire, vegetare— est imperfectum respectu eius quod habet anima rationalis —ratiocinari— Sensatio enim ut cognitio est quaedam infima et imperfectissima resonantia respectu cognitionis intellectualis. «*Infimum* enim cujuslibet processionis *resonantia* nominatur, ad similitudinem ejus quod non potest sentiri de sono propter distantiam. Sicut enim ultimum vitae est in plantis, ita infimum cognitionis est in sensu 4.» Et haec quidem sufficerent ad probandum manifeste quod, secundum principia S. Alberti et S. Thomae, philosophia universa est totum quoddam potentiale sive analogum, cuius partes sunt consequenter potentiales vel analogae.

Sed Angelicus procedit ulterius, et docet aequivalenter quod partes philosophiae sunt potentiales. Loquens enim dc virtutibus intellectualibus speculativis, docet eas esse tres, scilicet intellectum principiorum, sapientiam et scientiam ;

1 *Ibid.* qla. 2C.
2 *Quaesi. disp. De Anima,* a. 10 c. Cf. *ibid,* ad 9.
3 *Quaest. disp. De spiritualibus creaturis,* a 4 ad 20.
* *In librum Dionyssi De divinis nominibus,* cap. 7, lect. 2, n.° 714; ed. C. Pera, O. P. Taurini, 1950. Cf. *ibid.,* cap. 6, lect. 1, n.° 68r, ubi plantai dicuntur vivere «secundum ultimam resonantiam vitae, idest secundum extremam ct infimam participationem vitae, quia vita ultra plantas non procedit·.
s *Summa theol.* I-II, q. 57, a. 2.

Docet insuper Sapientiam esse maximam inter eas cum ipsa contineat eminenter et unite quidquid perfectionis invenitur in aliis duabus 2. Tertio docet Sapientiam esse Metaphysicam, reliquas vero partes philosophiae esse scientias 3. Ac postremo concludit has tres virtutes, nominatim Sapientiam et scientiam, esse partes potentiales, idest analogas, virtutis intellectualis speculativae, ac proin philosophiae.

«Si quis —inquit— recte consideret, istae tres virtutes non ex aequo distinguuntur ad invicem [sicut univoca] sed *ordine quodam* [sicut analoga]. *Sicut accidit in totis potenlialibus, quorum una pars est perfectior altera;* sicut anima rationalis est perfectior quam sensibilis, et sensibilis quam vegetabilis. *Hoc enim modo scientia dependet ab intellectu* sicut a *principaliori, et utrumque dependet a Sapientia sicut a principalissimo, quae sub se continet et intellectum et scientiam, ut de conclusionibus scientiarum diiudicans et de principiis carunideni»*4. Nihil clarius desiderari poterat.

Et hac de causa «Sapientia non dividitur contra scientiam sicut oppositum contra suum oppositum [idest, per differentias contrarie oppositas sicut univoca], sed quia *se habet ex additione ad scientiam.* Est enim Sapientia, ut dicit Philosophus, in VI Eth. c. 7, caput omnium scientiarum, regulans omnes alias in quantum de altissimis principiis est; propter quod etiam de scientiarum dicitur in principio Metaphysicae cap. 2» δ.

Quod quidem est proprium analogorum et partium potentialium totius potestativi. Unde S. Thomas, qui divisit bonum in honestum, utile et delectabile sicut analogum in «malogata 6, adnotat: «in pluribus tamen est delectabile quam

1 *Op. cit.,* p. I-II, q. 66, a. 5; *in I Sent.,* prol., a. 3c.
2 *In VI Ethic.,* lect. 5, n.° 1.183;IW *X Ethic.,* lect. 10, n.° 2.086; lect. 12, n.°2.ni.
3 *In II Sent.,* d. 24, q. 2, a. 2 ad 4; *in III Sent.,* d. 35, q. I, a. 2, qla. 3 ad 2, n." 46; *in XII iibros Metaphysicorum,* proem. S. Thomae; *in librum Uoeihiide Trinitate,* q. 2, a. 2 ad 1, ed. cit., p. 87-88.
• *Summa theol.* I-II, q. 57, a. 2 ad 2.
• *In librunm Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 2 ad i, ed. cit., p. 87-88.
• *Summa theol.* I, q. 5, a. 6 ad 3.

utile et honestum, quia omne utile et honestum est aliqualiter delectabile, sed non convertitur»x.

Similiter, loquens de tribus operibus satisfactionis paenitentialis, scilicet de eleemosyna, oratione et ieiunio, dicit quod se habent ex additione, utpote partes potentiales. «Efficacia satisfacttionis invenitur in tribus satisfactionis partibus, sicut virtus totius potentialis in partibus eius, quae quidem *complete in ima* invenitur et *in aliis diminute.* Sicut *tota* virtus animae invenitur in rationali, sed in sensibili anima invenitur *diminute,* et adhuc *magis diminute* in vegetabili, quia anima sensibilis includit in se virtutem animae vegetabilis, et non e converso»2.

Eodem modo ordo sacer non distinguitur in septem ordines sicut in totidem partes intégrales neque subiectivas, sed sicut in partes potentiales, quia se habent ex additione; nam quidquid potest ordo inferior, potest et superior, sed non e converso. «Distinctio ordinis, ait, non est totius integrals in partes, neque totius universalis, sed totius potestativi. Cujus haec est natura, quod totum secundum completam rationem est in uno, in aliis autem est aliqua participatio ipsius. Et ita est hic. Tota enim plenitudo huius sacramenti est in uno ordine, scilicet sacerdocio, sed in aliis est quaedam participatio ordinis» 3.

Et ita Sapientia vel iMetaphysica, «in quantum dicii verum circa principia, est intellectus; in quantum autem scit ea quae ex principiis concluduntur, est scientia. Distinguitur tamen a scientia communiter sumpta *propter eminentiam* quam habet inter alias scientias: *est enim vinus quaedam omnium scientiarum» 4.* Unde in Metaphysica esi tota plenitudo virtutis philosophiae.

Et inde est quod Metaphysica se habet ad alias partes philosophiae ut architector ad manualiter operantes 5. «Ad

l *Op. cit.,* **II-II,** q. 145, a. 3c.
- *ini V Sent.,* d. 15, q. 2, a. 2, qla. 2c. cd. Moos, O. P., n.° 246.
In /I Sent., d. 24, q. 2, a. 1 qla. 1 ad 2 (Vel in *Summa theol. Supplan* q. 37, a. i ad 2).
* *In VI Ethic.,* lect. 5, n.° 1.183.
I Contra Gent., cap. 1; *Summa theol.,* I, q. 1, a. 6; **II-II,** q. 45, a. l

cujus intellectum, ait Angelicus, sciendum est quod architector dicitur quasi principalis artifex: ab ἀρχο% quod est princeps et 'τέχνη, quod est ars. Dicitur autem ars principalior illa quae principaliorem operationem habet. Operationes autem artificum [manualiter operantium] hoc modo distinguuntur: quia quaedam sunt ad disponendum materiam artificii, sicut carpentarii secando ligna et complanando disponunt materiam ad formam navis. Alia est operatio ad inductionem formae, sicut cum aliquis ex lignis dispositis et praeparatis navem compaginat. Alia est operatio ad usum rei iam constitutae, et ista est principalissima. Prima autem est infima, quia prima ordinatur ad secundam et secunda ad tertiam. Unde navifactor est architector respectu ejus qui préparât ligna. Gubernator autem, qui utitur *navi iam facta* est architector respectu navisfactoris» \

Et sic etiam «apud philosophos Prima Philosophia utitur ommium scientiarum documentis ad summ propositum ostendendum» 2: logica quidem sicut instrumento sciendi, aliis autem philosophiae realis partibus veluti mediis vel gradibus parantibus et ducentibus animum ad perveniendum usque ad Primam causam per metaphysicam 3. Unde effatum Alberti Magni «philosophi debent sursum agi in Deum per suam philosophiam» 4. Quia nimirum «veri philosophi» debent sursum agi «in Dei cognitionem», tum *e rebus* de quibus est philosophia, quasi effectibus ad Causam Primam, tum «ex *ipsa philosophia,* quia ex cognitione debet deveniri in Doctorem et Causam cognitionis» 5. Unde et «tota consideratio rationis resolventis in omnibus scientiis ad considerationem divinae scientiae terminatur»6.

l *In I Metaph.,* Icct. 1, n.° 26.
l *II contra Gent.,* cap. 4.
3 *In librum dc Causis,* prooemium S. Thomac, cd. cit., p. 2, 14-24; *in Boethium de Trinitate,* q. 5, a. ic, cd. cit., p. 166, 3-4; a. 2, obi. 10, p. 163, 9-22.
l *In Epistolas Dionysii,* epist. 7, § 2, expositio textus, cd. A. Borgnct, 1.14, p. 911a.
6 *Ibid.,* paulo post.
• S. Thom, *in lib. Bocth. De Trinitate,* q. 6, a. 1. qla, 3c. p. 202, 1-2 22-25.

Sed praeterea adsunt Argumenta ex ratione, directe etirrefragabiliter ostendentia philosophiam esse totum analogum divisum in partes suas potentiales quasi in modos vel analogata eius.

Primo quidem, quia, cum scientiae specificentur ex earum obiectis propriis et formalibus, natura partium philosophiae ex amussim respondet naturae propriorum et formalium obiectorum circa quae versantur. Qualis ergo est horum propria indoles, talis est et natura partium philosophiae.

Atqui obiecta propria et formalia partium philosophiae sunt analoga intra ambitum objecti totalis philosophiae ut sic. Ergo et partes philosophiae sunt analogae intra latitudinem totius philosophiae ut sic.

Minor, ubi unice stat difficultas, ostenditur, sive considerentur objecta illa formalia ut terminativa [ut *quae,* sive in esse *rei] sive* ut motiva [ut *quibus,* sive in esse *scibilis].*

§ I.—EX OBIECTO FORMALI TERMINATIVO

Ut *terminativa* quidem, quia objectum terminativum universae philosophiae, sicut et humani intellectus, est ens. Quod tamen diversum est, aut saltem diversimode cadit, pro singulis partibus philosophiae. Nam objectum terminativum proprium Logicae sive philosophiae rationalis est ens rationis obiective, hoc est, secundae intentionis, quod est ens diminutum, quia reducitur ad relationes rationis quae *accidunt* enti intellecto prout est in intellectu, quasque «ratio adinvenit in rebus consideratis, sicut intentio generis, speciei et similium», quae proin «non inveniuntur in rerum natura, sed considerationem rationis consequuntur»[1]. Quo fit, ut totum eorum esse sit percipi vel intelligi.

E contra, obiectum proprium terminativum ceterarum partium philosophiae est ens reale sive primae intentionis, quod scilicet est in rerum natura, independenter a nostra consideratione.

1 S. Thomas, *in IV Metaph.,* lect. 4, n.° 574, Cf. etiam *in XI Metaph.,* lect. 3, n.° 2.204.

Constat autem ens reale et ens rationis non convenire univoce, sed analogice: quia plus distat ens rationis ab ente reali quam unum genus entis realis ab alio, puta accidens a substantia. Minus enim habet de ratione entis ens rationis quam minimun accidens reale. Sed accidens et substantia, et universaliter diversa genera et praedicamenta entis realis non conveniunt univoce, sed analogice. Ergo a fortiori, ens rationis et ens reale non conveniunt univoce, sed analogice.

Unde S. Thomas entia rationis appellat entia *debilissima,* <quia ratio de eis negotiatur quasi de quibusdam entibus, dum de eis affirmat vel negat aliquid» r, cum tamen non habeant esse nisi in intellectu. Quo in sensu, etiam non-ens est quoddam ens. Nam «dicimus quod non-ens *est* non-ens: quod non diceretur nisi negationi aliquo modo *esse* competeret» 1. Inter quae analoga est tanta distantia, ut in confinio purae aequivocationis reponatur eorum analogia.

Quam ad rem placet audire iterum Sanctum Doctorem. «Nomen rei [vel entis] dupliciter sumitur. *Simpliciter* enim dicitur res *quod habet esse ratum et firmum in natura* [= ens reale]. Et dicitur res hoc modo, accepto nomine *rei* secundum quod habet quidditatem vel *essentiam* quamdam: *ens* vero, secundum quod habet esse, ut dicit Avicenna, Metaph., tract, i, cap. 6, distinguens *entis* et *rei* significationem.

Sed quia res [vel ens] per essentiam suam cognoscibilis est, *transsumptum* est nomen rei ad omne id quod in cognitione vel intellectu cadere potest, secundum quod res a *reor reris* dicitur; et per hunc modum dicuntur *res rationis quae in natura ratum esse non habent.* Secundum quem modum etiam, negationes et privationes *res* dici possunt, *sicut et entia rationis dicuntur,* ut Commentator in IV Metaphysica Comment., 2, dicit, ubi praecise talia entia appellat analoga respectu entis realis 3.

Et inde necessario sequitur Logicam, quae est de ente rationis et ceteras philosophiae partes, quae sunt de ente

1 *In IV Metaph.,* lect. 1, n.° 540.
1 *Ibid.,* n.° 539.
3 *In II Sent.,* 37, a. 1, a. 2C. Cf. etiam *in I Sent.,* d. 19, q. d. 25, a. 4c.

reali, non convenire univoce in ratione communi philosophiae, sed analogice tantum.

Similiter obiecta propria et formalia et terminativa ceterarum partium philosophiae realis non conveniunt univoce, sed analogice inter se. Nam obiectum formale termitivum philosophiae realis speculativae est ens necesarium aliquo modo, quia non dependet a nostro libero arbitrio; ex adverso, obiectum formale terminativum philosophiae realis practicae, nempe Ethicae, est ens contingens, utpote dependens a nostro libero arbitrio vel ad illud aliquo modo relatum, iuxta illud S. Thomae «nullus motus ponitur in genere moris nisi habita comparatione ad voluntatem, quae principium est moralium...; et ideo, ibi incipit genus moris ubi primo dominium voluntatis invenitur» 1. Moralitas enim est accidens vel proprietas quaedam actus humani liberi, sive quoad specificationem et exercitium simul, sive saltem quoad exercitium: et ideo ens morale, hoc est liberum, ut dirigibile regulis morum ad finem ultimum totius humanae vitae, quod etiam dicitur ens agibile humanum, est ens maxime contingens, utpote contingens liberum, quod se habet ad utrumlibet.

Ideo S. Doctor recte scribit: «solum scientiae *practical* sunt *circa contingentia in quantum contingentia sunt,* scilicet in *particulari;* scientiae autem *speculativae* non sunt circa contingentia nisi secundum rationes universales, quae sunt ex *necessitate et semper»* 2. «Omnis enim scientia operative tanto perfectior est quanto magis particularia considerat, in quibus est actus»3 4 Et ideo non quaeritur propter ipsum cognoscere vel scire, sed propter dirigere, hoc est, «secundum quod est *directiva* humanae operationis, quae *circa contingentia est»*1.

Et alibi: «quaedam scientiae sunt de *contingentibus,* sicut *scientiae morales,* quae sunt de actibus humanis subiectis

1 *In IISent.,* d. 24, q. 3, a. 2c.
2 *In VI Ethic.,* Icct. 3, n.° 1.152, 1.146.
3 *Summa theol.,* I, q. 22, a. 3 ad 1.
4 *In VI Ethic.,* Icct. 3, n.° 1.152.

libero arbitrio»Cognitio autem rerum moralium perficitur per hoc quod particularia cognoscuntur 1. Atqui necessarium et contingens non conveniunt univoce, sed mere analogice in ratione entis, maxime si illud contingens sit in summo contingendae, ut revera est ens morale sive agibile humanum.

Nam «necessarium et contingens proprie consequuntur ens in quantum huismodi» 3, ut duo modi eius, et quidem divisione per se 4, transcendentes tamen singula praedicamenta, immo et universum ens finitum sive praedicamentale. Quia Deus est ens necessarium, cum tamen non contineatur in ullo praedicamento: omnia vero entia creata, quae diversa praedicamenta circumeunt, sunt entia contingentia 5. Ens ergo dividitur in necessarium et contingens ut analogum in analogata. Unde S. Thomas: «necessarium et contingens *genere differunt*»6. «Contingentia enim et necessaria, etsi *differant secundum propria genera,* conveniunt tamen in communi ratione entis», quam tamen inaequaliter participant, quia ad eam *«diversimode* se habent, *secundum perfectum et imperfectum»1.* Ens enim necessarium, quia non habet potentiam ad non esse, est plenarie et perfecte ens: ex adverso, ens contingens, quia habet potentiam ad non esse, imperfecte tantum et diminute participat rationem communem entis.

Ergo, neque Ethica convenit univoce cum ceteris partibus speculativis philosophiae realis, sed mere anologice. Ab eis igitur *differt genere,* quia nonnisi imperfecte et diminute participat ipsam communem rationem scientiae vel philosophiae.

1 *Summa theol.* I, q. 86, a. 3, arg. sed contra.

2 *In IV Ethic,* lect. 15, n.° S32.

3 *Summa theol.* I, q. 22, a. 4 ad 3. Cf. etiam *tn IV Metaph.,* lect. 3, n.° 1.220; *in I Periherm.* lect. 14, n.° 22.

4 »Ens autem dividitur per contingens et necessarium, ct est per se divisio entis-» (III *contra Gent.,* cap. 72, arg. 2).

4 *Summa theol.* I, q. 2, a. 3, § Tertia via; q. 3, a. 5.

4 *Quaesi. disp. De Anima,* a. 12c. in fine. Cf. *in IV Ethic.,* lect. *1,* n.° 1.115-1.118.

' *Summa Theol.,* I, q. 79> a· 9 a^ 3·

Et propterea certitudo harum partium philosophiae, utpote *ex* amussim proportionata necessitati vel contingendae obiectorum propriorum earum, non est univoca sed analoga.

Necessarium enim et contingens, cum sint per se differentiae entis ut sic, quod est obiectum intellectus \ eo ipso sunt differentiae veri. Quam ob rem S. Thomas recte dixit: «obiectum intellectus est verum, cuius differentiae sunt necessarium et contingens« 1. Et ideo distinguit veritatem obiectivam in necessariam et contingentem 3. Vero autem obiectivo proportionatur certitudo. Non est ergo quaerenda eadem veritas et certitudo in Ethica et in Metaphysica vel Mathematica, sed proportionata propriae materiae sive proprio obiecto terminativo singularum. Nam cum obiectum proprium terminativum Metaphysicae et Mathematicae sit necessarium et immobile, earum veritas et certitudo propria est omnimoda, plena et absoluta; e contra, veritas et certitudo propria Ethicae est imperfecta, probabilis et relativa, quia eius obiectum terminativum proprium est maxime contingens et mobile et complexum. In agibilibus enin humanis «dc quibus est scientia moralis, ratione suae contingendae, per probabiles rationes proceditur»4. Eo vel magis quod «quanto aliqua scientia magis appropinquat ad singularia, sicut scientiae operativae, ut medicina... et moralis, minus possunt habere de certitudine propter multitudinem eorum quae consideranda sunt in talibus scientiis, quorum quodlibet si omittatur sequitur error, et propter eorum variabilitatem»56 Etideo in hisce rebus «sufficit probabilis certitudo, quae in pluribus veritatem habet, etsi in paucioribus a veritate deficiat» n.

Uno verbo, quia munus proprium scientiae practicae non est cognoscere, sed dirigere ad opus vel operatum perficien-

1 *Dc Verit.,* q. i, a. ic.
2 *In III Sent.,* d. 17, a. 1 qla. 3 ad 3, n.° 29.
3 *In I Sent.* d. 19, q. 5, a. 3c.
* *In librum Boethii dc Trinitate,* q. 6, a. 1, qla ic. et ad 4, p. 205, 25; p. 207, 25-27.
6 *Ibid.* qla. 2 c,p. 209, 2-6.
e *Summa theol.* II-II, q. 70, a. 2 c.

dum, eius processus sive resolutio non pervenit ausque ad ipsam rerum essentiam, quae immobilis et quieta et necessaria est, ac proin certitudinem plenam atque absolutam in intellectu scientis generare non potest, sed ei sufficit certitudo probabilis et imperfecta, apta tamen ad prudenter et rationabiliter dirigendum. Ex adverso, quia proprium munus scientiarum speculativarum est cognoscere, non dirigere, earum resolutio pertingere debet usque ad rimandam ipsam rei essentiam, quae nata est provocare ommimidam certitudinem in cognoscente.

Ideo in Physica et in Metaphysica exigitur resolutio usque ad intimam rerum naturam per «necessarias considerationes» et cum omnimoda certitudine. «Sunt autem quaed.in in quibus non est possibile talem resolutionem facere ut perveniatur usque ad *quod quid est;* et hoc, *propter incertitudinem sui esse, sicut est in contingentibus in quantum contingentia sunt:* sed per alium modum, scilicet *per quamdam contecturam* de rebus illis de quibus plena certitudo haberi non potest» x, prout revera accidit in rebus moralibus.

Quapropter S. Doctor egregie concludit: «ad hominem disciplinatum, idest bene instructum, pertinet ut tantum certitudinis quaerat quantum natura rei patitur. Non enin potest esse tanta certitudo in materia variabili et contingenti sicut in materia necessaria, semper eodem modo se habente. Et ideo auditor bene disciplinatus non debet maiorem certitudinem requirere nec minori esse contentus quam sit conveniens rei de qua agitur. Propinquum enim peccatum esse videtur, si aliquis acceptet aliquem mathematicum persuassionibus rhetoricis utentem, et si expectat a rhetorico demonstrationes certas, quales debet proferre mathematicus. Utrumque enim contingit ex hoc quod non consideratur modus materiae conveniens. Nam Mathematica est circa materiam in qua invenitur omnimoda certitudo. Rhetorica

x *Dc Verit.,* q. 15, a. *2* ad 3. Cf. *Summa theol.* I. q. 79, a. 4 ad 3 «Obiccta scientific! ct ratiocinativi [vel opinativi] sunt altera genere quantum ad proprium genus *cognoscibilis,* cum secundum rationem diversam genere cognoscantur· *(Dc Verit.,* q. 15, a. 4 ad 4).

autem negotiatur circa materiam civilem, in qua multiplex variatio accidit» 1.

Ethica more geometrico absurda et commentitia est.

Sed neque obiecta propria terminativa trium partium principalium philosophiae speculativae, scilicet Physicae, Mathematicae et Metaphysicae, univoce conveniunt, sed tantum analogice. Nam proprium obiectum terminativum Methaphysicae est ens reale ut ens in tota sua latitudine vel communitate, atque ideo non sistit in solo ente finito, diviso in decem praedicamenta, sed etiam porrigitur usque ad bonum infinitum, quod Deus est. Obiectum autem terminativum proprium Physicae et Mathematicae limitatur ad solum ens finitum vel praedicamentale.

Atqui ens finitum seu praedicamentale et ens infinitum sive transcendens praedicamenta non conveniunt univoce in ratione entis, sed mere analogice. Ergo neque Metaphysica convenit univoce, sed pure analogice cum Physica et Mathematica in ratione communi philosophiae speculativae.

Et idem etiam dicendum est de Physica et Mathematica ad invicem comparatis. Quia obiectum formale terminativum Physicae est ens reale ut mobile, quod maxime dicitur de substantia sicut et natura, ac proin ens mobile substantialiter est principale obiectum philosophiae naturalis sive Physicae. Obiectum vero formale terminativum Mathematicae est ens reale ut quantum, non tamen prout quantitas est primum accidens subtantiae corporeae et mobilis, sed prout reduplicative est mera quantitas mensurabilis et numerabilis, atque ideo sub quadam immobilitate 2.

«Non enim mathematicus —ait S. Thomas— considerat corpus, quod est in genere *substantiae* prout eius pars est materia et forma, sed in genere *quantitatis* tribus dimensionibus perfectum; et sic comparatur ad corpus quod est in

1 *In I Ethic.,* Icct. 3, n.° 36.

5 *In librum Boethii De Trinitate,* q. 5, a. 3 ad 8, p. 189, 23-

genere substantiae, cuius pars est materia physica, sicut *accidens ad substantiam» x.*

Constat autem substantiam et quantitatem non convenire univoce in ratione communi entis praedicamentalis, sed mere analogice. Ergo neque Physica et Mathematica univoce conveniunt in ratione communi philosophiae realis speculativae, sed pure analogice.

§ 2.—Ex OBIECTO FORMALI MOTIVO

Quod si ulterius considerentur obiecta formalia singularum partium philosophiae *ut motiva,* sive ut *quibus* vel *in esse scibilis,* idem omnino concluditur. Obiecta enim illa sunt reduplicative scibilia vel motiva quatenus sunt immaterialia, idest abstracta a materia, abstractione formali. Et ideo partes philosophiae distinguuntur secundum diversos gradus vel modos immaterialitatis sive abstractionis formalis.

Atqui diversi gradus vel modi immaterialitatis sive abstractionis formalis non conveniunt univoce, sed analogice.

Alia enim est immaterialitas omnimoda sive abstractio formalis ab omni materia, quae est propria entis ut sic, sive realis sive rationis, in tota sui communitate, et respondet Metaphysicae et Logicae, eo quod ens rationis obiective tam late patet sicut ens reale, cum sequatur modum intelligendi nostri intellectus qui negotiari potest circa omne ens reale 2; alia vero est immaterialitas partialis sive abstractio formalis ab aliqua pane vel modo materiae tantum, et non ab omni materia, quae est propria alicuius partis entis realis tantum et non totius entis ut sic, et haec respondet ceteris philosophiae partibus, quae speciales rationes entis considerant, ut sunt Mathematica, Physica et Ethica.

Hae autem duae immaterialitates vel abstractiones formales non conveniunt univoce, sed mere analogice in ipsa

l *Ibid,* ad 2, p. 187, 9-13·

* *In IV Metaph.,* Icct. 4, nn.° 572-5745 <«1 PoSt·' lect· 20' n·0 55 *De natura generis,* cap. 3, n.° 9, Opuscula philosophica, ed. J. Perrier, p. 501.

ratione communi immaterialitatis vel abstractionis formalis, quia se habent ad invicem ut simpliciter et secundum quid. Nam abstractio ab omni materia est abstractio simpliciter dicta, dum abstractio ab aliqua materia vel modo materiae tantum est abstractio secundum quid. Simpliciter autem et secundum quid dicuntur de analogis, non de univocis; quia «simpliciter dictum, intelligitur de eo quod per prius dicitur» [1]; secundum quid vero de eo quod dicitur per posterius, sicut ens dicitur simpliciter de substantia vel de actu, et nonnisi secundum quid de accidenti vel de potentia.

Ergo Logica et Metaphysica ex una parte, et iVlathematica, Physica et Ethica ex alia, non conveniunt univoce in ratione communi philosophiae, sed analogice tantum.

A.—Logica et metaphysica

Sed ulterius, neque Logica et Metaphysica conveniunt univoce inter se, quia tertius gradus abstractionis formalis ab omni materia, in qua conveniunt, duplicem modum induit: alium realem et positivum, sive per modum separations aut divisionis, qui fit per judicium vel enuntiationem, et respondet enti omnino immateriali positive et realiter, quod Deus est, et iste respondet Mctaphysicae, quia Deus est principale obiectum eius; alium intentionalem tantum vel negativum seu permissivum, sive per modum simplicis abstractionis sine separatione, qui fit per simplicem aprehensionem vel definitionem, et respondet enti omnino immateriali negative aut permissive et intentionaliter tantum, sicut sunt intentiones logicae subiecti, pradicati, generis et differentiae, aliaeque huismodi, quae tam entibus corporeis et materialibus quam incorporeis et spiritualibus applicari possunt, licet secundum suam communitatem ab utrisque praescindant.

Constat autem istum duplicem modum immaterialitatis omnimodae sive abstractionis formalis ab omni materia esse analogum, non univocum. Qui primus modus est realis, secundus est logicus vel mere intentionalis; ille est positivus iste negativus vel permissivus tantum; ille per modum judicci vel separationis, iste per modum simplicis aprehensionis vel praecisionis intentionalis aut indifferentiae; ille est proprius Dei, qui est in summo actualitatis uptote Actus Purus, iste est proprius creaturarum sive entium praedicamentalium, quae quandoque corporea et quandoque incorporea sunt vel esse possunt. Reale autem et mere intentionale non conveniunt univoce, sed analogice, multoque minus increatum et creatum. Abstractio ergo ab omni materia per prius convenit abstraction! positivae per modum separationis, quae propria est Metaphysicae, et per posterius abstraction! negativae aut permissivae, per modum simplicis praecisionis, quae propria est Logicae. Consequenter ratio etiam communis philosophiae non convenit univoce Logicae et iVletaphysicae, sed per prius dicitur de Metaphysica et nonnisi per posterius de Logica.

B.—Physica et mathematica

Similiter non conveniunt univoce abstractions formales primi et secundi gradus, idest a singularitate materiae sive a meteria ut singulari quae est propria Physicae, et a sensibilitate materiae sive a materia ut sensibili quae propria est Mathematicae, sed analogice tantum.

Nam primus gradus vel modus abstractionis formalis est in confinio alterius generis abstractionis, scilicet totalis sive universalis a singularibus vel particularibus, cum qua in idem re incidere videtur, licet ab ea distinguatur secundum rationem. Abstractio enim a materia ut singulari tantum, relinquit materian universalem, quae est propria speciei, dum materia singularis est propria individui. Quia entia mobilia sive corporalia, quibus correspondct huiusmodi abstractio quae physica nominari potest, essentialiter componuntur ex materia et forma, et ideo non possunt abstrahere a materia universali vel specifica quae necessario intrat in definitione essentiali; sicut in definitione hominis intrat anima et corpus. Caro

[1] *In l Perihenn.,* Icct. 5, n.° 19.

ergo et os humana sunt de ratione hominis. Attamen ad scientiam vel philosophiam physicam requiritur omnino abstractio a materia singulari vel individual! horum entium, quia talis materia est praecise principium individuationis I eorum, et consequenter de ipsorum constitutione. Propter quod de ratione huius hominis, ut hic, sunt haec caro et hoc os. Singularia autem sensibilia et materialia sunt obiectum sensus, non intellectus, quia hic universalium est. Ideo omnis cognitio intellectiva rerum materialium est necessario abstractive ab eorum singularibus, ac proin a materia ut) singulari sive a singularitate materiae. Cognitio autem scientifica vel philosophica est solum cognitio intellectiva, non mere sensitiva. Et inde proloquia illa: «intellectus est universalium et non singularium, quia materia est individuationis principium» «sensus est singularium, scientia vero universalium» 2.

Sed placet audire egregiam atque profundam explicationem Aquinatis: «sensus est virtus in organo corporali; intellectus vero est virtus immaterialis, quae non est actus i alicuius organi corporalis. Unusquisque autem recipitur in aliquo per modum sui. Cognitio autem omnis fit per hoc. quod cognitum est aliquo modo in cognoscente, scilicet secundum similitudinem. Nam cognoscens in actu, est ipsum cognitum in actu. Oportet igitur quod sensus corporaliter et materialiter recipiat similitudinem rei quae sentitur. Intellectus autem recipit similitudinem eius, quod intelligitur, incorporaliter et immaterialiter.

Individuatio autem naturae communis in rebus corporalibus et materialibus, est ex materia corporari sub determinatis dimensionibus contenta: universale autem est per abstractionen ab huiusmodi materia et materialibus conditionibus individuantibus.

Manifestum est igitur quod similitudo rei recepta in sensu repraesentat rem secundum quod est singularis; recepta autem in intellectu repraesentat rem secumdum ration

' *1 Contra Gent.,* cap. 44, arg. 4.
1 ***In II*** *de Anima,* lect. 12, n.° 377.

universalis naturae. Et inde est quod *sensus cognoscit singularia, intellectus vero universalia, et horum sunt scientiae» '.*

Differt tamen secundum rationem abstractio formalis primi gradus ab abstractione *totali.* Quia abstractio *totalis* dicitur secundum quod totum abstrahit a partibus, idest universale a particularibus sub eo contentis, respectu quorum habet maiorem extensionem sed minorem comprehensionem. Et quidem in hoc sensu, quo maior est abstractio vel universalitas, eo maior est indeterminatio vel potentialitas, ut apparet in diversis generibus ad invicem comparatis, ab infimo usque ad supremum.

Abstractio vero *formalis* dicitur secundum quod forma abstrahitur a materia vel actus a potentia. lam vero aliquid tanto est magis materiale quanto magis compositum est; ex adverso, tanto est magis formale quanto magis simplex et abstractum est.

Propter quod, quia nomina sunt signa conceptuum et conceptus sunt signa rerum, nomina abstracta significant formam aut formale rei significatae, concreta vero significant compositum et quasi materiale eius: verbi gratia, humanitas significat praecise forman sive formale hominis, idest id quo homo formaliter est homo, cum praecisione eorum omnium quae non sunt de ratione hominis ut sic; homo autem significat compositum concretum ex anima rationali et corpore organico, sine praecisione tamen eorum omnium quae quocumque modo possunt ei convenire intra speciem suam 1.

Abstractio ergo totalis respicit universale concrete significatum, puta hominem, abstractum tamen ab hoc vel illo individuo humano; abstractio vero formalis primi gradus respicit idem universale, sed abstracte significatum, puta huma-

1 *Ibid.,* paulo post.

1 Cf. S. Thomas, *hi I Sent.* d. 23. q. I, a. 1 c.; *De ente ct essentia,* cap. 3, ed. L. Baur, p. 26-28 (Münster, 1926); ***IV** contra Gent.* cap. 81, ad 2 objectionem, § De humanitate *vero',Comp. thcol.* I P.,cap. 154, (ed. R. \ crardo, O. P. Opuscula theologica, t. I, p. 73» n.° 309); *Summa theol.* I, q. 3, a. 3c; q. 13, a i ad 2; in ***VII** Mctaph.,* lect. 9» nn.° 1.467-1.473·

nitatem, quae praecise exprimit id quod est formale in ipso homine iam abstracto ab individuis humanis particularibus,

Aliis verbis: abstractio totalis respicit totum universale qua tale; abstractio vero formalis primi gradus respicit idem totum ut induit rationem totius definibilis, quod se habet ad totum qua universale ut formale ad materiale. Universalitas enim est conditio sine qua non intelligibilitatis et definibilitatis [1].

Porro abstractio formalis et definibilitas sive modus definiendi sibi mutuo correspondent. Et propterea idem est dictum scientias vel partes philosophiae distingui ex diversis gradibus abstractionis formalis et ex diversis modis definiendi, iuxta illud S. Thomae: «Tota ratio divisionis Philosophiae sumitur secundum definitionem et modum definiendi» [2], quia revera scientiae specificantur et distinguuntur ex abstractione formali obiecta per modum simplicitatis sive definitionis [3].

Adde quod universale se habet ad particulare ut forma ad materiam, siquidem «natura speciei constituta ex materia et forma communi se habet ut *formalis* respectu individui quod participat talem naturam [4]. Et consequenter, tanto aliquid formalius est quanto universalius. Unde sicut species est formalis respectu individuorum sub ea contentorum, ita genus est formale respectu specierum sub eo contentarum.

Quapropter S. Doctor incunctanter scribit: *«etiam genus consideratur ut formalius specie, secundum quod est absolutum te minus contractum.* Unde ct partes definitionis reducuntur

1 Cf. S. Thomas, *in I Physic.,* lect. i, n.° io; Caietanus, *Comment, in Isagogem Porphyrii,* cap. i, p. 68-69, ed. I. Marega, O. P. Romae, 1934.

2 *In I de Anima,* lect. 2, n.° 20 Cf. etiam *in I Physic.,* lect. I, nn. 1-3; *in XI Metaph.,* lect. 7, nn. 2.256-2.258, 2.264; *in 1 Post.,* lect. 41 nn. 10-12, *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. ic. p. 165, 16-28.

3 De hoc modo abstractionis deque cius differentia ab abstractione per modum divisionis vel enuntiationis, vide S. Thomam, *De Verit»* q. 21, a. 1 ad arg. 2 sed contra; *Summa theol.* I, q. 85, a. 1 ad 1.

4 S. Thomas, *In II Physic.,* lect. 5, n.° 4.

ad genus causae *formalis* ut dicitur in II Physicorum, cap. 3, n. 2. Et secundum hoc, *genus est causa formalis speciei, et tanto erit formalius quanto communius»*

Quod quidem intelligendum est maxime de genere prout est pars definitionis essentialis speciei una cum differentia specifica, scilicet prout est pars totius definibilis, quod est species. Et hac de causa in verbis citatis S. Thomas signanter adnotat: *«unde et partes definitionis* reducuntur ad genus causae *formalis»*. Atque in Commentario Aristotelis ad quem provocat, addit: «et ita *ad hunc modum causae reducuntur omnes partes quae ponuntur in definitione; nam partes speciei ponuntur in definitione,* non autem partes materiae [individualis, quae maxime materia est], ut dicitur in VII Aletaphysic., cap. 10 1... Nam in definitione speciei non ponitur materia individualis, sed materia *communis:* sicut in definitione hominis ponuntur carnes et ossa, non autem hae carnes ct haec ossa. Natura igitur speciei constituta ex materia et forma *communi,* se habet ut *formalis* respectu individui quod participat talem naturam; et *pro tanto hic dicitur quod partes quae ponuntur in definitione pertinent ad causam formalis a particulari'(In librum Boethii De Trinitate, q.* 51 a. 3c, p. 185, 4-19).

«Et ideo ratio hominis, *quam significat definitio et secumdum quam procedit saentia,* consideratur sine his carnibus et sine his ossibus, non autem sine carnibus et ossibus absolute* (ibid., a. 2 c, p. 176-177).

l *Summa theol.,* I-II, q. 18, a. 7 ad 3 «Logicus considerat genus solum ex parte cius quod *formale* est, unde ct cius definitiones dicuntur *formales** (In *librum Boethii de Trinitate,* q. 4, a. 2 c. p. 141, 27-28).

' «Per se competit homini quod inveniatur in eo anima rationalis ct corpus compositum ex quatuor clementis, unde sine his partibus homo intcl-ligi non potest, sed haec oportet poni in definitione eius: unde, sunt *partes speciei ct* formae. Sed digitus, pes ct manus et aliae huiusmodi partes sunt post intellectum hominis: unde ex cis ratio essentialis hominis non dependet, ct ideo sine his intelligi potest. Sive enim habeat pedes sive non, dummodo ponatur coniunctum ex anina rationali et corpore mixto ex elementis propria mixtione, quam requirit talis forma, erit homo. *Et hae partes dicuntur partes materiae, quae non ponuntur in definitione totius,* sed magis e converso. *Et hoc modo se habent ad hominem omnes partes signatae,* sicut haec anima ct hoc corpus ct hic sanguis et hoc os et huiusmodi. Hac enim partes sunt quidem partes essentiae Sortis ct Platonis, non autem hominis in quantum homo, *ct ideo potest homo abstrahi per intellectum ab istis partibus, et talis abstractio est universalis a particulari'(In librum Boethii De Trinitate, q.* 51 a. 3c, p. 185, 4-19).

malen» \ «Definitiones enim non dantur de individuis, sed de speciebus» 2.

Hucusque de propria indole abstractionis formalis primi gradus. At vero abstractio formalis secundi gradus vel modi ulterius procedit, quia abstrahit ab omni materia physica tam individual! quam specifica, idest tam singulari quam communi, et solum retinet materiam intelligibilem sive imaginabilem, quae alterius omnino generis est. Utraque est materia corporalis —nam incorporalia sunt immaterialia—, sed materia physica vel sensibilis est propria corporis physici, dum materia mathematica sive imaginabilis est propria corporis mathematici. Tantum ergo differunt inter se huiusmodi abstractiones formales quantum corpus physicum et corpus mathematicum, sive materia sensibilis —licet communis vel specifica et materia imaginabilis— vel intelligibilis, nam utroque modo nominatur. Nam id quod principale et formale est in abstractione formali, non tam est illud quod relinquit —quasi terminus *a quo*— quam illud ad quod pervenit et quod retinet —quasi terminus *ad quem*— Et propterea ex ordine ad hunc terminum *ad quem* accipit naturam et denominationem suam.

Atqui huiusmodi corpora vel materiae non solum specie differunt inter se, sed toto genere. Corpus enim physicum est id quod ponitur in praedicamento substantiae sub denominatione substantiae corporeae, et ideo est corpus reale et essentialiter mobile, scilicet non tantummodo motu accidentali augmenti, alterationis vel locali —secundum quantitatem, qualitatem vel ubi— sed etiam, ac praesertim, motu substantiali generationis et corruptionis. Quo fit, ut materia propria huius corporis, quam retinet abstractio formalis primi gradus, sit materia substantialis quae revera est materia prima. Non tamen nude sumpta, sed ut actuata et informata forma substantiali correspondent!. Utraque enim simul est de essentia vel definitione substantiae corporeae auae praecise

1 *In II Physic.*^ lect. 5, n.° 4.
2 *In VII Metaph.* lect. 9, n.° 1.468.

est: substantia compositia ex materia prima et forma substantiali. Huic autem substantiae naturaliter inhaerent plura genera accidentium, praesertim quantitas et qualitas, quae vicissim quasi primae radici respondent materiae et formae: quantitas quidem quae crassa et materialis est, materiae primae; qualitas vero, quae forma quaedam est accidentalis, formae substantiali. Ordine tamen quodam. Quia materia prima, cum sit elementum permanens sub diversis transformationibus corporis physici, est id quod fundamentale est in substantia corporea, et ideo primum et maxime proprium accidens eius est quantitas, post quam advenit qualitas, quae substantiae physicae inhaeret mediante quantitate. Verumtamen sicut nunquam datur materia prima sola sine forma substantiali, ita neque quantitas physica pura sine qualitate. Et ex utraque habet haec substantia quod sit sensibilis, scilicet perceptibilis sensibus externis: nam quantitas est sensibile commune; qualitates vero ut color, sonus, calor, sapor et alia hujusmodi, sunt sensibilia propria. Ipsa autem substantia latens sub hujusmodi accidentibus sensibilibus per se, est sensibilis per accidens et intelligibilis per se. Nam sensus non percipiunt per se nisi accidentia. Dicitur tamen substantia vel materia haec substantia vel materia sensibilis ratione hujusmodi proprietatis, qua videlicet mediantibus propriis et naturalibus accidentibus eius est perceptibilis sensu exteriori x.

Ex adverso, corpus mathematicum non est in praedicamento substantiae, sed accidentis, scilicet quantitatis. Non tamen ut quantitas est sensibilis per se una cum qualitatibus sensibilibus eam afficientibus, neque ut est accidens primum substantiae corporeae sive physicae, idest ut relatum ad proprium eius subiectum cui inhearet —haec enim duo spectant proprie ad philosophiam naturae sive ad physicam—, sed ut mera et pura quantitas, omnino praescindens a subiecto inhaerendae et abstrahens ab omni qualitate sensibili. Et hoc ideo, quia corpus mathematicum abstrahit a corpore physico vel sensibili, videlicet, tum ut est sensibile per se —quantitas eius

1 *In* ***II*** *de Anima,* lect. 13, nn. 395’396; *in* /V *Sent.* d. 49, q. *2,* a. 2c.

physica vestita qualitatibus sensibilibus—[1], tum ut est sensibile per accidents —ipsa substantia corporea—; et solum retinet quantitatem ut sic, nempe ut imaginabilem et mensurabilem per intellectum [2].

Ut enim ait ad rem S. Thomas, «Mathematica dicuntur per abstractionem a naturalibus. Naturalia autem se habent per oppsositionem ad mathematica: superaddunt enim mathematicis materiam sensibilem et motum a quibus mathematica abstrahunt» [3].

Et hac de causa, «mathematicus, in quantum huiusmodi, non considerat aliquod mobile» [4]: «in corpore enim mathematico non consideratur nisi quantitas»[5]. Quia corpus mathematicum est praecisse ipsa trina dimensio, idest *dimensio* perfecta in longum, latum et profundum,[6] ac proin est ipsa quantitas imaginata vel intellecta quatenus *mensurabitis* per intellectum.

Videlicet, «ipsae tres dimensiones designatae sunt corpus secundum quod est in genere quantitatis»[7]; vel ut ait alibi S. Doctor, «corpus mathematicum *nihil est aliud quam dimensiones separatae*» [8], idest separatim condideratae a corpore physico sive sensibili. Unde et aliquando corpus physicum appellat corpus sensibile; mathematicum vero corpus intelligible [9].

Distinctivum autem inter utrumque genus corporis uno verbo perstrinxit dicens: «corpus, quod est magnitudo completa [trinam dimensionem habens], dupliciter sumitur, scilicet *mathematice,* secundum quod consideratur in eo

1 Idem dictu hac in re cst materia intelligibilis ct materia imaginabilis, ut notat S. Thomas *in VII Metaph.*, lect. 10, n.° 1.494.
2 *In III dc Caelo et Alundo,* lect. 3, n.° 4.
3 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 3 ad 8, p. 189, 23-24.
4 *In I Physic.,* lect. 9, n.° 9.
6 *In I de Caelo et Mundo,* lect. 2, n.° 8; *in de Generatione et Corruptione,* I:ct. 13, n.° i.
4 *De ente et essentia,* cap. 3, cd. cit., p. 20, 14-15.
7 *In IV Sent.,* d. 44, q. *2,* a. *2,* qla. 2C.
H *In III Physic.,* icct. 8, n.° 2.

sola quantitas; et *naturaliter* [physice] secundum quod consideratur in eo *materia et forma» x.*

Aliter ergo considerant corpora physicus et mathematicus. «Naturalis quidem considerat de corporibus in quantum sunt *mobilia,* de superficiebus autem et lineis in quantum sunt terminus corporum *mobilium:* geometra autem considerat de eis prout sunt quaedam quanta *mensurabilia...* Per quod datur intelligi quod ad naturalem pertinet praecipue considerare de corpore in quantum est in genere *substantiae,* sic enim est subjectum *motus;* ad geometram autem in quantum est in genere *quantitatis,* sic enim *mensuratur» 2.* Et ideo «ex mathematicis non potest aliquid efficaciter de motu concludi»[3].

Corpus ergo physicum est omnino reale —unde et entia realia, ut contradistincta ab entibus rationis, dicuntur *res naturae* *—; corpus vero mathematicum est quidem materialiter sive fundamentaliter reale, nempe ipsa quantitas, quae reapse est primum accidens corporis physici sive substantiae corporeae, formaliter tamen qua mathematicum, idest abstractum a corpore physico, est ipsa trina dimensio idealis vel imaginata, non autem dimensio realis et sensibilis subjecta sensibus externis ab eisque percepta. Et inde est quod entitates et proprietates mathematicae, verbi gratia, punctum, unitas, divisibilitas, additio et alia hujusmodi, non inveniuntur neque inveniri possunt in quantitate physica et reali, ea puritate eoque rigore quibus a mathematico concipiuntur. «Unde non est idem indicium quandoque de linea mathematica quod est de linea sensibili, sicut in hoc quod linea recta tangit sphaeram solum secundum punctum; quod convenit lineae separatae, non autem rectae lineae in materia,

1 *Summa Theol.,* q. 7, a. 3c. Et «dicitur corpus mathematicum, corpus consideratum *secundum dimensiones quantitativas tantum,* et hoc cst corpus in genere *quantitatis» (In II Sent.* d. 30, q. 2, a. 2c.).
2 *In Ide Caelo ct Mundo,* lect. 1, n.° 2. Cf. *in II Physic.,* lect. 3, nn. 4-5.
3 *De Potentia,* q. 4, a. 17 ad 17.
4 Cf. S. THOMAS, *in I Sent,* dc 26, q. I. a. 1 ad 3; *in III Sent.,* d. 6 q. I, a. I, qla. I, n.° 2; *Summa theol.,* q. 13, °- 7«·

ut dicitur in I De Anima» Propter quod S. Thomas iure comparat intentiones mathematicas cum intentionibus logicis. Nam, postquam locutus est de intentionibus logicis, puta generis vel speciei, quae formaliter sunt entia rationis, licet fundamentaliter sint in re, statim subiungit: «et simile est de omnibus aliis quae consequuntur ex modo intelligendi, *sicut est abstractio mathematicorum* et huiusmodi»[1]

Et ratione huiusce fundamenti remoti in quantitate physica vel sensibili, a qua tamen formaliter abstrahit, dicuntur principia mathematica trahi ex experientia sensibili, sicut et principia aliarum scientiarum. «Puta, ex hoc quod videmus aliquod totum singulare sensibile, perducimur ad cognoscendum quid est totum et pars, et cognoscimus quod omne totum est maius sua parte, considerando hoc in pluribus» [3][4]

Quae quidem abstractio, quia est per modum simplicitatis vel definitionis, non separat realiter quantitatem mathematicam a quantitate physica neque a substantia corporea cuius quantitas physica est primum et proprium accidens -rcalis enim separatio abstractorum est propria abstractionis formalis per modum divisionis vel enuntiationis—, sed simpliciter ab ea praescindit per meram non considerationem.

Alia enim est definitio corporis physici et alia corporis mathematici. Corpus physicum est substantia composita ex materia prima et forma substantiali, ad quam nata est sequi trina dimensio; mathematicum vero est ipsa trina dimensio ut sic '. In definitione ergo corporis mathematici non intrat materia prima, neque forma substantialis, neque ulla mobilitas, neque ulla qualitas sensibilis, sed pura et mera quantitas dimensiva perfecta ut sic, idest ipsa trina dimensio; at vero in definitione corporis physici intrant necessario materia prima et forma substantialis ut principia mobilitatis eius est et ut radices quantitatis et qualitatis sensibilis,

1 *In HbrtonBoethii de Trinitate,* q. 6, a. 2c, p. 22-26.
3 *In I Sent.* d. 2, a. 3c.
3 *In I Post.,* Icet. 30, n.° 5.
4 Cf. *De ente et essentia,* cap. 3, ed. cit., p. 20, 10-15; 22, I.

quae ei adveniunt ut propria accidentia. Quare S. Thomas: «definitio autem substantiarum naturalium non tantum formam continet, sed etiam materiam; *aliter enimde finitiones naturales et mathematicae non differunt» x.*

Et proptera definitiones et demonstrationes mathematicorum non sunt falsae, quia definitiones non negant quatitatem physicam neque substantiam corpoream cui inhaerent, sed mere praescindunt, eas non aprehendentes vel considerantes. Demonstrationes autem unice respiciunt attributa, proprietates vel relationes quantitatis ut sic, non ut est accidens substantiae corporeae neque ut vestita qualitatibus sensibilibus, idcoque ut mobilis atque sensibilis.

Esset autem falsitas et deceptio si talis abstractio esset per modum realis separationis vel negationis, ut putaverunt Pythagorici et platonici [2]. Sic ergo, «mathematicus abstrahens [per modum simplicitatis vel definitionis], non considerat rem aliter quam est. Non enim intelligit lineam esse sine materia sensibili, sed considerat lineam ct eius passiones sine consideratione materiae sensibilis, et sic non est dissonantia inter intellectum et rem; quia etiam secundum rem id, quod est de natura lineae, non dependet ab eo quod facit materiam esse sensibilem, sed magis e converso. Et sic patet quod abstrahentium non est mendatium» [3].

Quod autem haec abstractio corporis mathematici a corpore pyhsico, sive materiae intelligibilis a materia sensibili, sit vera abstractio formalis et non totalis, patet ex eo quod corpora physica, quae relinquit, non sunt species neque individua corporis mathematici. Non enim triangulus aeneus, lapideus et ligneus sunt species trianguli mathematici, sed triangulus acquilatcrus, isosceles ct scalenus; vel etiam rectangulus, obtusangulus et acutangulus. Itaque evidens est

x *Ibid.,* cap. 2, p. 16, 1-4.
1 Cf. S. Thomas, *in librum Boethii dc Trinitate,* q. 5, a. 3c, in fine, p. 186, 21-24; *in III Metaph.,* Icct. 13, n.° 514.
3 *In librum Boethii de 'Trinitate,* q. *5,* a. 3 ad I, p. 1S6-187. Ci. *in II Physic.,* lect. 3, nn. 4-7.

corpora physica non se habere ad corpora mathematica ui species ad genus, quia non conveniunt in eodem praedicamento, cum revera corpora physica sint in praedicamento substantiae, dum corpora mathematica sunt in praedicamento accidentis x.

Sed quia materia sensibilis se habet ad materiam intelligibilem ut materiale ad formale, inde est quod abstractio materiae intelligibilis a materia sensibili est abstractio formalis. Et hac de causa in scientiis mediis sive physico-mathematicis, ut in optica et musicologia, in quibus principia mathematica applicantur ad materiam physicam, id quod formale est pertinet ad scientias mathematicas puras. Id enim quod *formale* est in linea vel angulo visuali quem considerat Optica, est ratio lineae vel anguli. Et similiter in numero vel mensura sonorum, quos considerat Musicologia, | id quod *formale* est, est numeratio vel mensuratio, non sonus ipse ut sic. «Nam musica applicat numerum *formalem* —quem considerat arithmeticus— ad *materiam,* idest ad sonos» 1.

Insuper, in abstractione formali non solum abstrahitur forma a materia, sed etiam accidens a subjecto, quia praecise accidens se habet ad subiectum suum ut forma quaedam accidentalis ejus 3. Unde S. Thomas, loquens de abstractione formali, dicit quod «respondet unioni formae et materiae, *vel accidentis et subiecti;* et haec est abstractio formae | a materia sensibili», videlicet abstractio mathematica materiae intelligibilis a materia sensibili4.

Et sic plane intelliguntur haec alia profunda verba

1 «Huiusmodi mathematica non sunt substantiae rerum, sed sunt accidentia supervenientia substantiae... In genere enim substantiae est [corpus] secundum quod componitur ex materia et forma, quam consequuntur dimensiones in materia corporali. Ipsae autem dimensiones pertinent ad genus quantitatis, quae non sunt substantiae sed accidentia, quibus subiicitur substantia composita ex materia et forma» (S. Thomas, *in III Metaph,* lect. 13, n.° 514).

2 *Iu I Post.,* lect. 25, n.° 2.

3 «Cum omnia accidentia comparentur ad substantiam subiectam sicut forma ad materiam» *(In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 3c, p. 184, 9-10).

4 *Ibid.,* p. 185, 20-22.

Aquinatis: «*materiale* dicitur non solum id cuius pars est materia, sed etiam *illud quod in materia esse habet,* secundum quem modum *linea sensibilis materiale quoddam dici potest.* Unde per hoc non prohibetur quin linea sine materia intelligi possit. *Non enim materia sensibilis comparatur ad lineam sicut pars, sed magis sicut subiectum in quo esse habet, et similiter est de superficie et corpore.*

Non enim mathematicus considerat corpus quod est in genere substantiae prout eius pars est materia et forma sed secumdum quod est in genere quantitatis tribus dimensionibus perfectum; et sic comparatur ad corpus quod est in genere substantiae cuius pars est materia physica, sicut accidens ad subjectum»

Apparet ergo exinde quod corpus physicum et corpus mathematicum, quae sunt propria obiecta Physicae et Mathematicae, differunt genere tam in esse rei quam in esse scibilis. In esse quidem rei, quia corpus physicum est in genere substantiae, dum corpus methematicum est in genere accidentis. Diversimode tamen hinc et inde. Quia corpus physicum est proprie et directe in praedicamento substantiae: at vero corpus mathematicum non est proprie et directe, idest formaliter, in praedicamento quantitatis, sed improprie et reductive tantum, nempe materialiter tantum et fundamentaliter. Proprie quidem et directe et formaliter est in hoc praedicamento quantitas physica, quae trinam dimensionem continet ut vestitam qualitatibus sensibilibus et ut accidens substantiae corporeae sive physicae; sed quantitas mathematica, licet re sive fundamentaliter non separetur a quantitate physica, cum qua materialiter coincidit, quia revera non exsistit naturaliter quantitas sola et separata, formaliter tamen praescindit et abstrahit per modum simplicitatis vel definitionis tum a qualitatibus sensibilibus et motu quantitais physicae, tum etiam a ratione metaphysica accidentis substantiae corporeae. Non enim .Mathematica

1 *Ibid,* ad 2, p. 187, 3-13·

considerat naturam intimam quantitais sicut physica vel metaphysica, sed unice et formaliter rationem puram *mensurabilitatis* eius. Rationes namque et proportiones, ad quas reducuntur omnia quae mathematicus considerat circa quantitatem continuam vel discretam, nihil aliud sunt nisi *mensurationes* quantitatis. Est ergo quantitas *ut mensurabitis,* abstracta a quantitate sensibili, proprium et immediatum subiectum attributionis omnium quae praedicantur et demonstrantur a mathematico.

Et propter hoc, in praedicando, induere potest modum substantiae et accidentis. Accidentis quidem fundamentaliter vel materialiter, quia revera, in esse rei, quantitas mathematica est ipsa quantitas physica praescindens a qualitatibus sensibilibus, quae est accidens primum substantiae corporeae. Substantiae vero formaliter sive ut imaginabilis vel intelligibilis, idest *ut mensurabitis* per rationes et proportiones.

Quo in sensu scribit S. Thomas: «quantitas dimensiva secundum suam *rationem* non dependet a materia sensibili, quamvis dependeat secumdum *esse.* Ideo *in praedicando* et subiiciendo accipit modum *substantiae* et modum *accidentis.* Unde lineam dicimus et *quantitatem et quantam,* et *magnitudinem* et *magnam x.*

Nimirum mathematicus accipit quantitatem intelligibilem ut sic veluti subiectum immediatum attributionis omnium quae de ea ut tali dici et demonstrari possunt, ac si esset substantia quaedam, licet revera non sit. Absque falsitate tamen: tum quia, ut saepe dictum est, abstractio mathematica est per modum simplicitatis vel definitionis tantum et non per modum separationis vel enuntiationis ut abstractio metaphysica in summo sui; tum etiam quia quantitas, utpote primum accidens substantiae corporeae, comparatur ad cetera accidentia eiusdem substantiae ut *quasi substantia,* cum sit eorum subiectum immediatum, nam cetera accidentia inhaerent substantiae mediante quantitate. Nihil ergo mirum si, etiam abstracte et mathematice considerata, induere valeat modum *quasi substantiae* in suo genere.

1 *In IV Seni.* d. 12, q. 1, a. i, qla. 3 ad 2, ŋ." 48.

Differunt quoque genere in esse *scibilis,* quia alia genere est scibilitas materiae sensibilis sive corporis physici et alia materiae intelligibilis sive corporis mathematici. Corpus enim physicum, cum sit maxime complexum et essentialiter mobile, est minime scibile; corpus vero mathematicum, quia est maxime abstractum in ratione communi corporis, ideoque uniforme et immobile, est maxime scibile in hoc ordine. Tantum ergo differunt inter se abstractio formalis physica et abstractio formalis mathematica, quantum materia sensibilis et materia intelligibilis: quae quidem genere differunt. Quapropter S. Thomas: «distinguuntur autem genera scibilium secundum diversum modum cognoscendi, sicut alio modo cognoscuntur ea quae definiuntur cum materia et ea quae definiuntur sine materia. *Unde aliud genus scibilium est corpus naturale et corpus mathematicum.* Unde sunt diversa prima principia utriusque generis et per consequens diversae scientiae. Et utrumque horum generum distinguitur in diversas species scibilium, secumdum diversos modos et rationes cognoscibilitatis» 1. Ratio ergo communis corporis inaequaliter participatur, idest secundum prius et posterius sive analogice, a corpore physico et a corpore mathematico: quia ab illo participatur plene et secundum substantiam, ab hoc autem diminute et secundum accidens. Itaque nomen commune corporis dicitur primo et principaliter et proprie de corpore physico, quod est substantia; secundario autem et participative tantum, dicitur de corpore mathematico, quod est accidens.

Unde S. Thomas expresse dicit: «huiusmodi nomina quandoque accipiuntur *proprie* pro ipsis *essentiis* rerum ad quas significandas *principaliter* sunt imposita; aliquando autem sumuntur pro *proprietatibus* a quibus imponuntur, et hoc *minus proprie.* Sicut patet quod hoc nomen, *corpus,* impositum est ad significandum quoddam genus *substantiarum,* ex eo quod in cis inveniuntur tres dimensiones; et ideo aliquando ponitur hoc nomen, *corpus,* ad significandas

1 *In I Post.* Icct. 41, n.° 10.

tres dimensiones, secundum quod corpus ponitur species *quantitalis»*, quae est genus accidentis x.

Et similiter ratio communis scibilitatis eorumdem per abstractionem formidem, inaequaliter participatur, secundum prius et posterius sive analogice, a corpore physico vel materia sensibili et a corpore mathematico vel materia intelligibili, licet ordine inverso. Quia quo aliquid est magis materiale, eo est minus scibile vel intelligibile; et vicissim, quo aliquid est minus materiale, eo est magis intelligibile vel scibile. Cum ergo materia intelligibilis corporis mathematici sit minus materialis quam materia sensibilis corporis physici, sequitur quod intelligibilitas communis utrique generi corporis per prius conveniat corpori mathematico, et non nisi per posterius corpori physico.

Cum igitur tales sint Physica et Mathematica qualia sunt propria et formalia earum objecta in esse rei et in esse scibilis, a primo ad ultimum sequitur eas inaequaliter, secundum prius et posterius, sive analogice, participare rationem communem philosophiae speculativae, ideoque esse partes eius potentiales vel analogas.

C.—Physica et Moralis

In quo autem gradu vel modo abstractions formalis sita sit philosophia moralis et quomodo obiectum eius proprium differat ab objectis ceterarum partium philosophiae realis in esse scibilis, operosius inquirendum est, quia maiorem difficultatem praesefert.

Qua in re illud est in primis asserendum, philosophiam moralem esse proprie subalternatam psychologiae, scilicet non ratione finis, sed ratione principiorum propriorum et obiecti; quatenus subalternata accipit a subalternante propria sua principia, eo quod conclusio subalternantis est

l *Summa theol.*, I, q. i8> a. 2c.

principium subalternatae, et insuper proprium obiectum eius est sub obiecto subalternantis, non tamen ut mera pars materialis eius, sed ut materia adnexa vel superaddita cum differentia accidentali secum ferenti propria attributa atque specialem scibilitatem x.

Aloralitas enim, quam philosophia moralis formaliter considerat, est proprietas actus liberi, juxta illud S. Thomae: «ibi incipit genus moris ubi primo dominium voluntatis invenitur»2. In quantum scilicet talis actus est bonus vel malos, idest, concordans ordini et directioni rationis rectae ad finem hominis ultimum vel ab eo recedens eique discordans. Quo in sensu ait S. Doctor quod ordo moralis sive moralitas est «ordo quem ratio considerando facit in operationibus voluntatis» 3. Et sic obiectum proprium philosophiae moralis est, «operatio humana ordinata in finem» ultimum, sive actus humanus liber ut regulabilis a ratione in ordine ad ultimum finem hominis 4.

Idem vero actus liber unice consideratur a Psychologia ut vitalis, idest ut procedens a voluntate deliberata sive ab homine operante cum dominio voluntatis, ita ut in eius potestate sit illum ponere vel omittere sic vel aliter, prout malverit, quin eius regulabilitatem vel ordinationem ad finem ultimum totius humanae vitae respiciat.

Haec igitur ordinabilitas vel regulabilitas, secundum quam sumitur bonitas vel malitia, idest moralitas actuum humanorum, est *accidens proprium* eorum, quia omni, soli, semper et conversim convenit actui humano libero; non tamen prout praecise vitalis et psychicus est, nimirum a voluntate elicitus vel imperatus, et in ea manens vel in potentiis imperatis ut in subjecto *quo,* sed prout respicit ordinationem ad finem ultimum totius humanae vitae. Non

1 Cf. S. Albertus Magnus; *net. I, tract,* x, *C. 2;* S. Thomas, *in 1 Post.,* lect. 25, nn. 2,4-6; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 5, p. 170-171; CAIETANUS, *in I Post.,* cap. 13, De subaltcrnatione scientiarum, fol. 65 va-66ra, Veneriis 1519.

* *In II Sent.,* d. 24, q. 3, a- 2C.

3 In I Ethic., Icct. I, n.° I.

4 Ibid., n.° 3.

est ergo formaliter loquendo accidens psychologicum, quia tunc ad puram psychologiam pertineret, sed *accidens moralt,* quod est alterius generis, licet necessario connexum cum entitate psychica actus liberi, eo circiter modo quo visualitas accidit lineae vel angulo et sonoritas vel tonalitas accidit numero.

Et inde, ratione peculiaris indolis horum accidentium, qua simul sunt propria —materialiter— et extranea sive alterius generis —formaliter—, venit connexio et dependentia necessaria opticae a Geometria, Musicae ab Arithmetica, et Philosophiae Moralis a Psychologia, una cum speciali scibilitate talium accidentium, quae sub hac formalitate vel respectu susceptiva sunt definitionis, praedicationis et demonstrationis specialis.

Id igitur, quod psychicum et vitale est in actu humano libero se habet ut praesupositum ad id quod formaliter morale in eo est; quod ideo se habet ad illud, non proprie loquendo ut pars —sic enim intellectuale et affectivum quodeumque se habent ut partes psychici— sed ut accidens vel adnexum alterius rationis ei superveniens. Et ideo conclusiones Psychologiae se habent ut principia propria vel appropriata Philosophiae Moralis. Verbi gratia, conclusiones psychologicae de potentiis animae, de habitibus operativis et de actibus humanis ut vitalibus, sunt principia Philosophiae Moralis de virtutibus atque de actibus humanis ut moralibus, nempe ut bonis vel malis. Sicut enim potentiae et habitus operative specificantur per proprios actus vitales in ordine ad propria eorum obiecta physica, ita virtutes morales specificantur per proprios actus morales in ordine ad propria earum obiecta moralia, idest ut subiecta regulis morum. Et similiter, sicut actus psychologici specificantur ex propriis obiectis physicis, ita actus morales ex propriis obiectis moralibus, boni scilicet ex bonis, et mali —peccata— ex malis.

Pariter Philosophia Moralis accipit ex Psychologia principia sua prima. Primum autem principium totius Philosophiae Moralis est verus ultimus finis obiectivus totius humanae vitae, qui Deus est, quia finis in agibilibus se habet ut

principia in speculabilibus. Psychologia autem demonstrat et ostendit Philosophiae Morali verum ultimum finem totius humanae vitae, quia demonstrat animan humanam esse essentialiter spiritualem atque immortalem, ac proin non esse generabilem neque corruptibilem, idest educibilem ex potentia materiae, sicut aliae animae inferiores, sed unice creabilem a Deo. Deus ergo est propria causa singularum animarum humanarum per creationem ex nihilo. Et quia ordo finium respondet ordini agentium, necessario concluditur solum Deum esse verum finem ultimum obiectivum et proprium animae humanae, atque ideo ipsius hominis h Unde, ut scribit S. Thomas, «philosophus speculatur animam esse immortalem, et exinde sicut a causa remota [a primo principio] sumere potest occasionam aliquid operandi»1.

Alia tamen habet attributa vel praedicata actus humanus ut moralis et actus humanus ut psychicus, et consequenter aliam scibilitatem. Quia ut psychicus comparatur maxime ad principium unde oritur ut a causa efficienti; ut moralis vero, ad finem ad quem ordinatur et tendit. Et sic verbi gratia, aliud est bonum et malum physicum, aliud bonum et malum morale. Ex simplici bono psychico nemo laudatur neque meretur neque praemiatur, nisi aliquo modo sub ordine morali contineatur: pariter, nemo vituperatur, neque demeretur, neque punitur ex mero defectu psychico. Ex adverso, laudamus et honoramus hominen moraliter bonum, malum autem vituperamus atque punimus 3. Bona et mala moralia dependent a nostra voluntate: at vero mere physica vel psychica sunt a nostra voluntate independentia. Et inde est quod actus psychologice perfectissimus, idest plene conscius et voluntarius et liber, ut blasphemia vel haeresis formalis, potest esse moraliter pessimus, quia eo peior est moraliter quo melior est psychologice. Inde etiam provenit quod

1 Cf. S. THOMAS, *De Regno,* lib. I, cap. 8, n.° 27, ed. Perrier, Opuscula, 1.1, p. 244.

2 *Dc Vcrit.,* q. I4> a. 4C.

3 Cf. I-II, q. 20.

divisiones boni et mali moralis non conveniunt cum divisionibus boni et mali psychici, sed sunt disparatae vel divergentes. Nam bonum morale dividitur in honestum, delectabile et utile, malum autem in malum culpae et malum paenae: quibus nihil est simile in ordine pure psychico. Verumtamem, nullus est actus humanus vere moralis nisi sit prius vere psychologicus: immo, ut sit plene perfecteque moralis, idest bonus vel malus, oportet quod sit perfecte pleneque psychologicus, hoc est plene conscius pleneque voluntarius et liber.

Quae cum ita sint, concludendum est Philosophiam Moralem in ratione scientiae proprie ac stricte subaltcmari Psychologiae, ac proin nullum esse perfectum philosophum moralem nisi calleat atque perfectam habeat Phychologiam, in qua propria eius principia radices figunt.

Iit lu.

Hanc doctrinam videtur adumbrasse Aristoteles in pulchra illa atque profunda analogia proportionalitatis inter Medicinam et Anthropologiam ex una parte —ut haec includit omnes disciplinas de humano corpore deque toto homine disserentes, ut Anatomiam, Histologiam, Neurologiam, Physiologiam, Endocrinologiam aliaque id genus—, et Philosophiam Moralem atque Psychologiam ex alia. Ita enim se habet Philosophia Moralis ad animan sicut Medicina ad corpus, quia sicut Medicina tractat de bono et malo corporis, hoc est, de sanitate et aegritudine eius, ita Philosophia Moralis agit de bono et malo animae, idest de virtutibus et vitiis eius, quasi de sanitate et aegritudine ipsius: nam virtus est sanitas quaedam et vigor animae, vitium autem aegritudo et imbecillitas.

Atqui Medicina subalternatur Anthropologiae aut, si mavis, Somatologiae, quatenus haec includit omne id quod perfectam cognitionem corporis humani praebet. Quia enim sanitas et aegritudo sunt affectiones et proprietates corporis vivi humani, impossibile est eas perfecte cognoscere ignorato corpore ipso animato. Non est autem possibile remedia oportuna praebere nisi aegritudo perfecte cognoscatur.

Ideo —inquit Aristottcles— boni atqui perfecti medici multa sciunt de propria natura et proprietatibus corporis humani; et vicissim, perfecti somatologi descendunt usque ad cognitionem sanitatis et aegritudinis \ Ergo et perfecti philosophi morales debent apprime cognoscere naturam, potentias, affectiones caeterasque proprietates animae humanae.

Eam expolivit atque explicavit S. Thomas, expresse docens subaiternationem Medicinae ad Somatologiam. Exponens enim verba Aristotelis in capite primo libri *De Sensu ei Sensato,* scribit: «Ad naturalem Philosophum pertinet invenire prima et universalia principia sanitatis et aegritudinis; particularia autem principia considerare pertinet ad medicum qui est artifex factivus sanitatis, sicut ad quamlibet artem factivam pertinet considerare singularia circa suum propositum, eo quo operationes in singularibus sunt.

Et quod haec consideratio pertineat ad Naturalem, probat... dupliciter. Primo quidem per rationem. Non enim potest inveniri sanitas nisi in habentibus vitam. Ex quo patet quod corpus vivum est proprium subiectum sanitatis et aegritudinis. Principia enim subiecti sunt principia propriae passionis. Unde, cum ad Philosophum naturalem pertineat considerare corpus vivum et eius principia, oportet etiam quod consideret principia sanitatis et aegritudinis.

Secundo probat idem per signum sive exemplum, quod concludit ex ratione inducta. Plurimi enim philosophorum naturalium finiunt suam considerationem ad ea etiam quae sunt de Medicina. Similiter etiam plurimi medicorum, qui scilicet magis physice artem Medicinae prosequuntur, non solum experimentis utentes sed causas inquirentes, incipiunt medicinalem considerationem a naturalibus. Ex quo patet quod consideratio sanitatis ct aegritudinis communis est medicis et naturalibus.

l ***I** Ethic. Nicoin.,* cap. 13, n.° 7-8 (Π, 13,16-25); *De sensit et sensato,* cap. I, (III, 476, 18-24); *De Respiratione,* cap. 21 (III, 55b 15-24).

Cuius ratio est, quia sanitas causatur quandoque quidem solum a natura, et propter hoc pertinet ad considerationem Naturalis, cuius est considerare opera naturae; quandoque vero ab arte, et secundum hoc consideratur a Medico. Sed quia ars non principaliter causât sanitatem, sed quasi adiuvat naturam et est ministrans ei, ideo necesse est quod medicus a naturali tamquam a principaliori principia suae scientiae accipiat, sicut gubernator navis ab Astrologo. Et haec esi ratio quare medici bene artem prosequentes a naturalibus incipiunt» K

Et alibi, ex propriis loquens, addit: «aliqua scientia continetur sub alia dupliciter. Uno modo ut pars ipsius, quia scilicet subiectum eius est pars aliqua subiecti illius, sicut planta est quaedam pars corporis naturali: unde ei scientia de plantis continetur sub scientia naturali ut pars. Alio modo continetur una scientia sub alia ut ei subalternata. quando scilicet in superiori scientia asignatur *propier quid* eorum de quibus scitur in scientia inferiori solum *quia,* sicut Musica ponitur sub Arithmetica.

Medicina ergo non ponitur sub Physica ut pars. Subiectum enim Medicinae non est pars subiecti scientiae Naturalis secundum illam rationam qua est subiectum Medicinae. Quamvis enim corpus sanabile sit corpus naturale, non tamen est subiectum Medicinae prout est sanabile a natura, sed prout est sanabile ab arte. Sed quia in sanatione, quae lit per artem, ars est ministra naturae, quia ex aliqua naturali virtute sanitas perficitur auxilio artis, inde est quod *propter quid* de operatione artis aportet accipere ex proprietatibus rerum naturalium. *Et propter hoc Medicina subalternatur Physicae* 1.

1 *In librum de sensu et sensato,* lect. I, nn. 14-16.

2 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 5, p. 170-171. Cf. etiam *ibid.*. q. 2, a. 2 ad 5, p. 89, 13-14. Atque in eodem sensu adnotat alio in loco: •Philosophus enim Primus [=Metaphysicus] habet cognitionem rerum in principiis universalibus. Medicus autem considerat res maxime in particulari. Unde non accipit immediate a Primo Philosopho, sed accipit immediate a Naturali, qui habet principia magis contracta quam Primus Philosophus. Naturalis autem, cuius consideratio est universalior quam Medici, potest accipere immediate principia suae considerationis a Primo Philosopho (Dtf I ern., q. 9 a. i ad 3).

Haec de Medicina relate ad Somatologiam. Similia docet aliis in locis de Philosophia Morali relate ad Psychologiam. «Non possumus —inquit— perfecte ad Scientiam Moralem pervenire nisi sciamus potentias animae. Et inde est quod Philosophus in Ethicis 1 attribuit quaslibet virtutes diversis potentiis animae» 2.

«Sic ergo se habet Politicus ad considerandum de anima cuius virtutem quaerit, sicut Medicus ad considerandum de corpore cuius sanitatem quaerit. Unde manifestum est quod oportet Politicum aliqualiter cognoscere ea quae pertinent ad Animam, sicut Medicus qui curat oculos et totum corpus, oportet quod consideret de oculis et de Corpore toto.

Et tanto magis hoc pertinet ad Politicum, ut consideret animam cuius virtutem inquirit, quanto est melior ipsa quam scientia Medicinae. Et ideo oportet quod eius consideratio sit magis completa. Videmus autem quod excellentes medici multa tractant circa cognitionem corporis, et non solum circa medicinales operationes. Unde Politicus habet aliquam considerationem de Anima.

Deinde... ostendit [Aristoteles] qualiter de his debeat considerare. Et dicit quod in hac scientia contemplandum est de Anima gratia horum, idest virtutum et actuum hominis, de quibus est hic principalis intentio. Et ideo in tantum considerandum est de Anima in quantum sufficit ad ea quae principaliter quaerimus. Si autem aliquis vellet plus certificate de Anima quam sufficit ad propositum, requireret hoc maius opus quam ea quae in proposito quaeruntur. Et ita est in omnibus aliis quae quaeruntur propter finem, quod eorum quantitas est assumenda secundum quod competit fini»3.

Quia nimirum scientia subalternata accipit sua propria principia a scientia subalternante, cuius est ex professo

1 *I Ethic. Nicom.,* cap. I3> η-υ 6-20 (II, *I Ethic. hicom.* cap. i, n.° 4-7 (П, 66-67).

2 *In I dc Anima,* lect. 1, n.° 7·

3 *In I Ethic.,* lect. 19, 227-22S.

principia illa ex amussim considerere. Quod si scientia Politica sive Ethica Socialis, quae potior est inter partes Philosophiae Moralis \ subalternatur Psychologiae, a fortiori ei subalternantur ceterae panes eius, ut sunt oeconomica et Monastica, idest Ethica familiaris et Ethica individualis 1.

Nullum ergo est dubium S. Thomam, post Aristotelem., aequivalenter—vere tamen atque realiter— docuisse subaltcrnationem Philosophiae Moralis ad Psychologicam. Et idem tradidit Averroes, iuxta quem Psychologia «dat pluribus scientiis plura principia, ut scientiae Morali, scilicet regendi civitates... Moralis enim suscipit ab hac scientia ultimum finem hominis in eo quod homo, et scientiam suae substantiae quae sit» 3.

Quapropter nonnulli thomistae, ut Cosmas Alamannus4, Joannes a S. Thoma5, Salmanlicenses, Goudin et novissime Joseph Gredt 6, nullo negotio deduxerunt expresse huiusmodi subalternationem.

En verba Salmanticensium (Dominici a Sancta Teresia): «illius [Medicinae] obiectum est corpus animale ut sanabile; istius vero [Philosophiae Moralis] actus humani ut morales et ratione regulabiles. Utraque etiam est scientia subalternata respectu Philosophiae Naturalis: addunt enim eius subiecto, quod est ens naturale, accidentalem differentiam, nempe Medicina rationen sanabilitatis per artem. Moralis autem Philosophia addit moralitatem, quod utrumque accidentale quid est respectu entitatis physicae» 1.

Quibus omnino concordant haec alia Antonii Goudin: «Moralis et Medicina subalternantur Physicae, et tamen sunt practicae... propter id quod addunt obiecto Physicae. Siquidem Physica in communi agit de motu, ac proinde de sanitate et aegritudine, et de passionibus ac potentiis animae, quatenus sunt quidam motus; at vero Aledicina respicit sanitatem et aegritudinem, non praecise ut sunt motus corporis humani, sed ut induci et expelli possunt per artem et industriam humanam, sub qua ratione sunt quid practicum.

Similiter Moralis respicit passiones et motus animi, non praecise ut motus sunt, sed prout sunt per rationem regulabiles et capaces boni et mali, proindeque ut induunt rationem practici» 2. «Quia scilicet, ut solent scientiae subalternatae, format suum obiectum addendo aliquam differentiam obiecto Physicae. Physica enim considerat motus vitales, et inter alios, humanos affectus, praecise secundum quod motus sunt vitaliter ab anima procedentes: Moralis vero de his agit, non praecise ut motus vitales sunt, sed ut subjacent moralitati, idest quatenus ad rationis regulas collati, bene vel male fieri possunt» 3.

Secundo dicendum est abstractionem formalem propriam Philosophiae Moralis esse subaltematam abstraction! formali propriae Psychologiae. Cum enim scientiae specificentur ab abstractione formali eis propria, ita se habent inter se earum abstractiones formales sicut se habent scientiae ab eis significatae. Ex quo ergo Philosophia Moralis est subalternata Psychologiae, necessario sequitur eius abstractionem formalem esse quoque subaltematam abstrac-

1 *In X Ethic.,* lect. 16, n.° 2.179-2.180; *in libros Politicorum,* prooemium S. Thomae, m.° 7.

2 *In I Ethic.,* lect. I, n.° 4-6.

3 *Commentarium Magnum in Aristotelis de Anima libros,* lib. I, n.°2, ed. F. Stuart Crawford, p. 5, 24-28. Cambridge, Massachusetts (U.S.A.}, 1953.

4 *Summa Philosophiae, Logica,* q. 35, a. 3, ad 4, ed. Felchlin et Bcringer, t. I, p. 372b. Parisiis 1885.

s *Cursus Philosophicus, Logica,* q. 27, a. 1, ad primum arg., ed. Reiser, O. S. B., t. I, p. 826-827.

* *Elementa philosophiae Aristotelico-thomisticae,* 4 n.° 232, t. I, p. 193; n.° 879, t. II, p. 297. Friburgi Brisgoviae, 1927.

1 *Cursus thcol.,* Arbor, pracdicamentalis virtutum, n.° 32, cd. V. Palmé, t. 6, p. 434 b. Parisiis 1878.

2 *Philosophia thomistica iuxta inconcussa tutissimaqw Divi Thomae dogmata,* t. II, p. 3- Matriti, 1796.

3 *Op. cit.,* t. IV, p. 4b.

tioni formali Psychologiae. Et ideo sub eius ambitu quodammodo continetur, quin possit esse altior vel maior quam abstractio Psychologiae subalternantis.

Non tamen continetur sub ea sicut species proprie dicta sub genere: tum quia Philosophia Moralis non est species atoma, sed potius genus quoddam sub se continens Ethicam individualem, Ethicam familiarem et Ethicam socialem sive Politicam tum etiam quia scientiae subalternatae non sunt species proprie dictae scientiae subalternantis, sed improprie et reductive, ratione additionis materiae extraneae ad quam extenditur vel cui applicatur ratio superior scientiae subalternantis, et ita induunt scibilitatem specialem. Et ideo Aristoteles appellat eas *fere* univocas cum scientia subalternante [1], quia non sunt species eius proprie et formaliter dictae, sed *fere* tantum, idest improprie et quasi materialiter, ratione additionis materiae extraneae, intime tamen et necessario conenxae vel connotatae in ratione formali scibilitatis [3].

1 «Diversae scientiae sunt Politica, quae ordinatur ad bonum commune civitatis; ct Oeconomica, quae est de his quae pertinent ad bonum communem domus vel familiae; ct Alonastica, quae est de his quae pertinent ad bonum unius personae* *(Summa theol.,* II-II, q. 47, a. 11, arg. sed contra). Et hoc ideo quia, licet individuum sit pars familiae et familia pars civitatis, non tamen sunt partes continuae vel colligatae in aliquo toto ct uno per se, sed solum partes totius societatis, quae tantum habet unitatem miniman, scilicet ordinis. Unde ct possunt habere operationes proprias et independentes a toto *(In I Ethic., Icct.l* n.° 5-6. Cf. etiam *in X Ethic,* lect. 16, nn. 2.180; *in libra Politic.,* proem. S. Thomae, η.00 7-8).

2 Z Post., cap. 13, η.0 14 (1,135,2-5); S. Thomas, in h. i.,lcct. 15,η.®].

3 «Ad rationem speciei —ait S. Thomas— pertinet quod se habeat ex additione ad genus. Sed generi potest aliquid addi dupliciter. Uno modo, quod *per se* ad ipsum pertinet, et virtute continetur in ipso, sicut rationale additur animali. Et talis additio facit *veras species* alicuius generis, ut patet per Philosophum in VII Mctaphysic. et in VIII. Aliud vero additur generi *quasialiquid extraneum* a *ratione ipsius,* sicut si album animali addatur vel aliquid huiusmodi. *Et talis additio non facit veras species, secundum quod communiter loquimur de generibus et speciebus.*

Interdum tamen dicitur aliquid esse species alicuius generis propter hoc quod habet aliquid extraneum ad quod applicatur generis ratio: sicut carbo et flamma dicuntur esse species ignis, propter applicationem naturae ignis ad materiam alienam. *Et simili modo loquendi dicuntur Astrologia et Perspectiva specui*

Ad videndam ergo abstractionem formalem propriam Philosophiae Moralis necesse est inspicere abstractionem formalem propriam Psychologiae, sub qua continetur.

Porro abstractio formalis propria Psychologiae est abstractio sui generis, quia est in confinio abstractionis formalis primi et tertii gradus, scilicet physicae et metaphysicae, sicut et anima humana est in confinio corporearum et incorporearum substantiarum, secundum illud S. Thomae: «anima intellectualis dicitur esse quasi quidam horizon et confinium corporeorum et incorporeorum, *in quantun est substantia incorporea, corporis tamen forma*» \ Nec enim est forma sive substantia intellectualis totaliter a corpore absoluta et separata, sicut angeli, qui propterea dicuntur etiam substantiae separatae, neque est forma substantialis corporis totaliter immersa in materia, utpote ab ea essentialiter dependens in esse, in fieri et in agere, sicut accidit in animalibus belluarum et plantarum, sed ita informat substantialiter corpus humanum ut simul sit ab eo emergens illudque praetergrediens, cum non sit educibilis ex eius potentia neque ab eo dependeat in esse —est enim incorruptibilis et immortalis— ct in agere specifico, quod est intelligere et velle —dependentia, inquam, formali et subiectiva— 1.

Ut sic in anima humana vcrificetur illud: supremum infimi attingit infimum supremi, scilicet supremum ordinis physici attingit infimum ordinis metaphysici 3. Ob idque homo apellatus est μικροκό μο^ sive parvus mundus, quia in eo confluunt essentialiter spiritualia et corporalia 4.

Mathematicae, in quantum principia mathematica applicantur ad materiam naturalem», quae aliena est a materia propria Mathematicae purae *(Summa theol.* I-II,q. 35, a. 8c.).

1 ***II** Contra Gent.,* cap. 68.

1 *Quaest. disp. Dc Anima,* a. 2c. in fine, et ad *2,* 12-13, 18-19.

3 Cf. ‹S'. THOMAS, ***II** contra Gent.,* cap. 68.

4 Aristoteles, ***VIII** Physic.,* cap. 2, n.° 2 (II, 345, 15); S. Thomas, *in h. I.,* lect. 4, n.° 3; *in **II** Sent.* d. 1, q. 2, a. 3, arg. 2 sed contra; *De Verit.,* q. 24, a. 5, arg. sed contra; q. 27, a. 3, obi. 29 ct resp.; *De Potentia,* q. 5, a. 6, obi. 8 et resp.; *Summa theol.* I, q. 91, a. ic; q. 96» a· 2c. I-II, q. 2, a. 8, obi. 2 et resp.; q. 17, a. 8, obi 2, et resp.; *Quodlib.* 4, a. 3 ad 1.

Quae cum ita sint, concludendum est scientiam de anima humana essentialiter esse scientiam physico-meia-physicam. Physicam quidem, quia est de anima humana, quae est —etiam ut rationalis vel intellectualis— essentialiter et substantialiter corporis forma [1], et ideo est essentialiter pars substantiae physicae sive corporeae, quae est homo —animal rationale, compositum humanum ex anima rationali et corpore organico—. Eiusdem autem scientiae est considerare totum et partes eius essentiales [2]. Metaphysicam vero, quatenus est de eadem anima prout separata vel separabilis a corpore. Tunc enim rationem induit entitatis positive ac realiter immaterialis, quae est propria considerationis Metapyhsicae.

Nimirum anima humana simul est anima et spiritus, cum sit essentialiter anima spiritualis et immortalis. Anima quidem, prout informat et animat corpus cui substantialiter unitur; spiritus autem, prout excedit capacitatem receptivam corporis, quod essentialiter transcendit, utpote non generabilis neque corruptibilis cum ipso, sed a solo Deo productibilis per creationem ex nihilo, suumque esse retinens post separationem eius a corpore [3].

Et in idem recidit doctrina illa de duplici facie animae: una versus spiritualia et metaphysica, in quantum est spiri-

1 «Licet anima sit *forma corporis secundum essentiam animae intellectualis,* non tamen secundum operationem intellectualem» (S. THOMAS, *Quaesi, disp. de Anima,* a. 9. ad 11).

2 *In I Ethic.,* lect. 1, n.° 5.

3 «Anima humana, licet sit forma unita corpori, tamen excedit proportionem totius materiae corporalis; et ideo non potest educi in actum de potentia materiae per aliquem motum vel mutationem, sicut aliae formae quae sunt immersae materiae* (S. Thomas, *Quaest. disp. de Anima,* a. 2 ad 12. Cf. *ibid.* corp, art., in fine, et ad 13; *in III de Anima,* lect. 7, n.° 699).

«Anima humana, licet uniatur corpori secundum modum corporis, tamen ex ca parte qua excedit corporis capacitatem, *tuituram intellectualem habet,* et sic formae receptae in ea sunt *intclligibiles et non materiales» (ibid,* ad 19).

«Licet anima per suam essentiam sit *forma,* tamen aliquid potest ei competere in quantum est *talis forma,* scilicet *forma subsistens,* quod non convenit ci in quantum est forma: sicut intelligerc non convenit homini in quantum est animal, licet homo sit animal secundum suam essentiam» *(ibid.,* a. 14 ad 10. Cf. etiam *in II Sent.* d. 19, a. 1 ad 4).

tus; alia versus corporalia et physica, in quantum est anima

Propter quod ait S. Thomas: «*anima separata a corpore immunior est a materia quam corpori conjuncta,* quia tunc non est actus alicuius materiae sicut modo est» [1]. Et iterum... «anima mensuratur tempore secundum esse quo unitur corpore; quamvis, prout consideratur ut substantia quaedam spiritualis, mensuretur aevo» [3].

Scientia ergo de anima humana prout est anima, idest forma substantialis corporis eique unita, cadit sub primo gradu abstractionis formalis, licet attingat supremum apicem sui generis; nam et anima rationalis —etiam ut reduplicative est anima— supremum gradum occupat inter omnes formas substantiales corpori unitas vel unibiles. At vero ut est spiritus, idest per se susbistens et independens a corpore in fieri et esse, atque ideo ut separabilis et separata a corpore, cadit sub tertio gradu abstractionis formalis, quamvis sistat in infima eius parte.

Quia tamen scientia de anima humana dicitur *Psychologici* sub ea praecise ratione formali qua est *animans* et informans corpus, ideo Psychologia, simpliciter loquendo, est pars —licet suprema— Philosophiae Naturalis sive Physicae, et ideo abstractio formalis ei propria continetur sub primo gradu vel genere abstractionis formalis. Eo vel magis, quia de anima separata pauca admodum et imperfecte scire pos-

1 «Anima nostra duas habet facies: unam versus Deum, secundum rationem; aliam versus carnem, secundum naturam sensitivam, quae tantum corporalia comprehendit» (S. Thomas, *in Psalmum* io, ed. piana. 1.13, fol. izva). 'Quoniam igitur anima est unita corpori, ex ipsa unione corporis habet aspectum ad inferiora...; sed cum fuerit a corpore separata, habet aspectum ad superiora tantum· *(Quaest. disp. de anima* a. iSc.).

Nonnulla dc origine et vicissitudinibus doctrinae de duplici facie animae, videri possunt apud G. Bulow, *Des Gundissalinus Schrift ton der Unterblihkeit der Seebe* (Bcitrâge zur Geschichtc der Philosophie des Mittclalters, Bd. II, Hft. 3; Münster, 1S97), et apud J. Rohmer, *Sur la doctrinefranciscaine de deux faces de Pâme* (Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen âge 2 (1927), p. 73-77)·

3 *In IV Sent.,* d. 50, q. I, a. 1, arg. 2 sed contra.

3 *De Potentia,* q. 3, a. 10 ad 8.

sumus per solam philosophiam, idest per solum lumen naturale humanae rationis.

Sed placet huiusmodi confirmare nonuUis documentis S. Thomae. «Intellectus —inquit— aliquo modo cadit sub consideratione Naturalis Philosophiae, et tamen substantia eius est separabilis»

«Et propter hoc etiam de anima quaedam speculatur Naturalis, quaecumque scilicet non definitur sine materia sensibili. Dicitur enim in II de Anima quod anima est actus primus corporis physici organici potentia vitam habentis. *Anima autem, secundum quod non est actus talis corporis, non pertinet ad considerationem Naturalis, si qua anima potest a corpore separari»* 1, prout revera est anima humana.

Rursus: «sicut Philosophus dicit in II Physic, [cap. 2, n. ii (II, 263, 44-51)], *ultima formarum naturalium ad quam terminatur consideratio philosophi naturalis, scilicet anima humana, est quidem separata, sed tamen in materia.* Quod ex hoc probat, quia homo ex materia generat hominem et sol. Separata quidem est secundum virtutem intellectivam, quia virtus intellectiva non est virtus alicuius organi corporalis, sicut virtus visiva est actus oculi. Intelligere enim est actus qui non potest exerceri per organum corporale, sicut exercetur visio. Sed in materia est, in quantum ipsa anima, cuius est haec virtus, est corporis forma et terminus generationis humanae»3.

«Et ideo *terminus considerationis Scientiae Naturalis esi circa formas quae quidem sunt aliquo modo separatae, sed tamen habent esse in materia.* Et huiusmodi formae sunt *animae rationales:* quae quidem sunt separatae in quantum intellectiva virtus non est actus alicuius organi corporalis, sicut virtus visiva est actus oculi; sed in materia sunt in quantum dant esse naturale tali corpori.

Et quod sint in materia, per hoc probat, quod forma

1 *In VI Metaph.,* lect. 1, n.° 1.155.
1 *Ibid.,* n.° 1.159.
3 *Summa theol.,* I, q. 76, a. 1 ad 1.

cuiuslibet rei generatae ex materia est forma in materia: ad hoc enim terminatur generatio, ut forma sit in materia. Sed homo generatur ex materia, et ab homine quasi ab agente proprio, et a sole tanquam ab agente universali respectu generabilium. Unde sequitur quod anima, quae est forma humana, sit *forma in materia,*

Unde usque ad animam rationalem se extendit consideratio Naturalis, quae est de formis.

Sed quomodo se habeant formae totaliter a materia separatae, et quae sint, *vel etiam quomodo se habeat haec forma, idest anima rationalis, secundum quod est separabilis et sme corpore existere potens, et quid sit secundum suam essentiam separabile, hoc determinare pertinet ad Philosophum Primum»* h

Equidem, neque Aristoteles neque ullus alius philosophorum gentilium pervenerunt ad cognitionem explicitam spiritualitatis ct immortalitatis intrinsecae atque essentialis animae humanae, ac proin neque ad eius veram originem per creationem ex nihilo: hoc enim proprium est philosophorum Christianorum. Homo enim non generat animam rationalem, quae non est ex traduce, quia non est educibilis ex potentia materiae, sed solum disponit corpus vel materiam organicam hominis ultima dispositione exigitiva informationis eius ab anima rationali, ac proin unionis substantialis animae rationalis et corporis ex qua resultat totus homo generatus 2. At vero anima ipsa procedit a Deo

1 *In II Physic.,* lect. 4, n.° 10. Ideo Caictanus optime reddidit mentem S. Thomac scribens: «anima intellectiva dupliciter dicitur; uno modo, ut respicit corpus, et sic est Physicae considerationis; alio modo ut abstrahit a corpore, et sic non est Physicae sed Mctaphysicae considerationis» *(In Ide Anima,* n.° 59, p. 51. Romae, 1938).

1 ♦*Totus homo* egreditur de femore generantis, propter hoc quod virtus seminis de femore egredientis *operatur ad unionem corporis ct animae, disponendo materiam ultima dispositione, quae est nécessitons ad formam, ex qua umonc homo habet quod sit homo:* non autem ita quod quaelibet pars hominis [puta, anima rationalis] per virtutem seminis causetur» (S. Thomas, *De Potentia,* q. 3, a. 9 ad 2. Cf. *ibid.* ad 5 ct *6).*

per creationem ex nihilo sicut a propria et unica causa, qui et eam creando infundit corpori perfecte disposito per hominem generantem ad eam recipiendam veluti formam eius substantialem.

Haec tamen confluentia abstractionum formalium primi et tertii gradus in una eademque realitate animae humanae, non est per mixtionem aut confusionem —genera enim abstractionum formalium sunt impermixta— sed per simplicem continuationem, quia ibi incipit genus superius ubi desinit genus inferius. Ibi ergo incipit separatio animae humanae ubi desinit eius coniunctio, ac proin ibi incipit Metaphysica animae humanae ut spiritus ubi desinit Psychologia eiusdem animae ut animae et formae substantialis corporis.

Videlicet anima humana non cadit ex aequo sub illo duplici genere abstractionis formalis, sed secundum prius et posterius: per prius quidem sub abstractione primi gradus, per posterius vero sub abstractione tertii gradus. Per prius ergo cadit sub consideratione Psychologiae, quae est altior pars Philosophiae Naturalis, et nonnisi per posterius cadit sub consideratione Aletaphysicae. Vel, ut ait Caietanus, «simpliciter spectat ad Naturalem, secundum quid vero ad Metaphysicum» x.

Licet enim post mortem hominis sit actu separata a corpore, dicit tamen relationem transcendentalem ad illud, quia «retinet naturam *unibititatis»* ad ipsum 2. Et ideo, «quamvis unio animae separatae ad carnem non possit fieri nisi per virtutem supernaturalem, tamem *in ea est aptitude naturalis ad hoc» 3.*

Aliis verbis, status unionis ad corpus est ei connaturalis, dum e contra status separationis est ei quasi violentus et

«Licet anima rationalis non sit a generante, *unio* tamen *corporis ad earn eu quodammodo a generante,* ut dictum est: *ct ideo homo dicitur generari» {ibid.,* ad 19. Cf. *ibid,* ad 20 et 21).

1 *In I de Anima,* ed. cit., n.° 71, p. 57.

2 S. Thomas, *Summa theol.,* I, q. 29, a. 1 ad 5.

3 *In III Sent.* d. 5, q. 3, a. 2 ad 4, n.° 115.

praeternaturalis x. Unde «ceteris paribus perfectior est status animae in corpore quam extra corpus» 1, quia est esesntialiter pars humanae naturae, et omnis pars a suo toto separata et extra suum totum existens est aliquo modo imperfecta 3.

Ex quibus omnibus illud tandem consequitur, abstractionem formalem propriam philosophiae Moralis esse quoque abstractionem sui generis, utpote in linea abstractionis lormalis scientiae de Anima cui subaltematur et sub qua continetur, nimirum physico-metaphysicam.

At non ex aequo neque per confusionem, sed secundum prius et posterius. Per prius quidem est abstractio primi gradus, in summo tamen sui generis, utpote in confinio abstractionis tertii gradus, quia est abstractio propria scibilioris moralis sive moralitatis animae ut animantis et informantis corpus: per posterius vero et quasi secumdum quid est abstractio tertii gradus, licet in infimo sui generis, quia est abstractio propria scibilitatis moralitatis animae ut spiritus et separatae vel separabilis a corpore.

Propter quod haec simul docet S. Thomas. Primo, quod tam Philosophia Naturalis —ideoque et Psychologia— quam Philosophia Moralis sunt de rebus mobilibus et contingentibus 4, non tamen secundum quod sunt mobilia et contingentia in particulari, sed secundum rationes universales abstrahentes a particularitate materiali eorum, quae quidem rationes sunt immobiles et necessariae. Nam «rerum etiam

1 «Anima corpori naturaliter unitur, cst enim secundum suam essentiam corporis forma. Est igitur contra naturam animae absque corpore esse* (*IVcontra Gent.* cap. 74, arg. 3. Cf. etiam *Dc Potentia,* q. 5, a. 10 c.).

1 *In IV Sent.* d. 43, a. 1, qla. 1 ad 4.

3 *IVcontra Gent.,* cap. 70, arg. 4. Cf. etiam *Compendium Theologiae,* I P., cap. 151, arg, 2 ct 3. Opuscula theol., cd. R. Verardo, O. P., t. I, n.° 301-302.

4 «Quaedam scientiae sunt de contingentibus, sicut scientiae morales quae sunt dc actibus humanis subiectis libero arbitrio, et etiam scientiae naturales· (S. THOMAS. *Sumina Theol.* I, q. 86, a. 3, arg. sed contra).

mutabilium sunt immobiles habitudines: sicut Socrates, etsi non semper sedeat, tamen immobiliter est verum quod, quando sedet, in uno loco manet. Et propter hoc nihil prohibet de rebus mobilibus immobilem scientiam habere»

Et sic «potest, etiam de generabilibus et corrumptibilibus, esse aliqua scientia, puta *Naturalis:* non tamen secundum particularia quae generationi et corruptioni subduntur, sed secundum rationes universales, quae sunt ex necessitate et semper»[1], quia «rationes universales rerum omnes sum immobiles» [3][4]

«Universales igitur rationes contingentium immutabiles sunt, et secundum hoc de eis demonstrationes dantur et ad scientias demonstrativas pertinet eorum cognitio. Non enim *Scientia Naturalis* solum est de rebus necessariis et incorruptibilibus, sed etiam de rebus corruptibilibus et contingentibus. Unde patet quod contingentia sic considerata ad eamdem partem animae intellectivae pertinent ad quam est necessaria, quam Philosophus vocat hic *scientificanu* :*

Similiter rationes universales actuum humanorum sive moralium sunt immutabiles et necessariae, et secundum eas procedunt demonstrationes Philosophiae Moralis. Scut enim in Philosophia Naturali —speculativa— dantur quaedam principia per se nota et immutabilia, e quibus necessariae ct immutabiles deducuntur conclusiones per veram demonstrationem; ita etiam in Philosophia Morali —practica— dantur quaedam principia universalia et per se nota atque immutabilia, e quibus per veram demonstrationem deducuntur conclusiones necessariae et universales 5. Quae quidem conclusiones pertinent ad Philosophiam Moralem, iuxta illud S. Thomae: «ad scientiam practicam pertinet *universale iudi-*

1 *Summa theol.* I, q. 85. a. 1 ad 3.

- *In VI Ethic.,* lect. 3, n.° 1.146. Cf. *ibid.,* η.» 1.152; *in librum Boethii dc Trinitate,* q. 5, a. 2C, p. 176-177.

3 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 2 ad 4, p. 178, 12-13.

‹ *In VI Ethic.,* lect. i,n.° 1.123.

4 Cf. *Summa theol.*. I-II, q. 94.

dum de agendis, sicut fornicationem esse malam, furtum non esse faciendum, et huiusmodi» 1.

Et sic sunt formaliter immutabilia et necessaria semper et ubique ea quae pertinent ad legem vel ius naturae, sive ut principia sive ut conclusiones ex eis duductae per demonstractionem. Quia «necesse est quod quidquid ex iusto naturali sequitur quasi conclusio, sit iustum naturale: sicut ex hoc quod est, nulli est iniuste nocendum, sequitur non esse furandum» 2.

Et postea subdit: «est tamen attendendum quod quia *rationes rerum mutabilium sunt immutabiles* sic quidquid est nobis naturale quasi pertinens ad ipsam hominis rationem, nullo modo mutatur, puta hominem esse animal. Quae autem consequuntur naturam, puta dispositiones, actiones et motus, mutantur ut in paucioribus. *Et similiter etiam illa quae pertinent ad ipsam scientiae rationem nullo modo possunt mutari, puta non esse furandum, quod est iniustum facere.* Illa vero quae consequuntur, mutantur ut in minori parte» 3.

Eo vel magis quo Philosophia Moralis, quatenus proprie scientia est et non prudentia —quae virtus est—, procedit modo speculativo circa ipsas res morales, puta actus et habitus bonos et malos, definiendo, dividendo et argumentando, secundum rationes vere necessarias et immutabiles earum, non secus ac ipsa Psychologia circa potentias, habitus et actus ut vitales.

Quia tamen Philosophia Moralis non est mere speculativa sicut Psychologia, sed natura sua ordinatur ad tradendas regulas directionis actuum humanorum —«non enim in hac scientia scrutamur quid sit virtus ad hoc solum ut sciamus huius rei veritatem, sed ad hoc quod, acquirentes virtutem, boni efficiamur»4— ideo descendere debet ad considerandas

1 *De virtutibus in communi,* a. 6 ad x.

2 *In V Ethic.,* lect. 12, n.° 1.023. *Ibid.,* n.° 1.029. Cf. etiam parallelismum inter leges physicas et morales *in III Sent.* d. 37, a. 3 c, n.<» 56-59; *De Malo.,* q. 2, a. 4 ad 13; *Summa Theol.* MI, q. 100, a. 8, ad 1 ct 3; II-II, q. 57, a. 3c. ct ad 1.

4 *In II Ethc.,* lect. 3, n.° 256.

res morales etiam in particulari; nam «omnis operativa scientia in particulari consideratione perficitur»

Quo in sensu comparatur Medicinae, quae etiam ad particularia descendere debet 1. Unde et S. Thomas approbat suamque facit divisionem Medicinae ab Avicenna tradita in theoricam et practicam, dicens: «attenditur praedicta divisio secundum quod ea, quae in Medicina tranctantur, sunt propinqua vel remota ab operatione. Illa enim pars Medicinae dicitur practica quae docet modum operandi ad sanationem, sicut quod talibus apostematibus sunt talia remedia adhibenda; theorica vero illa pars quae docet principia ex quibus homo dirigitur in operatione, sed non proxime, sicut quod virtutes sunt tres et quod genera febrium sunt tot»3. At huiusmodi descensus non pervenit usque ad particularia et singularia omnino concreta et personalia dirigenda —hoc enim est prudentiae, non scientiae—, sed sistere debet in singularibus vagis et sub quadam indeterminatione, prout videre est in Morali Casuistica. Ideo recte ait Gregorius Alartinez, O. P., «Philosophiam Moralem ut plurimum descendere ad singularia *vaga*. Requiritur autem prudentia ad singularia determinata et ad actionem prout hic et nunc, secundum omnes circumstantias individuales, debent exerceri: ad hoc enim non pertingit Philosophia Moralis, quia pertingere ad actionem prout hic et nunc exercendam pertinet ad intellectum practicum in quo utique est prudentia; nam Philosophia Aloralis ad intellectum speculativum pertinet. Licet enim appelletur habitus practicus, hoc tantum est specificative et ex parte subiecti. Quapropter supra diximus esse practicum, non practice sed speculative procedentem; quia potest contingere esse peritissimum philosophum moralem, et in suis actionibus practice perversissimum et depravatum»4.

1 *SummaTheol.,* I-II, q. 6, prolog.
2 *In II Ethc.,* Icct. 3, n.° 258.
3 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 4, p. 170, 3-8.
4 *Commentaria super I-II Divi Thornae,* q. 57, a. 5, dub. 2, ad ultimam obiccuonem, p. 214^2X5«. Toleti, 1622.

Verumtamen quo magis ad particularia descendit eo minor est necessitas et immobilitas, sicut et minor abstractio minorque certitudo. Unde S. Thomas: «Cum sermo moralium etiam in universalibus sit incertus et varialibis [si comparetur cum mathematicis vel metaphysicis], adhuc magis incertus est si quis velit ulterius descendere, tradendo doctrinam de singulis in speciali» 1. Ex hac ergo parte, Philosophia Moralis, quasi Medicina quaedam animae, minus est abstracta minusque certa quam Psychologia cui subalteratur. Et insuper, quia est magis complexa quam Psychologia, cum se habeat ex additione ad eam, sicut omnes scientiae subalternatae relate ad scientias subalternantes 2.

Simul tamen docet, secundo, S. Doctor Philosophiam Moralem quodammodo trascendere conditiones mutabiles moralitatis et vitae animae qua formae corporis eique unitae, ut attingat moralitatem eius ut spiritualis et separabilis vel separatae a corpore —aut saltem a conditionibus eius— prout videre est in vita heroica et superhumana. Quae quidem Philosophia est potius metamoralis, et ideo Metaphysicae de anima ut spirituali et separata vel separabili subalternatur.

«Ad cuius evidentiam —ait— considerandum est quod anima humana media est inter superiores substantias et divinas, quibus communicat per intellectum, et animalia bruta quibus communicat in sensitivis potentiis. Sicut enim affectiones sensitivae partis aliquando in homine corrumpuntur usque ad similitudinem bestiarum, et haec vocatur bestialitas supra humanam malitiam et incontinentiam; ita etiam rationalis pars quandoque in homine perficitur et formatur ultra communen modum humanae perfectionis, quasi ad similitudinem substantiarum separatarum: et haec nominatur virtus divina, supra humanam virtutem et communem.

Ita enim se habet rerum ordo, ut medium ex diversis partibus attingat utrumque extremum. Unde etiam in huma-

1 *In II Ethic.,* lect. 2, n.° 259.
2 Cf. *in I Post.,* Icct. 41, n.° 3-4, *in Iibru,n Boethii de Trinitate,* q. 6, c. i, qla. 2c, p. 208-209.

na natura est aliquid quod attingit ad id quod est superius, aliquid quod coniungitur inferiori, aliquid vero quod medio modo se habet» x.

Tunc enim excedit modum ordinarium virtutum politicarum et ascendit ad modum virtutum purgatoriarum et purgati animi, «ita scilicet quod prudentia omnia mundana, divinorum contemplatione, despiciat, omnesque animae cogitationes in divina sola dirigat; temperantia vero relinquat, in quantum natura patitur, quae corporis usus requirit; fortitudinis autem est ut anima non terreatur propter recessum a corpore et accessum ad superna; justitia vero est ut tota anima consentiat ad huiusmodi propositi viam».

Virtutes autem purgati animi dicuntur «virtutes iam assequentium divinam similitudinem..., ita scilicet quod prudentia sola divina intueatur; temperantia terrenas cupiditates nesciat; fortitudo passiones ignoret; iustitia cum divina mente perpetuo foedere societur, eam scilicet imitando. Quas quidem virtutes dicimus esse beatorum, vel *aliquorum in hac vita perfectissimorum*» 2.

Haec enim vita moralis, in corpore quasi extra corpus viventium, transcendit communem modum humanae vitae et ascendit ad modum heroicum vel superhumanum. Et similiter Philosophia Moralis induit duplicem gradum vel modum: alium moralis simpliciter vel communiter dictae, alium metamoralis: illum per prius et simpliciter, istum per posterius et secundum quid.

Attamen abstractio formalis propria Philosophiae Aloralis in tota sua latitutine, licet similis sit et proportionata abstraction! formali scientiae de anima, tum ut est simplex Psychologia, tum ut est Metapsychia, cui subalternatur, nihilominus peculiarem indolem sibi vindicat ratione ordinis eius ad praxim vitae moralis dirigendae atque regulandae. Inde enim venit quod attingat ex una parte infimum extremum abstractionis primi gradus, quo non descendit ipsa

1 *In VII Ethic.,* lect. i, n.° 1.299.
2 *Summa theol.,* I-II, q. 61, a. 5c.

Psychologia speculativa, et ex alia contingat extremum infimum tertii gradus, modo tamen magis intimo et sapientiali quam ipsa Metapsychia, utpote ex maiori connaturalitate a virtute heroica proveniente. Ratione ergo practicitatis ex una parte, et elevationis contemplativae ex alia, abstractio formalis Philosophiae Moralis differt genere ab abstratione formali Psychologiae, ac proin Psychologia et Moralis non sunt panes subiectivae —univocae— Philosophiae realis, sed potentiales vel analogae.

Sed ultra hoc argumentum fundamentale, adest aliud ad probandum Philosophiam universim sumptam esse totum potentiate vel analogum divisum in partes potentiales sive analogas. Est autem huiusmodi.

Tales sunt partes Philosophiae qualia sunt principia propria ex quibus demonstrant, modi quibus procedunt, at termini in quos resolvunt. Atqui omnia huiusmodi analogice tantum conveniunt, non univoce. Ergo et partes Philosophiae analogice tantum conveniunt, non univoce.

Afawrconstat quia, cum tota scientia sita sit in motu quodam rationis discurrentis ex mediis demonstrationis ad conclusiones per modos procedendi aptatos scienti et scibili, tales sunt panes cius, idest Philosophiae, qualia sunt tria illa quae per se et essentialiter ei conveniunt.

Minor vero, ubi tota vis argumenti reponitur, probatur per partes.

§ i. Principia propia seu media ex quibus demonstrant diversae partes philosophiae, non conveniunt univoce, sed analogice tantum.

Nam propria principia sunt propriae causae x; media vero propria sumuntur ex definitione subiecti et praedicati 2. Quae quidem tria revera in idem incidunt, quia

1 Cf. S. Thomas, *in I Post.,* Icct. *2,* n.° 5; lect. *4,* n.° 15.
2 Cf. S. Thomas, *in I Post.,* lect. 41 nn. 10-11; lect. *23,* nn. 2-3; lect. 16, n.° 5; in II Post, lect 8, nn. 8-10.

definitiones sumuntur ex causis propriis rei dcfinitate, ex quibus et demonstrationes procedunt.

Et ideo S. Thomas ait quod *«tota ratio divisionis Philosophiae sumitur secundum definitionem et modum definiendi.* Cuius ratio est, quia *definitio est principium demonstrationis rerum,* res autem definiuntur per essentialia. Unde diversae definitiones rerum diversa essentialia demonstrant, ex quibus una scientia differt ab alia» \

Et alio in loco: «si inveniretur aliqua definitio quae diceret esse rei secundum comparationem ad omnes causas ipsius proprias, esset perfectissima et una tantum. Sed inveniuntur definitiones notificantes esse rei plures secundum diversas causas. Unde aliqua datur per causam finalem, quaedam per formalem, et sic de aliis» 1. Iam vero causae secundum quas sumuntur definitiones, ipsaeque definitiones illis respondentes, sunt diversorum generum in diversis partibus Philosophiae, ac proin nonnisi analogice conveniunt.

Logica namque et *Mathematica* non definiunt neque demonstrant nisi per causam formalem, ut expresse docet S. Thomas: «logicus et mathematicus considerat tantum res *secundum principia formalia.* Unde nihil est impossible in logicis vel mathematicis nisi quod est contra rei *formalem rationem»* 3. Propter quod definitiones pure logicae vel dialecticae dicuntur pure formales, quia logica «considerat formam tantum», ut si ira definiatur: appetitus vindictae 4. Et similiter definitiones pure mathematicae. Utraque enim abstrahit a materia et motu, ac proinde a causa materiali, a causa efficienti vel movente et consequenter a causa finali5. Qua de causa dicit profunde S. Thomas: «quia forma est

1 *In I de Anima,* Icct. 2, n.° 29.

2 *In I Sent.* d. I, exposit. textus.

3 *De Potentia,* q. 6, a. 1 ad 11. «Principia quarumdam scientiarum, ur Logicae, Geometriae et Arithmeticae, sumuntur *ex solis principiis formalibus* rerum, ex quibus essentia rei dependet» *(II contra Gent.,* cap. 25, arg. 10).

' S. 1 HOMAS, *in I de Anima,* Icct. 2, nn. 24-27; *in I de Caelo et Munde,* lect. 2, n.° 2; *in IV Sent.* d. 3, a. 1, qla. 1 c, n.° 16.

In librum Boethii de Innitate, q. 5, a. 4 ad 7, p. 199, 14-19; *Summa theol.,* I, q. 4, a. 3 ad 4; q. 44, a. 1 ad 3.

causa essendi *absolute,* aliae vero tres sunt causae essendi *secundum quod aliquid accipit esse,* inde est quod *in immobilibus* non considerantur aliae tres causae, sed *solum causa formalis»* \ Ambae igitur procedunt de uno in aliud secundum rationes formales differentes, quae tamen non differunt secundum rem. Sicut Logica procedunt a genere ad speciem, puta ab animali ad hominem. Et eodem modo Mathematica. «Inscientiis enim Mathematicis proceditur per ea tantum quae sunt de essentia rei, cum demonstret *solum per causam formalem:* et ideo non demonstratur in eis aliquid de una re per aliam rem, sed per propriam definitionem illius rei. Etsi enim aliquae demonstrationes dentur de circulo ex triangulo vel e converso, hoc non est nisi in quantum in circulo est potentia triangulus et e converso» *

Philosophia vero Moralis proprie demonstrat atque definit per causam finalem. «In... *moralibus* ... praecipuae demonstrationes *ex fine* sumuntur»3.

Eiusque principia non tam sumuntur per abstractionem quam per experientiam et consuetudinem 4: quia «oportet in moralibus accipere ut principium quia *ita est»,* non praecise *quid est,* ut in Logica et Mathematica 5. Unde Philosophia Moralis tota est de bono et malo, a quibus omnino abstrahunt Logica et iMathcmatica c.

Metaphysica vero praecipue definit atque demonstrat per causam formalem, non tamen unice, quia etiam demonstrat per causam efficientem et finalem: at nullo modo demonstrat per causam materialem secundum seipsam. Quia enim Metaphysica abstrahit ab omni materia, evidens est quod, ut

1 *In II Physic.,* lect. 10, n.° 15.

2 *In librum Boethii de Ttinitatc,* q. 6, a. 1 qla ic, p. 206-207. «Nam Mathematica *non demonstrat nisi per causam formalem (In I Physic.,* lect. 1, n.° 5).

2 *In V Metaph.,* Icct. 1 n.° 762. Cf. etiam *in I Ethic.* Icct. I, n.° 3.

4 *Ibid.,* Icct. 3, n.° 38.

5 *Ibid.,* Icct. 4, n.° 53.

' *In librum Boethii dc Trinitate,* q. 5, a. 4 ad 7, p. 199» U-I9Î *Summa theol.,* I, q. 4, a. 3 ad 4; q. 44,a· 1 ad 3·

talis, non definit neque demonstrat per causam materialem. Maxime autem definit atque demonstrat per causam formalem, quia obiectum directum eius est ens reale *ut essentia,* commune decem praedicamentis 1: essentia vero nominat causam formalem, quia «significat quidditatem *ut est forma totius*» 2; «unde et per modum formae significatur, ut puta *humanitas*» 3.

Sed quia etiam est de Substantiis separatis, potissimum de omnium Prima, quae Deus est, in obliquo et quatenus sunt causae efficientes et finales e tis finiti communis ad decem praedicamentas4, ideo consequenter demonstrant etiam per causam efficientem et finalem. Unde S. Thomas: «res autem quas considerat divinus [= metaphysicus] sunt separatae, existentes in rerum natura, tales quae possunt esse principium et finis motus; unde nihil prohibet quin per causam efficientem et finalem demonstret» 5.

Et alibi plenius: «in quantum haec scientia est considerativa entis [communis ad decem praedicamenta], considerat *maxime* causam formalem.

Primae autem substantiae non cognoscuntur a nobis ut sciamus de eis *quod quid est,* ut potest aliqualiter haberi ex his quae in IX determinantur, et sic *in earum cognitione non habet locum causa formalis.*

Sed quamvis ipsae sint immobiles secundum seipsas,

1 Ens enim hoc modo sumptum «significat *essentiam rei extra animam extstentts*» (*In II Sent.,* d. 38. q. a, a. 2 ad 3); «significat *essentiam* rerum, *provt dividitur per decem genera*» (*In I Sent.,* d. 19, q. 5, a. 1 ad 1); «significat *naturam decem generum*» (*De Malo,* q. 1, a. 1 ad 19; Cf. *de Potentia,* q. 7, a. 2 ad i; «significat *essentiam rei, et dividitur per decem praedicamenta*» (III *contra Gent.,* cap. 9, in fine); «significat *entitatem rei prout dividitur per decem praedicamenta, et sic convertitur cum re*» (*Summa t/ieol.,* I, q. 48, a. 2 ad 2): «sed nomen *rei* exprimit *quidditatem sive essentiam entis*» (*De Verit.,* q. 1, a. ic); «hoc nomen *ens,* secundum quod importat *rem...,* sic significat *essentiam rei, etdividitur per decern genera*» (*Quodlib. 2,* a. 3c; cf. *Quodlib.* 9, a. 3c.).

2 *In I Sent.,* d. 23, a. 1 c.

3 *J Contra Gent.,* cap. 21, in fine.

Λ ΛIη», *Bor,Hi* * *Trim,are,* q. s, a. 4 C) p.

Ibid., ad 7, p. 199, 19-22.

sunt tamen causa motus aliorum per modum finis; et ideo ad hanc scientiam, in quantum est considerativa primarum substantiarum, *praecipue* pertinet considerare causam *finalem,* et etiam *aliqualiter* causam *moventem.*

Causam autem materialem secundum seipsam nullo modo, quia materia non convenienter causa est entis, sed alicuius determinati generis, scilicet substantiae *mobilis.* Tales autem causae pertinent ad considerationem particularium scientiarum, nisi forte considerentur ab hac scientia in quantum continentur sub ente: sic enim ad omnia suam considerationem extendit» \

Tandem *Philosophia Naturae sive Physica* definit atque demonstrat per omnes causas, quia omnes requiruntur ad explicandum esse et fieri entis mobilis: duae extrinseace vel moventes, quae explicant ipsum fieri vel *moveri,* nempe efficiens ut *quae* movet, et finis ut ratio vel motivum *quo* movet; et duae intrinsecae, quae explicant *esse* entis mobilis essentialiter compositi ex potentia et actu, scilicet materia sicut potentia, et forma sicut actu 2.

Ideo S. Thomas saepissime repetit, post Aristotelem, quod «Naturalis demonstrat per omnes causas» 3; «ad Naturalem pertinet et omnes [causas] cognoscere et per omnes naturaliter demonstrare, reducendo quaestionem *propter quid* in qualibet dictarum causarum, scilicet formam, moventem finem et materiam» 4.

Unde et Physicus aliquando definit per solam causam materialem ut si dicat quod ira est accensio sanguinis circa cor; aliquando vero per causam materialem et formalem simul, ut cum dicit iram esse appetitum vindictae cum accensione sanguinis circa cor. Et haec est definitio magis perfecta et completa 5.

1 *In III Metaph.,* Icct. 4, n.° 384. «Metaphysics demonstrat per causam formalem et finalem praecipue, et etiam agentem» (*In IPhysic.,* Icct. 1, n.° 5.)

2 Cf. S. THOMAS, *De principiis naturae,* cap. 3, ed. J. J. Pauson, p. 89-90; cap. 4, p. 93-95. Fribourg, 1950.

3 *In I Physic.,* Icct. I, n.° 5.

4 *In II Physic.,* Icct. 11, n.° I. Cf. ibid. nn. 5-9; lect. 15, n.° 5.

4 S. Thomas, *in I de Anima,* lect. 2, nn. 24-27; *in I de Caelo et Mundo,* Icct. 2, n.° 2.

Maxime vero definit ac demonstrat per causam finalem, quia est ratio et radix prima totius motus entis mobilis, finis enim movet agentem ut agens moveat materiam ad forman. Unde ct dicitur causa causarum. Atque «ita definitio colligens finem [et agentem] et formam et materiam, comprehendit totum processum generationis naturalis» [1].

Et propter hoc, quia causa efficiens et finalis sunt extrinsecae, ideo in Physica «probatur aliquid de una re per aliam rem, omnino extrinsecam», procedendo de uno in aliud secundum rationem, quod insuper est aliud secundum rem [2].

Quae cum ita sint, evidenter apparet *in primis* differentia generica inter Logicam et Mathematicam ex una parte et Philosophiam Moralem ex alia. Quia illae nullo modo definiunt neque demonstrant ex causa efficienti et finali, a quibus, sicut a motu, omnino abstrahunt[3], sed unice ex causa formali; haec vero, qua talis, non definit neque demonstrat aliquid per causam formalem, quia proprium eius munus non est scire naturas rerum, sed dirigere actiones humanas in fines debitos atque honestos, et ideo maxime definit ac demonstrat per causam finalem.

Similiter Philosophia Moralis differt genere a Physica et a Metaphysica. Quia Metaphysica, licet demonstret per causam efficientem et finalem in ea parte quae dicitur Theologia Naturalis, quatenus tota Theodicea resolvitur sicut in primaria fundamenta in cognitionem Dei ut est Prima Causa efficiens et ultimus finis obiectivus omnium entium finitorum quae continentur in decem praedicamentis, maxime tamen et in recto definit ac demonstrat per causam formalem in ea parte directe ad eam spectante, quae est Ontologia sive scientia dc ente communi ut essentia, quodque dividitur in decem praedicamenta. Constat autem partes Philosophiae genericc inter se distingui non solum ex eo quod eis unice

1 *In II Physic.*, lect. 15, n.° 6.
2 *In librum Boethii de Trinitate*, q. 6, a. 1, qla ic., p. 207, 6-8.
3 *Summa theol.* I, q. 4, a. 3 ad 4; q. 44, a. 1 ad 3.

atque exclusive correspondet hinc et inde, verum etiam ex eo quod maxime vel praecipue ipsis convenit.

Physica vero, licet definiat atque demonstret ex fine potius quam ex agente vel materia, maxime tamen definit ac demonstrat secundum causam formalem, quia forma praecise est cui primo et per se et maxime convenit ratio *naturae,* quae est proprium obiectum Philosophiae *Naturalis* L

Eo vel magis quod etiam quando utraque definit ac demonstrat secundum causam finalem, diversimode id faciunt: quia Philosophia Naturalis considerat finem operis, dum moralis considerat potius finem operatis. Et huiusmodi duo fines differunt genere: nam finis operis naturae generantis et generabilis est *forma* generati. 1 Et ideo finis et forma in Philosophia Naturali incidunt in idem re 3. Finis vero operantis Ubere, plerumque est alia res a fine operis, immo nonnunquam est ei opposita: qua talis autem, est finis superadditus fini operis, eique extrinsecus et accidentalis, quia revera est mera circumstantia actus 4.* Unde et optime convenit tabs finis Philosophiae Morali, utpote scientiae subaltematae Psychologiae.

Quae omnia liquido ostendunt Philosophiam Naturalem et Moralem genere differre.

Secundo est pariter manifesta differentia generica inter Logicam et Mathematicam ex una parte et Physicam ac Metaphysicam ex alia. Quia illae non definiunt neque demonstrant nisi per causam formalem, hae vero ulterius definiunt atque demonstrant per causam efficientem et finalem.

Quae quidem differentia maxime perspicua est inter illas duas priores et Physicam; quia haec aliquando definit et demonstrat per solam causam materialem, illae vero non-

1 *In II Physic.,* lect. 2, nn. 4-7.

3 *In II Physic.,* lect. 4, nn. 6-8.

' *In II Physic.,* lect. ii, n.° 2, 6.

4 *In IV Sent.* d. 16, q. 3> a· b <lla· 2 ad 3' nn· »55-156. Cf. *De Pot.* q. 3, a. 16 c; *Summa theol.* II-II, q. I4»> a· 6 ad »·

nisi per causam formalem. Causa autem materialis et causa formalis differunt genere in ratione causae, sicut actus et potentia in ratione entis. Unde S. Doctor scribit: «consideratio Naturalis versatur circa materiam, consideratio autem Logici circa rationem et speciem», idest circa formam [1].

Et propter hoc alia sunt genera logica et alia genera physica; ita quidem ut saepe ea quae in genere logico conveniunt, in genere physico differant: sicut angelus et corpus conveniunt in genere supremo substantiae secundum logicum, sed toto genere differunt secundum physicum, quia angelus non est substantia essentialiter mobilis sicut corpus, cum sit pure spiritualis, ac proin ingenerabilis et incorruptibilis.

Ideo S. Thomas egregie: «Cum illud materiale —inquit— unde sumitur genus habeat in se materiam et formam, *Logicus considerat genus solum ex parte eius quod formale esi; unde et eius definitiones dicuntur formales;* sed Naturalis considerat genus *ex parte utriusque.* Et ideo contingit quandoque quod aliquid communicat in genere secundum Logicum, quod non communicat secundum Naturalem.

Contingit enim quandoque quod illud de similitudine Primi Actus quod consequitur res aliqua in materia tali, aliud consequetur sine materia, et aliud in alia materia omnino diversa. Sicut patet quod lapis in materia quae est secundum potentiam ad esse, pertingit ad hoc quod subsistat; ad quod idem pertingit sol secundum materiam ad ubi; et angelus omni materia carens.

Unde Logicus, inveniens in omnibus his illud ex quo genus sumebat, ponit omnia in uno genere substantiae. Naturalis vero et Metaphysicus qui considerant omnia principia rei, non invenientes convenientiam in materia, dicunt genere differre, secundum hoc quod dicitur in X Metaphysicae, cap. io, quod corruptibile et incorruptibile differunt genere, et quod illa conveniunt genere quorum materia est una et generatio ad invicem» [2].

Et rursus: «substantiae immateriales creatae sunt quidem

1 *In I de Caelo et Mundo,* lect. 2, n.° 2.
2 *In librum Boethii dc Trinitate,* q. 4, a. 2C. p. 141-142.

in genere, et quamvis *logice* considerando conveniant cum istis substantiis sensibilibus in genere remoto quod est substantia, *naturaliter* tamen loquendo non conveniunt in eodem genere... Corruptibile enim et incorruptibile non sunt unius generis, ut dicitur in X Aletaphysicae.

Logicus enim considerat absolute intentiones, secundum quas nihil prohibet convenire immaterialia materialibus et incorruptibilia corruptibilibus. Sed *Naturalis* et *Philosophus Primus* considerant essentias secundum quod habent esse in rebus; et ideo ubi inveniunt diversum modum potentiae et actus, et per hoc diversum modum essendi, dicunt esse diversa genera» h

Similique ratione alia sunt genera mathematica et alia genera physica. Nam genera mathematica sunt genera quantitatis dimensivae, abstracta et immobilia, idest pure formalia; genera vero physica sunt genera substantiae, concreta et mobilia, ac proin non pure formalia, sed materiam et formam praeseferentia.

Quapropter Angelicus iterum: «est autem considerandum quod multa quidem secundum abstractam considerationem *vel Logici vel Mathematici* non sunt aequivoca [= analoga], quae tamen, secundum *concretam* rationem *Naturalis* ad materiam applicantis, aequivoce [= analogice] quodammodo dicuntur, quia non secundum eamdem rationam in qualibet materia recipiuntur: sicut quantitatem et unitatem, quae est principium numeri, non secundum eandem rationem contingit invenire in corporibus coelestibus et in igne et in ære et in aqua» 1.

l *Ibid.,* a. 3 c. p. 222, 8-18. Quibus hacc adde verba: »gcnus et differentia possunt accipi dupliciter. Uno modo secundum considerationem *realm,* prout considerantur a Mctaphysico et Naturali, et sic oportet quod genus ct differentia super diversis naturis *fundentur:* ct hoc modo nihil prohibet dicere quod in substantiis spiritualibus non sit genus et differentia, sed sint formae tantum, et species simplices. Alio modo secundum considerationem *logicam,* ct sic genus ct differentia non oportet *quod fundentur* super diversas naturas, sed supra unam naturam in qua consideratur aliquid *proprium* et aliquid *commune:* ct sic nihil prohibet genus ct differentias ponere in substantiis spiritualibus» *(Quaes. disp, de /Inima,* a. 7 ad 17· Cf. *tbid.}* a. 14 ad 2).

» *In VII Physic.,* lect. 7> n.° 9-

Trianguli *aequilateri* ligneus, ferreus et aeneus differunt specie physica, sed conveniunt in specie mathematica et in specie logica.

Tertio est similiter perspicua differentia generica inter Physicam et Metaphysicam: tum quia Physica semper definii ac demonstrat per causam materialem quando perfecte et complete rem suam agit, quia materia est de ratione entis mobilis, ideoque Physica non potest ab ea abstrahere, dum e contra Metaphysica totaliter ab ea praescindit; tum etiam quia, cum ambae definiunt ac demonstrant per alia tria genera causarum, diverso tamen omnino modo diversaque prorsus ratione id faciunt.

Nam Philosophia Naturalis definit ac demonstrat per causam efficientem propriam et immediatam entis mobilis in suo motu generationis, augmenti, alterationis et translationis, itemque per finem proprium ac immediatum: at vero Metaphysica idipsum facit per Causam efficientem Primam atque Finem Ultimum.

Quae quidem causae toto genere differunt inter se. Quia Causa efficiens Prima est causa pura et per essentiam, utpote causa incausata: causa vero efficiens et immediata entis mobilis in quocumque genere motus physici, est causa causata ct per participationem. Unde et illa causât ens mobile quoad totam eius substantiam, ex nihilo; haec vero solum causai eam quantum ad formam, per transformationem scilicet atque ex materia praesupposita. Constat autem Causam efficientem Primam ct secundam, itemque proprios earum effectus, scilicet creationem et transformationem sive generationem, non convenire univoce, sed mere analogice. Quia, ut ait S. Thomas, «productio universalis entis a Deo [per creationem] non est motus nec mutatio, sed quaedam simplex emanatio: et sic fieri et facere aequivoce [= analogice] dicuntur in hac universali rerum productione et in aliis productionibus» x. «*Sicut* igitur generatio hominis est « non ente [hoc], quod est non homo; ita creatio, quae est

l *In VIII Physic.,* lect. 2, n.° 4.

emanatio *totius* esse, est ex non-ente [simpliciter], quod est nihil» '.

Pariter finis proximus et Finis simpliciter Ultimus: quia iste est finis per essentiam, idest non finitus alio fine ulteriori, sed finiens ceteros alios fines, ille vero est finis per participationem, quia ita finit aliquod vel aliqua media, ut simul finiatur ab aliis finibus remotioribus, maximeque a fine simpliciter ultimo. Solus namque Deus est finis ultimus obiectivus omnium rerum; at esse finis proximus vel intermedius convenit etiam aliis praeter Deum: nihil autem univoce dicitur de Deo et creaturis 2.

Idemque contingit quando ambae definiunt ac demonstrant per causam formalem. Quia causa formalis ordinis physici, idest entis mobilis seu corporalis, est proprie loquendo forma substantialis contradistincta a materia prima, quae quidem non est tota rei essentia, sed pars eius tantum, licet praecipua. At vero causa formalis ordinis metaphysici, hoc est, entis spiritualis et immobilis —ingenerabilis et incorruptibilis—, ut sunt Deus et angeli, non est pars essentiae, idest forma substantialis contradistincta a materia prima, quam non habent, cum sint omnino inmateriales, sed nominat totam essentiam; sive haec sit Actus Purus, idest reapse identificata cum eius existentia, ut in Deo; sive non sit actus purus, sed realiter distincta ab eius existentia, ut contingit in angelis.

immo et quando Metaphysica considerat materiam et formam, hoc est, partes essentiales substantiae mobilis, non considerat eas ut reduplicative materiam et formam, secundum quod relucent in primo gradu abstractionis formalis —hoc enim est proprium Physicae—, sed spedficative potentiam et actum, secundum quod relucent in tertio gradu abstractionis formalis permissivae vel praecisivae. Alia ergo omnino —vel saltem aliter— est causa formalis per quam definit ac demonstrat Metaphysica, et alia per quant definit atque demonstrat Physica.

l *Summa thcol.* I, q. 45, °- 1 c·
» *Summa theol.* I, q. 13, a· 55 Φ 45» a· 4-

Constitutivum physicum essentiae entis mobilis susbtantialis est compositio materiae primae et formae substantialis: at vero constitutivum metaphysicum eiusdem est compositio potentiae et actus, quia non est constitutivum illius ut mobilis sed ut entis. In quo convenit cum essentia ceterorum praedicamentorum, quae essentialiter et proportionaliter componuntur ex potentia et actu, secundum modum et rationem propiam uniuscuiusque iuxta tritum illud: potentia et actus dividunt ens et quodlibet genus entis L

Sed et intra idem genus *logicum* substantiae praedicamentalis, aliter omnino sumuntur potentia et actus realiter loquendo, scilicet in Physica et in Metaphysica, in substantiis corporalibus et in spiritualibus. Quia potentia et actus substantiae corporeae sunt materia prima et forma substantialis, ct ulterius essentia —constituta ex materia et forma— et existentia: quae quidem non est compositio physica, sed pure metaphysica, quia non est substantiae ut corporae, sed substantiae ut creatae vel finitae. At vero potentia et actus substantiae incorporeae sunt unice essentia et existentia, quia haec substantia non est physica, sed pure metaphysica.

Ad rem S. Thomas: «in rebus compositis —inquit— est considerare duplicem actum et duplicem potentiam. Nam primo quidem materia est ut potentia respectu formae, et forma est actus eius; et iterum natura constituta ex materia et forma, est ut potentia respectu ipsius esse, in quantum est susceptiva eius.

Remoto igitur fundamento materiae, si remaneat aliqua forma determinatae naturae per se subsistens, non in materia, adhuc comparabitur ad suum esse ut potentia ad actum. Non dico ut potentiam separabilem ab actu, sed quam semper suus actus comitetur. Et hoc modo natura spiritualis substantiae quae non est composita ex materia et forma, est in potentia respectu sui esse. Et sic in substantiis spiritualibus est compositio potentiae et actus; et, per consequens, formae ct materiae, *si tamen omnis potentia nominetur materia, ct omnis actus nominetur forma. Sed tamen hoc non est proprie dictum, secundum communem usum nominum» 1,*

«Et ita per consequens est ibi compositio ex actu et potentia: et si ista potentia vocetur materia, erit compositus [Angelus] ex materia et forma, quamvis hoc sit *omnino aequivoce* dictum; sapientis enim est non curare de nominibus»[*].

Quod quidem intelligendum est non quasi sit pure aequivocum, sed potitus aequivocum a consilio, quod est *analogum,* ut ipsemet S. Doctor exponit, dicens: «et ideo non oportet angelus cum corporalibus eadem principia communicare nisi secundum intentionem tantum, *prout in omnibus invenitur potentia et actus, analogice tamen» 3.*

Quarto est quoque manifesta differentia generica inter Ontologiam et Logicam ex una parte et Mathematicam ex alia, licet omnes non definiant neque demonstrent nisi per causam formalem. Quia causa formalis mathematicorum limitatur ad solam quantitatem dimensivam abstractam prout est mensurabilis et numerabilis, atque insuper est essentialiter imaginabilis —mathematica enim abstrahit quidem ab omni materia sensibili, sed non a materia imaginibili—; at vero causa formalis logicorum et ontologicorum se extendit ad omnia prorsus, absque ulla limitatione, et insuper transcendit omnem sensum et imaginationem, cum abstrahat ab omni omnino materia, et sit pure intelligibilis.

bno verbo: causa formalis horum trium est propria eorum essentia. Quae tamen genere differt, quia alia est entitas mathematica, alia entitas logica et alia entitas metaphysica. Ens enim, quod convertitur cum entitate[4] analogice dicitur de ente rationis, de ente quanto et de ente reali ut sic.

' *In* l ***II*** *Aletaph.,* lect, i, n.° 1.245;*lfl* ***IX*** *Metaph.,* lect. 1, n.° 1.769; *in* ***III*** *Physio.,* lect. 1, n.° 6; lect. 2, n.° 3.

1 *Quaest. disp. dc Spiritualibus creaturis,* a. ic, in fine, ed. 4. \V. Keeler, S. J., p. 12, 12-27. Romae, 1937.

2 *In* ***II*** *Seni.* d. 3, q. 1, a. 1, in fine.

3 *Ib'd.,* ad 2. De ista analogia inter compositionem ex materia ct forma ct compositionem ex essentia ct esse, videri potest profunda expositio Cajetani in Commentario super Opusculum S. I hornae *De Ente ct essentia,* cap 5; ert. H. Laurent, O. P., n.° 90, p. 141-144. T urini, 1934.

4 *Q/uaest. disp. dc Virtutibus in communi, a.* l ad 8; *Summa theol.,* I-II,q. 55, a. 4 ad i.

Et inde patet quinta differentia generica inter Logicam et Ontologiam, cum tamen utraque definiat ac demonstret per solam causam formalem pure intelligibilem. Essentia namque entis realis et essentia entis rationis non conveniunt univoce, sed analogice, sicut et ens reale et ens rationis cum quibus convertuntur.

§ 2. Modus procedendi in diversis partibus Philophiae diversus est et analogicus, non univocus. Quaedam enim procedunt rationabiliter, ut Logica, Physica et Ethica; aliae disciplinabiliter, ut Mathematica; et aliae intelligibiliter, ut Metaphysica. Iam vero huiusmodi processus non sunt uniformes, sed genere diversi.

Nam processus rationalis potest dici talis triplici sensu. Primo *formaliter*, quatenus sumit pro medio *demonstrationis* ens rationis obiective idest secundas intentiones, puta genus, speciem, oppositum et alia huiusmodi, quae traduntur in Logica docente. Et hoc modo Logica seipsa utitur ac demonstrative procedit in statuendo leges definitionis, enuntiationis et syllogismi, sicut et leges oppositionis. Quo in casu, cum non definiat neque demonstrat nisi per causam formalem, procedit seu discurrit de uno in aliud ab eo distinctum distinctione rationis ratiocinatae tantum, non autem distinctione reali; verbi gratia, quando procedit ab intentione generis ad intentionem speciei, et vicissim.

Immo, et leges Logicae formalis valent etiam in scientiis realibus, quia hae non possunt contradicere principiis logicae. Ita enim se habent principia Logicae ad scientias reales, sicut se habent principia mathematica ad scientias physicas. Constat autem principia mathematicae valere etiam in rebus physicis, licet non e converso, ut scite notavit Aristoteles quem nitide exponit S. Thomas hisce verbis: «quaecumque impossibilia accidunt circa mathematica corpora, necesse est quod consequantur ad corpora naturalia. Et hoc ideo, quia mathematica dicuntur per abstractionem a naturalibus; naturalia autem se habent per appositionem ad mathematica —superaddunt enim mathematicis naturam sensibilem et motum, a quibus mathematica abstrahunt—: et sic patet quod ea quae sunt de ratione mathematicorum, salvantur in naturalibus, et non e converso. Et ideo quaecumque inconvenientia sunt contra mathematica, sunt etiam contra naturalia: sed non convertitur» [1].

Ergo et similiter leges et principia Logicae valent quoque in aliis scientiis, quia revera Logica est de communibus intentionibus secundis quae ambiunt omnia entia et sunt eis priora: prius autem semper salvatur in posteriori, licet non e converso [2].

Unde et ex hoc principio Logicae, quod contrarie opposita habent idem subiectum, Psychologia concludit amorem et odium —passiones contrarie oppositas— esse in concupiscibili [3]. Et ex hac lege oppositionis contrariorum, quod directe contraria non possunt simul esse in eodem subiecto, sed se mutuo excludunt, concludit Ethica virtutem et vitium non posse simul esse in eodem subiecto, neque actum virtutis et actum vitii sive peccatum, bene vero actum bonum et habitum malum, et vicissim peccatum et virtutem acquisitam: quia habitus habitui—virtus vitio et vicissim— et actus actui —peccatum actui virtutis et vicissim— sunt directe contraria, non autem actus habitui [4]. Quae quidem mutua exclusio unius contrarii ab alio ei directe opposito, est in genere causae formalis, ideoque semper et ubique et infallibiliter occurrit.

Secundo, potest dici processus rationabilis *terminative sive finaliter*. Ratio enim ut ratio, scilicet prout distinguitur

i *III de Caelo,* cap. i, n.◇ 6 (II, 4n, 25-32).

[1] *In III de Caelo et Mundo,* lect. 3, n.° 4.

[2] S. Thomas, *in II Sent.,* d. 35, a. 4 ad 3; *Summa theol.* I, q. 60, a. ic.

[3] S. Thomas, *in I Post,* lect. 20 n.° 5.

[4] «Vitium directe contrariatur virtuti, sicut et peccatum actui virtuoso. Et ideo vitium excludit virtutem, sicut peccatum excludit actum virtutis» (*Summa theol.,* I-II, q. 71, a. 4 ad 2). «Peccatum non contrariatur virtuti secundum se, sed secundum suum actum. Et ideo peccatum non potest simul esse cum actu virtutis, potest tamen simul esse cum habitu, virtutis acquisitae (*ibid.* ad i, cl corp. art. una cum q. 73◇ a. 1 2).

ab intellectu, nominat cogitationem, idest motum et agitationem mentis inquirentis et disputantis nondumque pervenientis ad sententiam definitivam per veram demonstrationem ac resolutionem in principia per se nota quorum est intellectus, ubi fixa atque immobilis sistat absque formidine oppositi: licet enim in unam partem contradictionis inclinet potius quam in aliam, immo et ei adhaereat, est tamen cum formidine oppositi; ideo non perfecte quietatur, sed simul inquietudinem retinet.

Dicitur ergo processus rationabilis *terminative,* quando terminus ratiocinationis sive inquisitionis nondum est totaliter clausus et fixus, quia non pervenit ad conclusionem per rationes necessarias et cogentes, ita ut ei plenissime adhaereat, absque ulla formidine oppositi; sed solum pervenit ad ipsam per rationes mere probabiles, quibus movetur ratio ad assensum ei praebendum, et quidem vehementer, non tamen totaliter et perfecte, ita ut excludat omnem formidinem oppositi.

Quapropter Aristoteles appellat λογιστικόν vel δοξατικόν habitum procedendi hoc modo, prout contradistinguitur ab ἐπιστημονικόν, idest ab habitu procedendi modo scientifico vel demonstrativo x: quorum iste est circa necessaria vel conclusa per rationes necessarias, ille vero circa contingentia vel conclusa per rationes mere probabiles, «scilicet per quamdam coniecturam de rebus illis de quibus plena certitudo haberi non potest» 1.

Quae quidem rationes probabiles, licet non sint plene sufficientes ad sciendum speculative, quia non procedunt ex ipsa natura rerum neque in ipsam resolvunt, sunt tamen sufficientes ad sciendum practice, idest ad prudenter et rationabiliter dirigendas operationes humanas. Ut enim scribit S. Thomas, «in negotiis humanis non potest haberi demonstrativa probatio et infallibilis, sed sufficit aliqua coniecturalis probabilitas» 3, quae potest pertingere usque

1 *VI Ethic Nicom.,* cap. i, n.° 6 (II, 67, 2); cap. 5, n.° 8 (II, 69, 35).

S. Thomas, *De Vent.,* q. 15, a. *2* ad 3. Cf. *Sttmma teltol.,* I, q. 79, a. 9 ad 3; *in VI Ethic.,* lect. *2,* n.° 1.118; lect. 4, n.° 1.174.

3 *Summa theol.* I-II, q. 105, a. *2* ad 8.

ad certitudinem moralem propriam huius ordinis rerum.

Et propterea iste modus procedendi est proprius Philosophiae moralis, quae tota est circa actus humanos rationabiliter dirigendos potius quam scientifice atque speculative cognoscendos. Quia «modus manifestandi veritatem in qualibet scientia, debet esse conveniens ei quod subiicitur sicut materia in illa scientia... Materia autem moralis talis est, quod non est ei conveniens perfecta certitudo» 1 propter eius maximam contingendam et complexitatem. «Pertinet autem ad hominem disciplinatum, idest bene instructum, ut tantum certitudinis quaerat in unaquaque materia quantum natura rei patitur. Non enim potest esse tanta certitudo in materia variabili et contingenti sicut in materia necessaria, semper eodem modo se habente» 2.

Vel, ut ait in alio loco, «certitudo non est similiter quaerenda in omni materia. In actibus enim humanis... non potest haberi *certitudo demonstrativa,* eo quod sunt circa contingentia et variabilia. Et ideo *sufficit probabilis certitudo,* quae ut in pluribus veritatem attingat, etsi in paucioribus a veritate deficiat»3.

1 *In I Ethic.,* lect. 3, n.° 32.

1 *Ibid.,* n.° 36.

3 *Summa theol.,* II-II, q. 70, a. 2c. S. Doctor, post Aristotelem, saepissime contradistinguit istum duplicem modum procedendi vel argumentandi: demonstrative ct probabiliter *(In II Sent.,* d. 2, q. 2, a. I ad 4); per modum necessitatis ct per modum probabilitatis *(I contra Gent.,* cap. 78, arg. 3> *Summa theol.,* II-II, q. 171, a. 3c; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. i, qla. 1 c, p. 206, 1-2); per rationes proprias et necessarias, per rationes communes ct probabiles *(in III Physic.* lect. 8, n.° 1-2; *in VIII Physic.,* lect. 18, n.° 1; lect. 19, n.° 1; lect. 20, n.° 1; *in I de Caelo et Mundo,* lect. 15, n.° 1; lect. 22, n.° 9; *in I de Generatione et corruptione,* lect. 3, n.° 8; in I Post., lect. 1,nn.° 5-6); per modum scientiae ct per modum opinionis *(in IV Metaph.,* lect. 4, nn.° 574-576); per modum disputationis et per modum determinationis *(In I Physic.,* lect. 11, nn.° 7, 10; *in III de Anima,* lect. 14, n.° 796; lect. 15, n.° 818; *in librum Boethii de Trinitate,* expositio prooemii, p. 51, 11-14); per modum demonstrationis et per modum coniecturae *(Ds Verit.,* q. 15, a. 2 ad 3); per modum demonstrationis ct per modum dialecticae disputationis *(In I Post.,* lect. 20, n.° 6); disputatio doctrinalis sive demonstrativa, quae ad scientiam ordinatur, procedens cx veris et per se notis et propriis [principiis] scientiae, ct disputatio dialectica ex probabilibus

Verumtamen, ad omnem aequivocationem praecludendam hac in re, oportet distinguere duplicem sensum huius modi procedendi: alium speculativum sive in materia speculatibili; alium practicum sive in materia agibili vel morali.

In materia igitur speculabili sive ad cognoscendum, talis processus ex solis communibus et probabilibus vel conjecturalibus non sufficit, quia non est demonstrativus neque scientificus, sed mere topicus vel dialecticus qui solum potest opinionem generare. Quo in sensu ait Aristoteles, quod procedere διαλεκτικών est ττρό δόξαν, dum e contra procedere κατ᾽αλήθειαν est ττρό$ φιλοσοφίαν L Nam processus scientificus est ex veris et propriis et necessariis 2. Dialecticus enim interrogat, demonstrans vero et sciens concludit et determinat 3.

Et ideo Dialectica utens non est scientia proprie dicta, sed «recedit a modo scientiae», sicut et opinio quam inducere valet4. Quam distinctionem inter Dialecticam et Aletaphysicam ita perspicue proponit S. Thomas: «differunt autem ad invicem Philosophus et Dialecticus secundum / potestatem; nam maioris virtutis est consideratio philosophi quam consideratio dialectici. *Philosophus* enim de praedictis communibus procedit *demonstrative:* et ideo eius est habere *scientiam* de praedictis, et est cognoscitivus eorum *per certitudinem.* Nam certa cognitio sive scientia est effectus demonstrationis. *Dialecticus* autem circa omnia praedicta procedit *ex probabilibus:* unde non facit scientiam, sed *quamdam opinionem» 5.*

At vero in materia agibili et ad dirigendum actus humanos, vere sufficit processus ex probabilibus et communiter contingentibus, quae scilicet sunt *solide* probabilia et nata sunt generare certitudinem probabilem, qualis haberi potest in re morali.

procedens et ad opinionem tendens *(De fallaciis,* cap. r, n.° 3; Opusc. phil., cd. J. Perrier, p. 431).

1 *I Topic.,* cap. 12, n.° 6 (I, 181, 6-7).
2 *I Post.,* cap. 2, n.° 5 (1,122,20-25).
3 */ Priorum,* cap. I, n.° 3 (I, 39, 14-27).
4 *In IV Metaph.* Icct. 4, n.° 576.
6 *Ibid.,* n.° 574.

Talis ergo processus est quidem infra scientificus speculative, simul tamen sufficienter scientificus practice atque moraliter.

Tertio, dici potest processus rationabilis efficienter, quatenus denominatur talis ex facultate raciocinandi sive discurrendi de uno in aliud. Et quidem in sensu pleno, videlicet non solum de uno in aliud ab eo distinctum distinctione rationis ratiocinatae, verum etiam de uno in aliud ab eo distinctum distinctione reali. Tunc enim est discursus plenus secundum causalitatcm, procedendo non solum de ratione in rationem intra eamdem rem, ut accidit in scientiis quae tantum demonstrant per causam formalem —Logica, Aiathematica et Ontologia— sed etiam de re in rem, puta de causa efficienti in effectum et vice versa, prout contingit in scientiis quae demonstrant per causas *extrinsecas,* efficientem nempe et finalem —Physica sive Philosophia Naturali—.

Equidem, cum homo sit revera ens physicum, nempe animal rationale —substantia corporea animata anima rationali— proprium obiectum cognitionis eius est quoque ens mobile, ut sic mobilitas obiecti et mobilitas facultatis cognoscitivae —rationis discurrentis— sibi mutuo correspondeant E Processus ergo rationabilis hoc sensu acceptus est maxime proprius hominis ut rationalis vel discursivi et Philosophiae Naturalis, cuius propria natura exigit ut procedatur maxime de re in rem et non solum de ratione in rationem, et quidem ascendendo de una re sensibili ad aliam rem intelligibilem, quasi a sensu ad intellectum.

Ideo S. Thomas iure scribit: «in Scientia Naturali, in qua fit demonstratio per causas *extrinsecas,* probatur aliquid de una re per aliam rem omnino extrinsecam. Et ita modus rationis in Scientia Naturali observatur, et propter hoc Scientia Naturalis inter alias est maxime hominis intellectui conformis. Attribuitur ergo rationabiliter [discursive] procedere Scientiae Naturali, non quia ei soli conveniat, sed

1 Cf. *Summa theol.,* I, q. 14» a· 4C·

quia ei *praecipue* competit», hoc est, in sensu pleno discursus de uno in aliud \

Etenim «in omnibus scientiis servatur quantum ad hoc modus rationis, quod proceditur de uno in aliud secundum rationem [de ratione in rationem], non autem quod procedatur de una re in aliam, sed *hoc est proprium Naturalis Scientiae.* Et sic ei *rationabiliter* procedere atribuitur»1

Quae cum ita sint, merito concludit S. Doctor: «unde potest ex dictis colligi quod primus modus rationabilitatis est maxime proprius scientiae Rationali [Logicae], secundus Scientiae Morali, tertius Scientiae Naturali»3.

Patet autem hunc triplicem sensum *rationabilis* non esse univocum, sed analogum, quia dicitur de tribus acceptionibus huius nominis secundum prius et posterius. Per prius enim et maxime proprie dicitur de sensu *formali,* ubi ratio discurrit demonstrando de una ratione in aliam, idest per causam formalem, in propria materia Logicae docentis, quae sunt entia rationis obiective. Et sic dicitur processus rationabilis maxime talis, quia est rationis ratiocinantis ex definitionibus et principiis entis rationis ad conclusiones demonstrandas circa ipsa entia rationis obiective. Propter quod appellatur antonomastice processus logicus sive rationalis, quia est proprius Philosophiae Rationalis sive logicae docentis.

Deinde et minus proprie dicitur de sensu *terminati*™ et quasi *materiali,* quia est processus dialecticus Logicae utentis circa materiam realem maxime contingentem, scilicet Moralem. Et sic ratio ratiocinatur ex probabilibus et communiter contingentibus circa agibilia humana dirigenda. Deficit ergo a processu plene ac perfecte logico Logicae docentis, quia non versatur circa entia rationis neque procedit demonstrative, sed circa entia realia, et quidem ex principiis mere probabilibus ad conclusiones solide probabiles: quod quidem est proprium Dialecticae vel Topicae utentis, qua nempe

1 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. i, qla. ic. p. 207, 6-11.
2 *Ibid.,* ad 3, p. 207, 18-22.
3 *Ibid,* ad 4, p. 207, 27-29.

utitur Philosophia Moralis. In hac enim materia dari nequit certitudo absoluta, sed solum moralis vel probabilis, quae ad vitam dirigendam sufficit.

Tandem dicitur adhuc minus proprie de sensu causali sive *efficienti;* quia, licet sit discursivus vel ratiocinativus sicut in duobus prioribus, non est tamen circa entia rationis sicut primus, neque circa entia realia ex rationibus topicis vel probabilibus sicut secundus, sed circa entia realia mobilia ex rationibus necessariis perducentibus usque ad intellectum principiorum huius generis. Quo fit, ut plene adhaereat uni parti contradictionis absque formidine oppositi, et non cum tali formidine, prout accidit in opinione vehementi vel certitudine probabili. Et hoc est proprium Philosophiae Naturalis, quae maiorem quidem certitudinem habet quam Philosophia Moralis ei subalternata, sed eo ipso retinet minus de topicitate huius.

In primo ergo sensu salvatur plene atque perfecte modus rationabilis quasi in supremo analogante, et ideo dicitur formaliter et antonomastice, idest essentialiter, modus logicus; in secundo deficit ab huiusmodi plenitudine ac perfectione, et solum retinet modum topicum sive dialecticum procedendi per rationes probabiles, ac proin dici potest logicus participative; in tertio denique exit ab sphaera Logicae docentis et utentis, et solum retinet modum procedendi per ratiocinationem psychologicam perfectam circa entia physica vel mobilia; atque ideo appellari potest logicus *causaliter* et quasi per denominationem extrinsecam.

Itaque, a primo ad ultimum, Logica, Physica et Philosophia iVIoralis non conveniunt univoce, sed analogice tantum in modo procedendi *rationabiliter.*

Modus autem disciplinabilis procedendi maxime proprius est Mathematicae. Idem namque sonat disciplinabile ac discibile. Discibile vero illud maxime dicitur quod, et summa cum facilitate discitur, et summo cum rigore —summa cum certitudine vel necessitate— demonstratur. Scientia namque presse dicta est habitus conclusionum ex praemissis per demonstrationem.

lam vero huiusmodi duae conditiones maxima cum perfectione concurrunt in sola Mathematica. Quia enim proprium obiectum eius est quantitas dimensiva ut sic, quae una ex parte habet esse in materia sensibili —corpore physico— et ex alia abstrahit ab ea ut retineat materiam sive quantitatem imaginabilem, eius aprehensio sive perceptio est homini summe facilis, utpote summe connaturalis et longa experientia non egens.

Est enim homini maxime connaturale cognoscere sensibilia sive corporalia, quae sensibus eius primo obversantur, et ideo dicuntur primo nota quoad nos, quia omnis humana cognitio incipit a sensibilibus. Ex ea ergo parte qua corpus mathematicum sive quantitas dimensiva habet esse in corpore physico sive in materia sensibili, tam facile et primo est ab homine cognoscibilis sicut ipsa quantitas et corpus sensibile. Ac revera simul aprehenduntur in occursu corporis physici sensibus obversati.

At vero naturam intimam rerum sensibilium penetrare, arduum est atque difficile, quia oportet multiplicare experimenta, eaque hinc atque inde mutare, non solum circa diversa obiecta, verum etiam circa unum idemque, Quod quidem exigit longum tempus atque perseverantem diligentiam.

Ex adverso, quia obiecta mathematica sunt uniformia et imaginabilia, eorum perceptio non exigit neque requirit longum tempus, sicut neque iterata experimenta, sed statim ab initio usus rationis capi possunt. Ideo iuvenes citius et facilius addiscunt Mathematicam quam Philosophiam Naturalem.

Ut enim sapienter scribit S. Thomas, «mathematicalia cognoscuntur per abstractionem a sensibilibus quorum est experientia, et ideo ad cognoscendum talia non requiritur temporis multitudo. Sed principia naturalia, quae non sunt abstracta a sensibilibus, per experientiam considerantur, ad quam requiritur temporis multitudo») \

Rursus, «circa mathematica non est immanifestum eis

l *In VI Ethic.*, lect. 7, n.° 1.209.

[pueris] *quod quid est,* quia rationes mathematicorum sunt rerum *imaginabilium.* Iuvenes autem *de facili* capere possunt ea quae sub *imaginatione* cadunt» l. Et ideo pueri prius «instruendi sunt in mathematicis quae nec experientia indigent nec imaginationem trascendunt,» quam «in naturalibus quae, etsi non excedunt sensum et imaginationem, requirunt tamen experientiam» 2.

Aliunde vero, quia obiecta mathematica abstrahunt a motu et tempore, immobilia et necessaria sunt semperque eodem modo se hebentia. Et ideo ex hac parte nata sunt fixam atque immutabilem et omnino certam cognitionem terminare: id, quod in Philosophia Naturali non contingit, quia entia physica sunt essentialiter mobilia et multiformiter variabilia.

At praesertim in mathematica habetur maxima certitudo atque perfectissima demonstratio intra eius facilitatem, quia definit ac demonstrat per solam causam formalem, quae certissima et simplicissima est, atque ideo non procedit ab extrinseco de una re ad aliam rem, sed ab intrinseco de una ratione in aliam rationem.

Qua in re excedit vel ipsam Metaphysicam, non solum in ea parte quae Theologia Naturalis dicitur, verum etiam in ea quae Ontologia audit. Nam entia metaphysica sunt quidem quoad se magis abstracta magisque immaterialia et immobilia quam ipsamet obiecta mathematicae, sed, ratione praecise huiusce elevationis atque separationis, sunt humanae menti minus aptata et proportionata, ac proin difficiliora intellectu minusque nobis certa.

Id quod evidens est quoad Theologiam Naturalem. Quia, si loquamur de Substantiis Separatis, quas angelos dicimus, vix aut ne vix quidem eorum existentiam ex istis sensibilibus cognoscere possumus, multoque minus eorum essentiam. Primam vero Substantiam Separatam, quae Deus est, demonstrative cognoscere valemus ex sensibilibus sicut Causam Primam ex effectibus, at demonstratione tantum a poste-

‡ *Ibid.* n.° Ï.220.
l *Ibid.*, n.° 1.211.

riori: eius tamen essentia intima prout est in se, quia in sensibilibus adaequate non repraesentatur neque repraesentari potest, omnino remanet nobis impervia secundum vires naturales intellectus nostri.

Et similiter quoad Ontologiam, quia ea quae communia sunt omnibus entibus et per omnia entium genera vagantur, sicut actus et potentia, causa et effectus, essentia et esse, et alia huiusmodi, sunt maxime remota a sensibilibus et imaginabilibus, ac proin nobis captu difficillima.

Quapropter haec omnia obiecta metaphysicae sunt minus nota et evidentia quoad nos, minusque certa, licet Metaphysica demonstret per causam formalem, specialiter in Ontologia: quia praecise haec forma vel essentia est nobis minus nota.

Ideo S. Doctor scribit: «iuvenes sapientialia quidem, scilicet metaphysicalia, non credunt, idest non attingunt mente, licet dicant ore»: tum quia «excedunt sensum et imaginationem», tum «quia nondum habent intellectum exercitatum ad tales considerationes,» ad quod requiritur longum tempus[1].

Philosophia ergo Naturalis deficit a certitudine et rigore demonstrativo Mathematicae quoad se et quoad nos. Metaphysica vero deficit quoad nos, licet excedat eam quoad se, ratione maioris immobilitatis et immaterialitatis et abstractionis obiectorum eius.

Obiecta siquidem univera Alathematicae sunt univ•w inter se et imaginabilia, ac proin captu facillima totoque rigore demonstratibilia: at vero obiecta diversa Metaphysicae sunt inter se analoga tantum et pure intelligibilia, quo fit ut difficulter capiantur a nobis et minore cum evidentia atque rigore demonstremus.

Ergo, a primo ad ultimum, «mathematica consideratio est facilior et certior quam naturalis et theologica, et multo plus quam scientiae aliae operativae [Philosophia Moralis], et ideo ipsa maxime dicitur *disciplinabiliter* procedere» [2].

l *Ibid.*, n.° I.2IO.

J S. Thomas, *in librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. i, qla zc., p. 209, 18-20.

Et inde est quod scientiae mathematicae vulgo appellamur scientiae *exactae*. Mathematica siquidem sunt *scibilia* per antonomasiam, tum ratione facilitatis, tum ratione evidentiae et certitudinis qua demonstrant. Unde et idem dictu est procedere displinabiliter et procedere mathematice, quia praecise μάθEσι$ idem est ac disciplina. Modus itaque disciplinabilis vel mathematicus est maxime proprius Mathematicae.

Propter quod S. Thomas saepe *disciplinas* vocat scientias *mathematicas* 1: «in *disciplinis*, idest in *mathematicis,* quae sunt *semper vera*»2. Et hunc loquendi modum tribuit Aristoteli, «qui in pluribus locis suorum librorum scientias *mathematicas, disciplinas* nominat»3. Hinc effatum illud: *(disciplinabiliter* procedere est *demonstrative* procedere et *per certitudinem»4.*

Denique, modus intellectualis est maxime proprius Metaphysicae. Ad cuius evidentiam recolendum est quod modus intellectualis dicitur ab intellectu, sicut modus rationalis a ratione. Se habent ergo hi duo modi inter se, sicut intellectus et ratio.

lam vero ratio nominat proprie ratiocinationem sive discursum quo procedimus de una re in aliam, puta ex effectibus ad causam, vel ex causa ad effectus, prout maxime contingit in Philosophia Naturali, quemadmodum supra dicebamus. Et ideo importat diffusionem quamdam vel dispersionem circa plura, ut ea componat vel dividat, non quidem ut praedicatum et subiectum —hoc enim est simplicis iudicii—, sed ut propositiones et conclusiones, quando scilicet ratiocinando deducimus conclusiones ex praemisis.

Intellectus autem designat proprie simplicem aprehensionem, et maxime iudicium, quod est principium vel terminus discursus, non tamen discursus ipse. Quo fit, ut se

1 *In **III** de Caelo et Mundo,* Icct. 3, n.° 2.
2 *In **I** Post.,* lect. 42, n.° 3.
3 *In librum Boethii de Trinitate,* q. *6,* a. I, qla. 1, arg. 2 sed contra, p. 203,16-17.
4 *Ibid.,* arg. i sed contra, p. 203, 10-11.

habeat ad rationem ut unum ad multa, ut quies ad motum et ut perfectum ad imperfectum. «Et ideo in processu rationis est quaedam convolutio ut circulus, dum ratio ab uno incipiens, per multa procedens, ad unum terminatur»

Insuper intellectus intimam quamdam ac penetrantem cognitionem indicat, dum ratio circa exteriora et circunstantia revolvitur.

Modus ergo intellectualis nominat cognitionem maxime abstractam maximeque penetrativam rerum maxime immaterialium, per resolutionem iudicativam usque ad prima principia totius cognitionis et realitatis.

Hoc autem maxime convenit Metaphysicae. Est enim duplex eius pars, scilicet Ontologia et Theologia Naturalis. Ontologia fert ultimam resolutionem formalem omnium entium finitorum vagantium per decem praedicamenta, resolvendo ea in potentiam et actum singulis proportionales, et finaliter in rationem analogam entis realis omnibus communem per analogiam. Nihil enim est magis intimum et magis formale omnibus quam ens, neque hac via causalitatis est possibile ultra ens progredi. «Et ideo —concludit S. Thomas— terminus ultimus resolutionis in hac via est consideratio entis et eorum quae sunt entis in quantum huiusmodi» [1]. Ad ens ergo et ad prima principia super ens fundata resolvuntur ultimatim omnes cognitiones ceterarum partium Philosophiae, iuxta illud eiusdem S. Doctoris: «in omni iudicio ultima sententia pertinet ad supremum iudicatorium; sicut videmus in speculativis, quod ultima sententia de aliqua propositione datur per resolutionem ad prima principia» [3]. Etenim «omnis specifica cognitio derivatur ab aliqua certissima cognitione circa quam error esse non potest, quae est cognitio primorum principiorum universalium, ad quae omnia illa cognita examinantur, et ex quibus omne verum approbatur ct omne falsum respuitur \

1 *In librum Dionysii De divinis nominibus,* cap. 7, lect. 2, n.° 713; ed. C. Pera, O. P., Taurini, 1950.

2 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. 1, qJa. 3c. p. 212, 15-16.

3 *Summa theol.,* I-II, q. 74, a. 7c. «In speculativis autem scientiis non perfecitur judicium rationis nisi quando resolvuntur rationes in prima principia» *(De Verit.* q. 15, a. 3c.).

Theologia vero Naturalis perficit ultimam resolutionem eorumdem entium in genere causae efficientis et finalis, quia revera Deus est primum principium efficiens et ultimus finis rerum omnium extra se. Quo in genere resolutionis non est possibile ultra progredi, sed necessarium est in Deo sistere.

Deus autem est causa entium finitorum per creationem ex nihilo, idest quantum ad totum esse eorum, et quidem quantum ad maxime intima et formalia, quae sunt ipsorum esse. Atque inde finaliter, quia proprium causae primae est esse actus purus, idest cuius essentia est suum esse, necessario sequitur in ceteris omnibus praeter eum esse realem compositionem essentiae et esse. Quae quidem realis compositio potentiae et actus in linea entis est formale constitutivum entis finiti. Et sic, in via iudici, Theologia Naturalis profundius penetrat ultimam resolutionem formalem Ontologiae.

Patet autem hunc modum intellectualem non convenire univoce cum duobus praecedentibus, sed analogice, quia est modus proprie sapientialis, dum modus rationalis et modus disciplinalis sunt tantum scientiales. Sapientia autem et scientia differunt genere.

Propter quod S. Thomas dicit: «si quis recte consideret, istae tres virtutes [intellectuales, scilicet scientia, intellectus et sapientia] *non ex aequo* distinguuntur ab invicem, sed ordine quodam; sicut accidit in totis *potentialibus* quarum una pars est perfectior altera, sicut anima rationalis est perfectior quam sensibilis, et sensibilis quam vegetabilis. Hoc enim modo scientia dependet ab intellectu sicut a *principaliori,* et utrumque dependet a sapientia sicut a *principalissimo, quae sub se continet et intellectum et scientiam, ut de conclusionibus scientiarum diiudicans et de principiis earumdem»*[2].

1 *De Verit.,* q. 16, a. zc.

2 *Sumina theol.,* I-II, q. 57, a. 2 ad 2.

Quod vero modus disciplinalis vel mathematicus differat genere a modo rationali Philosophiae Naturalis et Philosophiae Moralis, licet ambo conveniant in modo scientiali, patet; quia modus mathematicus est scientialis per antonomasiam, et nonnisi per causam formalem procedit, dum modus rationalis Physicae et Ethicae deficit a plenitudine ac perfectione modi disciplinalis, ac insuper procedit maxime per causam efficientem et finalem.

Postremo differunt genere et nonnisi analogice conveniunt modus rationalis sive logicus Logicae docentis, modus disciplinalis Alathematicae et modus intellectualis Adetaphysicae —etiam in parte illa quae Ontologia dicitur— licet omnes procedant per solam causam formalem. Nam modus Metaphysicae est sapientialis, dum modus logicus et modus mathematicus sunt scientiales tantum. Rursus, modus logicus est summe difficilis minusque evidens quam modus mathematicus: tum quia est in tertio gradu abstractionis formalis, dum modus mathematicus est in secundo: tum etiam quia entia rationis objective circa quae versatur Logica sunt captu difficillima, dum quantitas dimensiva imaginabilis circa quam negotiatur mathematica est facillima intellectu. Ratione ergo modi procedendi genere diversi, partes Philosophiae analogice tantum conveniunt.

§ 3. Termini, in quos resolvunt diversae partes Philosophiae, sunt etiam genere diversi, et analogico tantum convenientes. Termini namque in quos resolvunt partes Philosophiae sunt iudicia de rebus eis subiectis et obversatis; quia cognitio scientifica vel philosophica est cognitio perfecta et conclusa, quae est propria iudicii, in quo veritas formaliter continetur. Atqui iudicia diversarum partium Philosophiae circa propria earum obiecta sunt diversi generis, et analogice tantum convenientia.

Etenim huiusmodi iudicia conformantur rebus de quibus proferuntur. Quia, cum veritas formalis sit adaequatio rei et intellectus, idest iudicii et rei iudicatae, tunc iudicium est verum ac scientificum quando dicit esse quod est eoque

modo quo est, aut non esse quod non est eoque modo quo non est. Porro aliud est ens reale et aliud ens rationis. Ergo et alius est terminus sive iudicium Philosophiae Rationalis, et alius Philosophiae Realis. Iudicium Logicae, quae est dc ente rationis objective, conformatur tali enti, sicut iudicium Philosophiae realis conformatur enti reali; ac proin taliter se habent huiusmodi iudicia qualiter se habent eorum obiecta. Cum igitur ens reale et rationis non conveniant nisi analogice, consequens est quod iudicia Philosophiae Rationalis et Philosophiae Realis, atque ideo ipsa Philosophia Rationalis ipsaque Philosophia Realis analogice tantum conveniant.

Similiter diversa entia realia propria diversis partibus Philosophiae Realis non conveniunt nisi analogice. Aliud enim est ens mobile et sensibile, aliud ens quantum et imaginabile, et aliud ens ut ens et intelligibile. Consequenter aliud est iudicium de ente mobili ac sensibili quod est proprium Philosophiae Naturalis, et debet esse omnino conlorme his quae sensus et experientia referunt, ac proin «in Scientia Naturali terminari debe cognitio ad sensum, ut scilicet hoc modo iudicemus de rebus naturalibus secundum quod sensus eas demonstrat..., et qui sensus negligit in naturalibus incidit in errorem»[1]; aliud iudicium de ente quanto et imaginabili, quod est proprium Alathematicae, et debet omnino conformari his quae imaginatio demonstrat, proindeque «in Mathematicis oportet cognitionem secundum iudicium terminari ad imaginationem, non ad sensum, quia iudicium mathematicum superat aprehensionem sensus»[2]; aliud iudicium de ente ut sic et de ente divino, quod est proprium Metaphysicae, et debet conformari prorsus his quae solus intellectus ostendit, quia tale obiectum transcendit omnem sensum et omnem imaginationem, et non est attingibile nisi a solo intellectu, atque ideo in metaphysicis oportet cognitionem secundum iudicium terminari ad solum intellectum, omnino relectis ac superatis sensu et imaginatione.

1 *In librum Boethii dc Trinitate,* q. 6, a. 2C. p. 216, 5-9.
2 *Ibid,,* p. 216, 20-22.

«Et ideo —concludit S. Thomas— in divinis [metaphysicis] neque ad imaginationam neque ad sensum debemus deduci, in mathematicis autem ad imaginationam et non ad sensum, in naturalibus autem etiam ad sensum. Et propter hoc peccant qui *uniformiter* [univoce] in his tribus speculativae [philosophiae] partibus procedere nituntur» h

Tandem, aliud est ens mobile motu physico sive corporali, aliud ens mobile motu psychico et voluntario, quod est ens agibile humanum prout regulabile per rationem practicam in ordine ad finem ultimum totius humanae vitae. Hoc enim ens morale est sui generis, atque ideo iudicium dc ipso per Philosophiam Moralem debet esse ei omnino conforme: non quidem sub ratione scibilis ut sic, sicut facit Philosophia Naturalis —Psychologia—, sed sub ratione dirigibilis et regulabilis ad finem ultimum totius humanae vitae, prout revera facit Philosophia Moralis. ludicat ergo Ethica secundum ea quae in experientia vitae humanae apparere solent sub respectu boni vel mali moralis.

Haec argumenta, meo quidem iudicio, omnino evincunt partes Philosophiae esse analogas sive potentiales, inaequaliter scilicet participantes rationem communem Philosophiae. Et ideo mirum non est si huiusmodi analogiam expresse agnoverint atque docuerint nonnulli philosophi praeclari.

Ita Benedictus Pereyra, S. I. (1535-1610), docet divisionem Philosophiae in speculativam et practicam non esse univocam, sed analogam, quia non aequaliter ei convenit nomen et ratio Philosophiae: «speculativa enim per se et principaliter dicitur philosophia et scientia, practica vero nonnisi secundum quid et propter aliud» 2.

Docet insuper subdivisionem Philosophiae speculativae in Physicam, Metaphysicam et Scientias Mathematicas, non esse generis in species, sed analogi in analogata, quia talis est «superioris' quidem in sua inferiora, sed ita ut illud su-

1 *Ibid.,* p. 217, 9-12. Cf. *De Pot.,* q. 3, a. 19c.

2 *De communibus omnium rerum naturalium principiis et affectionibus libri XV,* lib. 1, cap. 4, p. 7b. Vcnctiis, 1591.

perius non sit genus aut univocum quidpiam, sed nomen ab uno ad unum, quod vulgo appellant analogum, quod non significat naturam diversam ab analogatis, sed tantum rationem quamdam communem, seu —ut vocant— conceptum formalem distinctum ab aliis, quomodo ens affectum est ad substantiam et accidens» x.

Fatendum est tamen auctorem hunc non dedisse rationes satis aptas atque cogentes suae positionis, cui nec satis firmiter adhaesit. Quis enim credat mathematicam non dici univoce philosophiam cum Physica et Metaphysica, quia mathematica non est scientia proprie dicta?[1] Ac de aliis duabus partibus concludit tandem: «simpliciter igitur scientia univoce dicitur de Metaphysica et Physica, secundum quid autem minime» [3] Quod est aequivalenter negare earum analogiam. Propter quod ab aliis philosophis derelictus est atque despectus: verbi gratia a Raphaële Aversa [4] et a Zacharia Pascualigo [5].

Firmius tenet hanc doctrinam Franciscus Piccolomini (1520-1604). «Philosophia, inquit, non est aliquid univocum et natura una in omnibus eadem, sed *ab uno»,* idest analogum [1]. Et iterum: «cum Philosophia non sit aliquid univocum, sed *ab uno,* et non sit naturâ una in omnibus eadem,

1 *Ibid.,* cap. 6, p. 12b.

1 *Ibid.,* cap. 12, p. 26a.

3 *Ibid.,* p. 28a.

4 «Opinatur vero Pcrerius, I Physic., cap. 6 et 12, hanc divisionem [in Metaphysicam, Physicam ct Mathematicam] non esse univocam, sed analogicam. Affert quasdam *futiles rationes,* quas otiosum esset referre. Itaque supponendum est divisionem esse univocam* *(Logica,* institutionibus praeviis, quaestionibus contexta, auctore P. Raphaels Aversa a Sanseverino, Clericorum Regularium Minimorum, Sacrae Theologiae Professore, q. 27, sect. 9, p. 605. Romae, 1623).

4 Iste Auctor refert quidem argumenta Pererii, sed addit statim: «verum haec fundamenta parum firma sunt, ct, si recte expendantur, non concludunt» (Zachariae Pasqualigo Veronensis, Clerici Regularis theologi, *Disputationes Mctaphysicae,* quibus, quae ad Primam Philosophiam spectant, accurate exponuntur, disp. 9, sect. 1, n.° 3, p. 54b. Romae, 1634).

• Francisci Piccolomini senensis, in Academia Patavina Philosophi Primi, Librorum ad scientiam de Natura attinentium partes quinque. Introductio ad scientiam de Natura, cap. 19, p. 34· hrancofurti, 1597.

ideo non redditur nota nisi per contenta sub ea, et propterea non est absurdum ut in eius definitione appareat enumeratio» x.

Quod et fere ad litteram repetit in alio opere. «Cum Philosophia universe sumpta non sit naturâ una, in omnibus sub eadem contentis eadem, sed sit commune aliquid *ab uno,* quod noscitur ex notitia contentorum, ideo non est absurdum ut eius definitio sit cum enumeratione duarum principalium partium sub ea contentarum 1.

Pariter Sennertus (1572-1637): «Philosophia exacte definiri nequit, cum non sit genus univocum, distanctamque a suis partibus naturam obtineat.

Non tamen ομώνυμον est-plus enim quam nomine partes eius conveniunt—, sed quae *ab uno ad unum vocanti*3

His adde Michaelem Zanardi, O. P. (1570-1642) qui non solum docet divisionem Philosophiae speculativae in Physicam, Mathematicam et Metaphysicam esse analogi in analogata, verum etiam impugnat eos qui dicunt esse univoci in univocata utpote *qualitatis* primae speciei —habitus cognoscitivi— in species suas. «In univocis-inquit— pensanda est participatio secundum eamdem rationem et modum. At scientia ut est habitus difficili mobilis non habet eamdem rationem ct modum in omnibus, cum una altera sit certior, firmior et immobilior...

Dicendum est igitur quod *haec est divisio analoga,* quae necessario non est bimembris. Nec verum est quod scientia, ut est unius generis qualitatis, non possit dici nisi univoce. Et si verum hoc sit logice, nos autem ut metaphysici res speculamur, et non intentiones»4.

Nostrisque diebus accedit saltem ex parte Josephvs Gredt, O.S.B., cum ait quod «scientia dividitur *divisione*

1 *Ibid.,* p. 35.

2 Francisci Piccolomini senensis, *De rerum definitionibus liber unus,* verbum *Philosophia,* fol. 29V. Venctiis, 1680.

1 DANIEUS Sennerti Wratislaviensis *Epitome Naturalis scientiae,* lib. I, cap. 1: Dc natura Philosophiae, p. *2,* Parisiis, 1633.

4 *Commentaria cum quaestionibus in XII libros Metaphysical Aristotelis,* lib. 6, q. 5, p. 173b. Venctiis, 1615.

analoga in scientiam speculativam et practicam», quia scientia speculativa est scientia *proprie* dicta, dum practica est solum *improprie»* h

Addit insuper scientiam speculativam subdividi analogice in scientiam *quia* et scientiam *propter quid,* quia 'ratio cognitionis per causam diversimode seu aequivoce [analogice] convenit scientiae *quia et propter quid»* 2.

Stat ergo divisionem Philosophiae in partes suas esse divisionem totius analogi sive potestativi in partes potentiales sive analogas.

l *Elementa philosophiae aristotclico-thomisticae,* n.° 224, t. I, p. 186. Friburgi Brisgoviae, 1926.

* *Ibid.,* p. 187.

SECTIO SECUNDA

DE PARTIBUS PHILOSOPHIAE RELATIVE SIVE COMPARATIVE AD INVICEM

Expedita consideratione partium Philosophiae absolute vel secundum se, tum quoad earum numerum —quantitatem—, tum quoad naturam, —qualitatem—, superest ut ipsas comparemus, inter se, inquirendo scilicet ordinem qui inter eas viget aut vigere debet.

Ut ex hucusque dictis apparet, nomen et ratio communis Philosophiae analogice tantum convenit diversis partibus eius, et quidem analogia attributionis intrinsecae potius quam analogia proportionalitatis. lam vero proprium est huiuscemodi analogiae dici de pluribus uno nomine nominatis *ordine quodam,* idest secundum prius et posterius, per respectum ad unum primun 1. Nam et ordo ipse essentialiter est relatio plurium distinctorum secundum prius et posterius, per comparationem ad aliquod primum illius ordinis2.

Idem est igitur investigare ordinem partium Philosophiae inter se atque inquirere modum quo analogantur analogia attributionis intrinsecae in ratione communi Philosophiae.

1 *In I Sent.* d. 20, a. 3, qla. 1, arg. 1 sed contra; *In XI Mctaphysic.* lect. 12, n.° 2.377).

* S. THOMAS, *in I Sent.,* d. 20, a. 3, qla. ic; *in librum Dionysii De divinis nominibus,* cap. 4, lect. I, ed. C. Pera, O. Pn.° 283-285; *Quodhb. 5,* a. 15c; *Summa theol.,* II-II, q. 26, a. ic.

Est autem triplex modus quo huiusmodi genus analogiae fieri potest: ad unum — irpôç ἑν vel καθ'ἑν — sive secundum causam finalem; ab uno —αφ' ένοç— sive secundum causam efficientem; et ab uno atque ad unum simul — αφ'ένο$κώ πρὸ ἑν — sive secundum causam exemplarem, quia causa exemplaris aliquid habet de causalitate efficienti et de causalitate finali, licet potius reducatur ad causalitatem formalem \

Et ideo oportet videre talem ordinem secundum hoc triplex genus causae.

1 Cf. S. Thomas, *De Verit.,* q. 8, a. 8; *Quodlib.* 7, a. 2.

CAPUT I

DE ORDINE PARTIUM PHILOSOPHIAE SECUNDUM EIUS CAUSAM FINALEM

Ut supra dictum est, finis Philosophiae est beatitudo naturalis hominis. Quod quidem ita intelligendum est, ut ex una parte beatitudo obiectiva, sit maximum atque finale obiectum totius Philosophiae; ex alia vero supremus ac finalis actus eiusdem Philosophiae sit beatitudo formalis, idest actus quo formaliter attingitur et possidetur beatitudo obiectiva. Ita ergo se habent partes Philosophiae inter se sicut se habent ad beatitudinem obiectivam hominis attingendam et possidendam per beatitudinem formalem, quae se habet ad illam sicut finis ultimus *quo* ad finem ultimum *qui.*

Est autem Deus beatitudo hominis obiectiva, sive finis eius ultimus *qui.* Ita igitur se habent partes Philosophiae inter se sicut se habent ad possesionem Dei naturalem per cognitionem et amorem.

Ideo S. Thomas haec duo simul docet. Primo, beatitudinem esse finem ultimum totius Philosophiae et vitae humanae: «omnes scientiae et artes ordinantur in unum, scilicet ad hominis perfectionem, quae est eius beatitudo»1; «ultimus finis omnis cognitionis humanae est felicitas»-; «in

1 *In XII libros Aictaphysicortim Aristoteilis,* proocm.
2 *III contra Gentibs,* cap. 39, arg. 5.

divisione Philosophiae habetur respectus ad finem beatitudinis, ad quem tota humana vita ordinatur» \

Secundo, possessionem Dei per cognitionem et amorem naturalem esse quoque finem ultimum totius Philosophiae ac vitae humanae: «fere totius Philosophiae consideratio ad Dei congnitioncm ordinatur» 1; «cum omnium finis sit cognitio divinorum»3; «est ergo cognitio divina ultimus finis omnis humanae cognitionis et operationis»4.

Iam vero huiusmodi partes se habent diversimode ad talem possessionem naturalem Dei per cognitionem et amorem consequentem, idest secundum prius et posterius. Quia, ut ait idem S. Doctor, «etsi omnia scibilia conveniant in ratione scientiae, *non tamen conveniunt in hoc, quod aequaliter ordinent ad beatitudinem*»5.

Prima ergo atque suprema est illa quae Deum ipsum attingit ut beatitudinem obiectivam, ac proin in actu eius circa tale obiectum consistit beatitudo formalis naturalis. Huiusmodi autem est Sapientia vel Metaphysica, que ob id appellatur etiam Scientia Divina sive Theologia Naturalis. Nam «Sapientia considerat ipsum objectum felicitatis, quod est altissimum intelligibile» e. Et ideo «felicitas contemplativa, de qua philosophi tractaverunt, in contemplatione Dei consistit, quia secundum philosophum, X Ethic., cap. 7, consistit [beatitudo] in actu altissimae potentiae quae in nobis est, scilicet intellectus, et in habitu nobilissimo, scilicet Sapientia, et etiam in obiecto dignissimo, quod Deus est. Unde etiam philosophi ultimum tempus vitae suae reservabant, ut dicitur, ad contemplandum divina, praecedens tempus in aliis scientiis expendentes, ut ex illis habiliores fierent ad considerandum divina» x.

Metaphysica ergo se habet ad ceteras partes Philosophiae sicut finis ad media, quia revera ipsa est ceterarum finis, utpote congnitioncm Dei praebens, ad quam «ordinatur tota cognitio philosophica, quae ex rationibus creaturarum procedit»2. Et ideo «tamquam aliarum finis, inter omnes scientias ultima remanet addiscenda»3.

Post ipsam autem veniunt ceterae partes Philosophiae, secundum quod magis vel minus ad Sapientiam accedunt, quia non sunt Sapientiae sed mere Scientiae, idest infra Sapientiam, quae una tantum est. Non enim considerant nisi partes entis, et quidem per resolutionem ad proprias causas singularium partium eius, quae non sunt ultimae simpliciter, sed in hoc vel illo genere cognoscibilium tantum: verbi gratia, Physica resolvit ens mobile in principia propria entis ut mobilis, non entis ut entis; et Mathematica resolvit ens quantum in principia propria entis ut quanti tantum, non entis ut entis. At vero Metaphysica considerat universaliter totum ens, et quidem per resolutionem ad causas eius proportionatas, idest universalissimas et sitissimas, quae sunt ultimae simpliciter. «Et ideo secundum diversa genera scibilium sunt diversi habitus scientiarum, cum tamen Sapientia non sit nisi una»4.

Inter scientias vero magis accedunt ad Metaphysicam scientiae speculativae quam practicac, eo quod sunt magis cognoscitivae: nam Metaphysica est maxime speculativa et cognoscitiva. Ex hac ergo parte ultimum occupant locum

1 *In librum Boethii De Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 4, ed. cit.. p. 169, 11-12.
2 *I Contra Gent.,* cap. 4. «Cum fere tota Philosophia ad cognitionem divinorum ordinetur» *In III Sent.,* d. 24, q. 1, a. 3, qla. ic, n.° 85).
3 *In librum Boethii de Ttinitate,* q. 3, a. 1, p. 112, 1-2.
1 *III contra Gent.,* cap. 25, ãrg. 6.
6 *Summa theol.,* II-II, q. 2, a. 4 ad 3.
0 S. Thomas, *Summa theol.* I-II, q. 66, a. 5 ad 2.

1 *In IUScnt.,* d. 35, q. I, a. 2, qla. 3 c, n.° 44. «Finis humanae vitae es cognitio Dei, etiam secundum philosophos, qui ponunt felicitatem ultimam in actu Sapientiae secundum cognitionem nobilissimi intelligibilis» *(In III Sent.,* d. 24, q. 3, qla. 1 ad 1, n.° 88).
* *In I Sent.,* prol., a. ic.
3 *I contra Gent.,* cap. *4,* in prima redactionc, ed. Icon. t. 13, Appendix, p. 6, ¥I-VIII
‘ *Summa theol.* I-II, q· 57> a· 2C·

artes et prudentia una cum Philosophia Alorali practica, quae casuistica audit: et quidem infimum omnino locum tenent artes mechanicae et utiles, quae sunt circa factibilia et corporalia, dein prudentia, tertio casuistica. «Non enim prudentia habet se intromittere de altissimis quae considerat Sapientia, sed imperart de his quea ordinantur ad Sapientiam, scilicet, quomodo homines debeant ad Sapientiam pervenire. Unde in hoc est prudentia seu politica ministra Sapientiae: introducit enim ad eam, praeparans ei viam, sicut ostiarius ad regem» x.

Inter speculativas autem maxime remota est Logica, quae est de ente rationis et scientia mere instrumentalis sive auxiliaris, at proin secundaria. Quapropter S. Thomas; «scientiae speculativae, ut patet ex principio Metaphysicae, sunt de illis quorum cognitio quaeritur propter seipsa. Res autem de quibus est Logica non quaeruntur ad cognoscendum propter seipsas, sed *ut adminiculum quoddam ad alias scientias.* Et ideo Logica non continetur sub speculativa Philosophia quasi principalis pars, sed sicut quoddam reductum ad Philosophiam speculativam, prout ministrat speculationi sua instrumenta, scilicet syllogismos et definitiones et alia hiusmodi, quibus in scientiis speculativis indigemus. Unde secundum Boethium in Commento super Porphyrium, non tam est scientia quam *scientiae instrumentum* 2.

Et ratione huiusce utilitatis, debet philosophus speculativus, «prius addiscere Logicam quam alias scientias, quia Logica tradit communem modum procedendi in omnibus aliis scientiis»3, licet in se sit valde difficilis intellectu, tum quia est in tertio gradu abstractionis, tum etiam quia est de ente secundae intentionis4.

1 I-II, q. 66, a. 5 ad 1.

- *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 2, p. 167, 12-21. «Scientiae logicales... non propter se quaeruntur, sed ut introductoriac ad alias artes· (*In I Metaph.,* lect. 3, n.° 57).

3 *In II Aietaph.,* lect. 5, n. 335. Cf. etiam *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. i ad 3, p. 168, 2-5.

• In addiscendo incipimus ab eo quod est magis facile, nisi necessitas aliud requirat. Quandoque enim necessarium est in addiscendo incipere non ab eo quod est facilius, sed ab eo a cuius cognitione sequentium cognitio dependet. Et hac ratione oportet in addiscendo a Logica incipere, non quia ipsa sit facilior ceteris scientiis, habet enim maximam difficultatem, cum sit de secundo intellectis, sed quia aliae scientiae ab ipsa dependent, in quantum ipsa docet modum procedendi in omnibus scientiis. Oportet autem primo scire modum scientiae quam scientiam ipsam (*In librum Boethii De Trinitate,* a. 6, a. I, qla. 2 ad 3, p. 210, 9-17)·

Quantum vero ad ipsas scientias speculativas reales et principales, Mathematica nihil aut parum inservit ad bealitudinem naturalem capessendam per cognitionem Dei: quia Mathematica pura, cum abstrahat a motu et fine, nihil dicit de fine et bono, ac proin non manuducit ad finem ultimum qui est béatitude; Mathematica vero applicata ad res physicas, sive caelestes sive terrestres, inservit aliquantulum ad earum cognitionem et explicationem, ut videre est praesertim in Astronomia, ac proin tota eius utilitas reducitur ad introductionem in scientias physicas. Non enim per numerum et revolutiones corporum caelestium pervenire possumus ad cognoscendam existentiam et numerum substantiarum Separatarum vel Angelorum, ut non pauci ex antiquis opinabantur, quia revera angeli non videntur esse motores proprii caelestium corporum, ita ut sine illis non possemus intelligere neque explicare tales motus \

Et propter hoc S. Doctor signanter dixit quod *fere* tota Philosophia ad cognitionem Dei ordinatur 2, quia Mathematica pura non inservit ex se ad talem cognitionem, cum omnino abstrahat a causa efficienti et finali; Deus autem non est naturaliter nobis cognoscibilis nisi ut prima Causa efficiens et ultimus finis totius universi.

Inservit tamen Mathematica pura ratione exercitii abstractionis a sensibilibus et argumentationis ex una ratione in aliam, quo humana ratio assuefit habiliorque redditur

Cf. *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 9, p. 172,8-11, et passim aliis in locis. Videsis Felicem F. de Viana, O. P. *Motores de euerpos celestes y Angeles en Santo Tomds de Aquino,* apud Estudios Filosôficos S (1959)» P ' Λ ΠZ *Sent.,* d. 24, q· I. ■· 3. q'»· ”· «5; ·» *Boctlni de Trinitate,* q. 3, a. i c, p. 112,1-2; *I «tntra °M·· ‘‘P· «·*

ad assurgendum ex sensibilibus ad abstracta ct insensibilia capessenda, et ad argumentandum ex effectibus ad causas.

Maxime autem iuvat ad talem cognitionem Philosophia Naturalis, quae totum mundum adspectabilcm investigat ac speculatur sub ratione entis mobilis, ac proin medium demonstrationis praebet ad demonstrative cognoscendam existentiam Dei veluti causam Primam efficientem, et finem Ultimum omnium entium quocumque modo mobilium, ut videre est in quinque viis S. Thomae quibus invicte probatur Deum esse x.

Quod quidem, praecipue obtinet in parte principali eius, quae est de anima humana, cuius origo explicari nequit per traducem vel generationem ex alio, sed unice per directam creationem ex nihilo. Creatio autem est effectus proprius et exclusivus solius Dei.

Psychologiae autem rationali adiungitur Philosophia Moralis speculativa ei subalternata, quae Deum ipsum respecit ut finem ultimum totius vitae humanae.

Sic ergo ex physicis ad metaphysica et divina ascendimus via multiplici: ex analyst entis mobilis qua talis, resolvendo omnem motum in motorem primum omnia moventem et a nullo motum, qui est Deus ut Actus Purus et Prima Causa efficiens; ex consideratione finis omnium agentium per naturam, licet careat intellectu proprio et coniuncto, iuxta illud: opus naturae est opus Intelligentiae, idest Dei omnia ordinantis in suos fines; ex inspectione propriae indolis animae humanae, quae spiritualis atque immortalis est, ac proinde non producibilis nisi a solo Deo per directam ct immediatam creationem: ex quo rursus consequitur finem eius ultimum sive beatitudinem obiectivam in solo Deo esse repositam, quia ordo finium respondet ordini agentium, quod est supremum principium totius vitae et Philosophiae Moralis.

1 *Summa theol.,* I, q. 2j a› 3.

a) principaliter, circa ipsum finem sive Creatorem Deum: Sapientia sive Metaphysica vel Theologia naturalis.

) Primum sive supremum analogas.

1) proprie: partes philosophiae realis.....

a) Philosophia Naturalis animae humanae..
β) Ethica speculativa subalternata Psychologiae.....
y) Cosmologia.....

b) Philosophia Mathematica applicata ad res physicas.....

a) reductive vel instrumcntaliter: Philosophia rationalis sive Logica.

i) proxime, circa agibilia humana concreta, ad sanitatem et robur hominis secundum animam: habitus morales.....

a) dirigentes: intellectuales.....

d) circa praedicta agibilia vaga seu cum quadam indeterminatione: Ethica practica, casuistica...

*) circa praedicta agibilia omnino personalia et determinata: Prudentia.....

b) exequentes: mere morales.....

a) ad seipsum.....
ad alios: Iustitia.

α) Temperantia.
(3) Fortitudo.

remote, circa factibilia exteriora, ad sanitatem et robur hominis secundum corpus: artes mechanicae et utiles, Technologia.

Quo in sensu S. Doctor
ccffianplariûnis habet Scientû
ite: plenitudinem autem Sci
rocdffltes considerat; altit
inter omnes scientias philos<
Atque ex hac ratione fi
propter seipsum et super
amari debet super omi
inis non initus neque finibil

/1 *Ezcngelium secundum Joa*
O.P.U-9. Tainni, 1952-

Otio in sensu S. Doctor egregie scribit: «perfectionem contemplationis habet Scientia Moralis, quae est de ultimo fine; plenitudinem autem Scientia Naturalis, quae res a Deo procedentes considerat; altitudinem vero contemplationis inter omnes scientias philosophicas habet Metaphysica» \

Atque ex hac ratione finis ultimi sequitur amor Dei propter seipsum et super omnia, quia praecise ultimus finis amari debet super omnia et porpter seipsum, cum sit finis non finitus neque finibilis alio fine ulteriori.

Quae omnia possunt hoc schemate contrahi:

| *In Evangelium secundum Joannem,* prologus S. Thomae, ed. R. Cair 0. P. n. o. Taurini, 1952.

a sive

Primum sivcjUprt. mum analoga

i) proprie: par | realis..... itiona- bnae.. Iva su- fecholo-

phy-

a) reductive vel i

iadam

i) proxime, circl·^ ct concreta, ad si hominis secunf '*'' bilus morales.!

2) remote, circltilcs, Technoloa

Hic ordo, qui diffuse ac subobscure propositus est a philosophis arabibus Alfarabi, Avicenna et Averroel et a iudaeo Maimonide 1 ab eisque mutuo accepit Dominicus Gundissalinus 3, limpide atque profunde exponitur a S. Alberto Magno et a S. Thoma.

En verba S. Alberti: «in scientiis enim species sunt duplices. Quasdam enim quaerimus propter opus, ut practicas; quasdam autem non, ut speculativas. Et hoc dupliciter: quasdam enim quaerimus ut adminiculantes [Logicam], ut scientiam problematum logicorum; quasdam autem quaerimus non adminiculantes, sed tamen ad aliud ordinatas, ut scientias reales quae sunt de ente particulari [Mathematicam et Physicam]; quasdam autem propter seipsas, ut scientiam de ente et praecipue divinam [Metaphysicam]» 4.

Praesertim vero S. Thomas hos omnes philosophos transcendens, scribit: «omnes autem scientiae et artes et potentiae practicae sunt tantum propter aliud diligibiles; nam in eis finis non est scire, sed operari. Scientiae autem speculativae sunt propter seipsas diligibiles: nam finis earum est ipsum scire. Nec invenitur aliqua actio in rebus humanis quae non ordinetur ad alium finem nisi consideratio speculativa. Nam etiam ipsae actiones ludicrae, quae videntur absque fine fieri, habent aliquem finem debitum, scilicet ut per eas quodammodo mente relevati, magis simus postmodum potentes ad studiosas operationes: alias esset semper ludendum si ludus propter se quaereretur, quod est inconveniens. Ordinantur igitur artes practicae ad speculativas, et similiter omnis humana operatio ad speculationem intellectus, sicut ad finem.

'w4l»

1 Alfarabi, *Liber exercitationis ad viam felicitatis*, n. 34-39, ed. H. Salman, O. P. apud Recherches de théologie ancienne ct médiévale, 10 (1940), P- 45-47> Avicenna, *Metaphysica,* tract. 1, cap. 3, fol. yirb 57va. 7 Veneriis, 1508; Averroes, *Compendium Metahysicae,* lib. I, n. 16, versio hispanica Quirôs Rodriguez p. 15, Madrid, 1919.

Dux perplexorum, lib. i, cap. 33-34, versio hispanica Suarez Lorenzo, p. 119-123.

3 *Dc divisione scientiarum,* p. 18-19, *27,* 35, 39, 41, 80, ed. L. Baur, Münster, 1903.

De Bono, tract. 3, q. 5, a. 1 ad 23, ed. coloniensis, t. 28, p. 204,15-24. Münster, 1951.

In omnibus autem scientiis et artibus ordinatis, ad illam videtur pertinere ultimus finis quae est praeceptiva et architectonica aliarum; sicut ars gubernatoria ad quam pertinet finis navis, qui est usus ipsius, est architectonica et praeceptiva respectu navisfactivae.

Hoc autem modo se habet Philosophia Prima ad alias scientias speculativas, nam ab ipsa omnes aliae dependent, utpote ab ipsa accipientes sua principia: ipsaque prima Philosophia tota ordinatur ad Dei cognitionem sicut ad ultimum finem, unde et scientia divina nominatur. Est ergo cognitio divina finis ultimus omnis humanae cognitionis et operationis»1.

Et ad Aristotelem provocans, addit: «probat enim in primo Ethicorum, cap. 13, 1, 20, quod felicitas hominis est operatio ipsius secundum virtutem perfectam; unde necesse fuit quod de virtutibus determinaret, quas divisit in virtutes morales et intellectuales. Ostendit autem in X. cap. 7, quod ultima felicitas hominis est in speculatione, Unde patet quod non est in actu alicuius virtutis moralis; nec prudentiae, nec artis, quae tamen sunt intellectuales.

Relinquitur ergo quod sit operatio secundum Sapientiam, quae est praecipua inter tres residuas intellectuales, quae sunt sapientia, scientia et intellectus, ut ostendit in VI Ethic, cap. 7, 3; unde et X Eth. cap. 8, 13, sapientem iudicat esse felicem.

Sapientia autem, secundum ipsum, est una de scientiis speculativis, caput aliarum, ut dicit in VI Eth., loc. cit.; et in principio Metaphysicae, cap. 1, 12, scientiam quam in illo libro tradere intendit, Sapientiam nominat.

Patet ergo quod opinio Aristotelis fuit quod ultima felicitas quam homo in vita ista acquirere potest, sit cognitio de divinis qualis per scientias speculativas haberi potest» 2.

1 ***III** contra Gent.,* cap. 25, arg. 6.

* ***III** contra Gent.,* cap. 44, arg· 3, æ finc· Cf· ctiam *Qwest. disp. De Anima,* a. 16c; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. 4, obi. 3 ct resp., P. 224, 5-15; P- 228-229.

Uno verbo, «ad beatitudinem praexigitur primo conservatio vitae, deinde cognitio sensibilium [per scientias speculativas], et ultimo aprehensio Universalis Veritatis [scilicet Veritatis Primae, quae Deus est, per Sapientiam], in quo consistit finalis beatitudo»1.

Idem constat ex consideratione vitae humanae presse dictae, idest secundum rationem vel intellectum, quae revera coincidit cum ipsa vita philosophica. Ut enim docet S. Thomas, «vita universaliter sumpta non dividitur per activam et contemplativam, sed vita hominis, qui speciem sortitur ex hoc quod habet intellectum. *Ei ideo eadem esi divisio intellectus et vitae humanae*»2.

Et iterum: «in divisione *Philosophiae* habetur respectus ad *finem beatitudinis* ad quem *tota humana vita* ordinatur. Ut enim dicit Augustinus XX de Civit. Dei, cap. 21, ex verbis Varronis, nulla est homini causa philosophandi nisi ut beatus sit. Unde, cum duplex felicitas a philosophis ponatur, una contemplativa et alia activa [pro duplici vita humana correspondent!] ut patet in X Ethic., cap. 7-8, secundum hoc etiam duas partes Philosophiae distinxerunt, moralem dicentes practicam, naturalem et rationalem dicentes theoricam» sive speculativam 3.

Ita ergo se habet Philosophia Moralis praefea—casuistica— ad Philosophiam speculativam, sicut vita activa ad contemplativam. Atqui vita activa se habet ad contemplativam ut dispositio ad formam, ut imperfectum ad perfectum et ut medium ad finem.

Ut dispositio ad formam, iuxta illud S. Thomae: «activa vita ad contemplativam *disponit*» 4; «vita enim activa ordinatur ad contemplativam, in quantum *disponit* hominem ad

1 *In II de Caelo et Mundo,* lect. 18, n. 4. Cf. *in X Ethic.,* lect. 13 n.° 2.127.
2 *Summa theol.,* II-II, q. 179, a. 1 ad 2.
3 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 4, p. 169, 11-18
De Vcrit., q. 14, a. 4 ad 4.

contemplationis actum»1; «vita autem activa est *dispositio* ad contemplativam»2.

Quod quidem intelligendum est praecipue de dispositione negativa, quatenus scilicet removet impedimenta vitae contemplativae, ut sunt passiones atque perturbationes erga se et erga alios, maxime vero vitia intemperantiae circa cibum, potum et venerea, quae vehementer trahunt animam ad carnalia eamque in illis immergunt, ac proin impediunt ne mens ad spiritualia ct divina vires suas intendat per contemplationem.

«Per haec vitia —inquit S. Thomas— intentio hominis maxime applicatur ad corporalia, et per consequens debilitatur operatio hominis circa intelligibilia: magis autem per luxuriam quam per gulam, quanto delectationes venereorum sunt vehementiores quam ciborum. Et ideo ex luxuria oritur caecitas mentis, quae quasi totaliter spiritualium bonorum cognitionem excludit; ex gula autem hebetudo sensus, quae reddit hominem debilem ad huiusmodi intelligibilia.

Et e converso, oppositae virtutes, scilicet abstinentia et castitas, maxime disponunt hominem ad perfectionem intellectualis operationis» 3.

Temperantia enim «reprimit concupiscentias maxime lumen rationis obscurantes. Et inde est quod virtus castitatis maxime reddit hominem aptum ad contemplationem, in quantum delectationes venerae maxime deprimunt mentem ad sensibilia»4. «Et inde est quod exercitium virtutum moralium, per quas huiusmodi passiones refraenantur, multum valet ad scientiam acquirendam»6.

Consequenter etiam impediunt libertatem mentis, ut exercitio speculationis atque contemplationis vehementer incumbat, pasiones irascibilis, ut ira ipsa, ex qua rixae,

1 *In III Sent.,* d. 35, q. 1, a. 3, qla 1, obi 1, quam concedit ex hac parte, n. 58.
2 *Ibid.,* qla. 3c, n. 70. Cf. etiam *Sumina theol.,* II-II, q. 181, a. 1 ad 3; q. 182, a. 3-4·
3 II-II, q. 16, a. 3c.
II-II, q. 1S0, a. 2 ad 3.
5 In VII Physic., lect, 6, n. 7·

contentiones, tumultus aliaque huiusmodi pacem interiorem et exteriorem perturbantia.

Quare S. Doctor utrumque impedimentum simul complectens, scribit: «*dispositive* autem virtutes morales pertinent ad vitam contemplativam. *Impeditur* enim actus contemplationis, in quo essentialiter consistit vita contemplativa, et per vehementiam passionum, per quam abstrahitur intentio animae ab intelligibilibus ad sensibilia, et per tumultus exteriores. Virtutes autem morales impediunt vehementiam passionum et sedant exteriores occupationum tumultus» [1].

Quod quidem obtinet iustitia, «in quantum scilicet ille qui ab iniuriis aliorum abstinet, subtrahit litigiorum et tumultuum occasiones. Et sic virtutes morales disponunt ad vitam contemplativam, *in quantum causam pacem et munditiam*»[2].

In quantum ergo vita activa per virtutes morales sub directione prudentiae, quae est recta ratio agibilium [3], «interiores animae passiones» et exteriores operationes «componit et ordinat... *adiuvat ad contemplationem* quae impeditur per inordinationem interiorum pasionum» et per tumultus operationum exteriorum erga alios homines [4]. Et hoc modo «vita activa *introducit* ad contemplationem»[5].

Itaque sub vita activa clauduntur onmes virtutes mere morales quae ordinant atque rectificant motus appetitivos, ac insuper, et quidem praecipue, ipsa prudentia quae, licet sit formaliter intellectualis, tota tamen quanta est versatur circa materiam virtutum mere moralium regulandam. Et quidem non solum circa agibilia pure personalia —prudentia individualis—, verum etiam circa agibilia totius communitatis domesticae et civilis —prudentia familiaris et prudentia regnativa—, in qua ultima supremum gradum

[1] II-II, q. 18o, a. 3c.
[2] *Ibid.,* ad 2.
[3] II-II, q. 181, a. 2.
[4] II-II, q. 182, a. 3c.
[5] *In III Sent.* d. 35, q. i] a. qla. 3 obi. 3, n. 54, quam concedit ex hac parte.

attigit vita activa, iuxta illud S. Thomae: «sicut vita contemplativa consistit principaliter in optimo contemplabili, ita vita activa in optimo agibili» [1].

Unde et in actu huiusce prudentiae consistit beatitudo formalis activa, quia ibi praecise completur atque perficitur tota vita activa qua talis, «quae consistit primo in actu prudentiae, consequenter in actibus aliarum virtutum moralium»[2]: prudentiae, in quam, gubernativae, praesuposita prudentia personali, «cuius actus est felicitas civilis»[3].

Et sub philosophia activa [4] intelligitur philosophia moralis practica sive casuistica, quae tota est ad servitium prudentiae et virtutum mere moralium, iuxta illud S. Thomae: ‹in scientiis moralibus finis non est cognitio, sed opus» [5]. «Est ergo scientia activa ex qua instruimur ad recte exercendum operationes, quae actiones dicuntur, sicut est scientia moralis [6].»

Consequenter exteriora bona, quibus producendis et procurandis incumbunt artes mechanicae sive utiles, hoc est, philosophia factiva [7], «*ordinantur* ad ea quae sunt corporis; ea vero quae sunt corporis, ad ea quae sunt animae, et ul-

[1] *In III Sent.,* d. 35, q. 1, a. 3, qla. ic, n. 57.
[2] *De Verit.,* q. 24, a. 2c.
[3] *In II Sent.* d. 41, q. 1, a. ic. in fine.
[4] Idest de agibilibus humanis, quam Aristotelis vocat ἐπιστήμην πραπκήν (*V Metaph.,* cap. 1, n.° 3 (II, 537, 18-30); *X Mctaph.,* cap. 7, n. 3 (II, 592,19-25).
[5] *In III Sent.,* d. 35, q. 1, a. 3 qla. 2c. n. 65. Distinguit enim S. Doctor scientiam practicam in activam et factivam. «Differunt enim agere et facere. Nam agere est secundum operationem manentem in ipso agente, sicut est eligere, intelligerc et huiusmodi. Unde *scientiae activae dicuntur scientiae morales.* Facere autem est secundum operationem quae transit exterius ad materiae transmutationem, sicut secare, urere et huiusmodi. Unde *scientiae factivae dicuntur artes mechanicae* (*In VI Metaph.,* lect. 1, n. 1.152. Cf. n.° I.I54; *III contra Gent.,* cap. 69, arg. 3; *in I Sent,* prol., a. 3, arg. I sed contra).
[6] *In XI Metaph.,* lect. 7, n. 2.253. «Scientia vero moralis, quamvis sit propter operationem, tamen illa operatio non est actus scientiae, sed virtutis» (*In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 3, p. 168, 20-22.
[7] «Cum igitur plurcs artes sint repertae quantum ad utilitatem, quarum *quaedam sunt ad vitae necessitatem, sicut mechanicae;* quaedam vero ad introductionem in aliis scientiis, sicut scientiae logicales: illi artifices dicendi sunt

terius ea *quae sunt vitae activae, ad ea quae sunt vitae contemplativae» x.*

Se habet etiam vita activa ad contemplativam *sicut imperfectum ad perfectum,* in quantum activa est circa humana, temporalia et contingentia, cum sit circa agibilia humana, dum e contra vita contemplativa est circa divina, aeterna et necessaria, idest circa rationes necessarias rerum, maximeque circa ipsum Esse Necessarium quod Deus est.

Et propter hoc ab Aristotele vita activa comparatur ad contemplativam ut humana ad divinam: βιο; ἀνθρώπικο βιο; θειο; ἴ. Atque ipsa philosophia Aloralis appellatur ab ipso ἡ περὶ τὰ ἀνθρώπικα φιλοσοφία, Aletaphysica vero ἡ περὶ τὰ θεία φιλοσοφία3.

Quern in locum S. Thomas scribit: «homo sic vivens, scilicet vacando contemplationi, non vivit secundum quod homo, qui est compositus ex diversis, sed secundum quod aliquid divinum in ipso existit, prout scilicet secundum intellectum divinam similitudinem participat. Et ideo quantum intellectus in sua puritate consideratus differt a composito ex anima et corpore, tantum distat operatio speculativa ab operatione quae fit secundum virtutem moralem, quae proprie est circa humana. *Sicut ergo intellectus per comparationem ad homines est quoddam divinum, ita et vita speculativa, quae est secundum intellectum, comparatur ad vitam moralem, sicut divina ad humanam» 45*

«Ideo vita contemplativa non est proprie humana sed superhumana. Vita ergo proprie humana est vita activa, quae consistit in exercitio virtutum moralium» 6.

Et alio in loco: «materia namque vitae activae sunt *tem-*

sapientiores quorum scientiae non sunt ad utilitatem inventae, sed propter ipsum scire, cuiusmodi sunt scientiae speculativae» *(In I Mctaph.,* lect. i, n. 32).

1 II-II, q. 152, a. 2c.

5 *X Ethic. Nicom.* cap. 7, n.° 8 (II, 125, 6-8).

3 *X Ethic. Nicom.,* cap. 9, n." 22 (II, 130, 22-23); I de partibus animaJium, cap. 5 (III, 227, 5-6).

* *In X Ethic.,* lect. 11, n.° 2.106.

5 *Quaest. disp. de Virtutibus cardinalibus,* a. ic.

pralia, circa quae humanus actus versatur; materia autem contemplativae sunt *rerum scibiles rationes,* quibus contemplator *insistit.*

Et haec materiae diversitas provenit ex diversitate finis, sicut et in omnibus aliis materia secundum finis exigentiam determinatur. Finis enim contemplativae vitae est inspectio veritatis, prout nunc de vita contemplativa agimus: veritatis dico increatae, secundum modum possibilem contemplanti... Sed activae vitae est finis operatio» x.

Quo fit, ut vita activa se habeat ad contemplativam sicut ratio inferior ad rationem superiorem. Nam et Philosophia Moralis practica quae circa agibilia humana occupatur —ideoque temporalia et contingentia— et quidem secundum rationes humanas, pertinet ad rationem inferiorem, iuxta illud S. Thomae: «ratio enim enferior consiliatur ad electionem tendens ex rationibus rerum temporalium, ut quod aliquid est superfluum et diminutum, utile vel honestum, et sic de aliis conditionibus quas *moralis philosophus* pertractat»2.

Quapropter, ut iterum ait S. Doctor, «si quidem doctrinam sequamur Philosophi, morales virtutes omnes pertinent ad vitam activam, ut patet in X Ethic,, cap. 8, intellectuales vero ad vitam contemplativam. Cui etiam Augustinus attestatur XII de Trinitate, cap. 4, ubi rationem inferiorem, quae temporalia dispensat sive ad se sive ad alium pertinentia, deputat actioni; superiorem vero rationem, quae rationibus aeternis inhaeret, deputat contemplationi.

Hoc ergo habito, in promptu est ratio quare vita activa praecedat contemplativam: *quia nisi homo per virtutes morales habeat animam a passionibus depuratam, quod pertinet ad vitam activam, non est idoneus ad divinam veritatem contemplandam» 3.*

1 *De Verit.,* q. II, a. 4c.

» *In II Sent.,* d. 24, q. 2, a. 2C. Cf. *ibid.,* a. 4c.

3 *Contra retrahentes hommes a religionis ingressu,* cap. 7 ad 7, n. 778; Opuscula theologica de rc spirituali, cd R. Spiazzi, O. P. Taurini, 1954.

Tandem vita activa se habet ad conterar *medium ad finem,* quia «comparatur ad code *sicut utile ad id ad quod est utile»1.* «Unde et cc est *finis activae»* 1, utpote quae «habet rationeiei pectu aliarum humanarum operationum, quia *1l* ipsa exercentur»3.

Sic ergo «vita contemplativa est *finis:* undde rationem ostii. Sed vita activa, in qua perficid [virtutes], est *ut ostium ad contemplativam»* 4Λ *ratio cardinis repugnat contemplationi, quae mu ostium quo intratur ad aliquid aliud. Sed magis 1l est ostium per quod ad contemplationem Sapientida*

Consequenter et ipsa Philosophia Moralis pp casuistica, quae tota quanta est versatur circa mana in ordine ad vitam activam dirigendam et t per prudentiam, ordinatur et ipsa tota ad vitaa plativam, sicut dispositio ad formam, sicut impôt perfectum et sicut medium ad finem.

Aliis verbis, sicut vita activa est analogatumn vitam contemplativam secundum rationem causaat et Philosophia activa moralis —moralis practical losophiam speculativam. Ratio vitae humanae, sgc lectualis, dicitur analogice, analogia attributido secae, secundum causam finalem —ad unum-i- activa et de vita contemplativa, ita quidem utit inferius analogatum in ratione vitae rationalis siv< tualis. Eodemque iure ratio vitae philosophici effertur scientia philosophica, dicitur analogice, attributionis intrinsecae, ad unum finem, de pl activa —morali practica— respectu philosophiae tivae, sicut de analogato inferiori respectu superioi

1 *In III Sent.* d. 35, q. 1, a. 4, qla. ic, n. 86.
2 *Ibid.,* n. 84.
3 *Ibid.,* a. *2,* qla. ic, n. 37.
4 *Quaest. disp. De Virtutibus in communi,* a. 12 ad 24.
6 *Quaest. disp. De virtutibus cardinalibus,* a. 1 ad 4. Cf. I a. 5 ad i.

contemplationi et ratio inquisitioni divinorum vacet»[*]

Reliquae vero secundario, nimirum Scientiae, quae non versantur circa Ipsam Veritatem Primam, sed circa veritates secundas et finitas, ut Philosophia Naturalis et Mathematica, quae sunt de ente ut mobili et de ente ut quanto, non autem de ente ut sic, multoque minus de Ente Primo ac per se Subsistenti, sicut iMetaphysica. Speculatio ergo harum veritatum finitarum et secundarum est veluti medium atque praeambulum ad assequendam speculationem Veritatis Primae et Infinitae. Non tamen ex aequo, sed secundum prius et posterius. Nam speculatio mathematica, ex se, minus iuvat ad assurgendum in speculationem Primae Causae et Ultimi Finis quam speculatio Philosophiae Naturalis et Philosophiae Moralis speculativae, quia solum concernit causam formalem, abstrahendo penitus a causa efficienti et finali. Iuvat tamen ex parte hominis speculanris, in quaentum eum habilitât ad ratiocinandum circa abstracta a materia sensibili.

At vero speculatio Philosophiae Naturalis, maxime in superiore eius parte quae est de anima humana —Psychologia—, et Philosophiae Moralis speculativae, quae Psychologiae subalternatur, potissime inservit ad Deum Ipsum attingendum ac speculandum veluti Primam Causam efficientem et Finem Ultimum totius entis mobilis, ac specialiter animae rationalis, quae nonnisi per creationem directam et immediatam solius Dei oriri potest.

Quapropter S. Augustinus vehementer laudat platonicos philosophos in Deum assurgentes ex consideratione huius mundi adspectabilis tamquam in Primam eius Causam. «Viderunt quidquid mutabile est non esse Summum Verum; et ideo omnem animam mutabilesque omnes spiritus transcenderunt, quaerentes Summum Deum.

fortasse ad cum est exacta. Haec tamen lectio nullum reddit sensum acccptabilem. Ceterum *adnitatur* est verbum optimae latinitatis.

| *In librum Boethii dc Trinitate** q. 2, a. ic, p. 82, 9-11. Quibus verbis consonant atque aequipollentia sunt haec alia: «his quae sunt digniora, quanto

Deinde viderunt omnem speciem in re quacumque mutabili, qua est quidquid illud est, quoquo modo et qualiscumque natura est, non esse posse nisi ab illo qui vere est, quia incommutabiliter est. Ac per hoc, sive universi mundi corpus, figuras, qualitates, ordinatumque motum, et elementa disposita a caelo usque ad terram, et quaecumque corpora in eis sunt: sive omnem vitam, vel quae nutrit et continet, qualis est in arboribus; vel quae et hoc habet et sentit, qualis est in pecoribus; vel quae et haec habet et intelligit, qualis est in hominibus, vel quae nutritorio subsidio non indiget, sed tantum continet, sentit, intelligit, qualis est in angelis, nisi ab Illo esse non posse qui simpliciter Est. Quia non alius illi est esse, aliud vivere, quasi possit esse non vivens; nec aliud illi est vivere, aliud intelligere, quasi possit vivere non intclligens; nec aliud illi est intelligere, aliud beatum esse, quasi posset intelligere et non beatus esse: sed quod est illi vivere, intelligere et beatum esse, hoc est illi esse.

Propter hanc incommutabilitatcm et simplicitatem intellexerunt Eum, et omnia ista fecisse, et Ipsum a nullo fieri potuisse. Consideraverunt enim quidquid est, vel corpus esse, vel vitam; meliusque aliquid vitam esse quam corpus: speciemque corporis esse sensibilem, intelligibilem vitae. Proinde intelligibilem speciem sensibili praetulerunt. Sensibilia dicimus, quae visu tactuque corporis sentiri queunt: | intelligibilia, quae conspectu mentis intelligi possunt. Nulla est enim pulchritudo corporalis, sive in statu corporis sicut est figura, sive in motu sicut est cantilena, de qua non animus indicet. Quod profecto non posset, nisi melior in illo esset haec species, sine tumore molis, sine strepitu vocis, sine spatio veloci vel temporis.

Sed ibi quoque nisi mutabilis esset, non alius alio melius de specie sensibili judicaret: melius ingeniosior quam tardior, melius peritior quam imperitior, melior excercitatior quam minus exercitatus; et idem ipse unus cum proficit, melius utique postea quam prius.

homô^magïs servato suo modo intendit, tanto magis perficitur· *(ibid,* ad i, p. 83,14-15)·

Quod autem recipit magis et minus, sine dubitatione mutabile est. Unde et ingeniosi et docti et in his exercitati homines facile collegerunt non esse in eis rebus Primam Speciem, ubi mutabilis esse convincuntur. Cum igitur in eorum conspectu et corpus et animus magis magisque speciosa essent, et, si omni specie carere possent, omnino milia essent, viderunt esse aliquid ubi Prima esset et Incommutabilis Species, et ideo nec comparabilis; atque ibi esse rerum Principium, rectissime crediderunt, quod factum non esset et ex quo facta cuncta essent.

Ita quod notum est Dei, Ipse manifestavit eis, cum ab eis invisibilia eius per ea que facta sunt, intellecta, conspecta sunt; sempiterna quoque virtus eius et divinitas: a quo etiam visibilia et temporalia cuncta creata sunt»

Et alibi ex propriis loquens, scribit: «circumeat animus tuus per universam creaturam; undique tibi clamabit creatura, Deus me fecit. Quidquid te delectarit in arte, artificem commendat; magisque si circumeas universa, consideratio concipit artificis laudem.

Vides caelos: magna opera Dei sunt. Vides terram: Deus fecit seminum numeros, diversitates germinum, multitudinem animalium. Circumi adhuc caelos usque ad terram, nihil relinquas: undique tibi omnia resonant Conditorem; ei Ipsae species creaturarum, voces sunt quaedam Creatorem laudantium.

Quis autem explicet universam creaturam? Quis illam explicet laudibus? Quis digne laudet caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt? Et ista quidem visibilia»[1].

«Deus ordinavit omnia et fecit omnia. Quibusdam dedit sensum et intellectum et immortalitatem, sicut angelis: quibusdam dedit sensum et intellectum cum mortalitate, secut hominibus; quibusdam dedit sensum corporis, nec intellectum nec immortalitatem dedit, sicut pecoribus: quibusdam vero nec sensum nec intellectum nec immortalitatem, sicut herbis, lignis, lapidibus.

[1] *De Civitate Det,,* Lib-VIII cap. 6, ML 41, 231.
[*] *Enarratio in Psalmum* 26, n. 12. ML.

Tamen et ipsa in genere suo deesse non possunt, et gradibus quibusdam ordinavit creaturam a terra usque ad caelum, a visibilibus ad invisibilia, a mortalibus ad immortalia. Ista contextio creaturae, ista ordinattissima pulchritudo, ab imis ad summa conscendens, a summis ad ima desdendens, nusquam interrupta, sed dissimilibus temperata, tota laudat Deum.

Quare ergo tota laudat Deum? Quia cum eam consideras et pulchram vides, tu in illa laudas Deum. Vox quaedam est mutae terrae, species terrae. Attendis, et vides eius speciem, vides eius fecunditatem, vides eius vires, quomodo concipiat semen, quomodo plerumque afferat quod non est seminatum: vides, et consideratione tua tanquam interrogas eam; et ipsa inquisitio interrogatio est. Cum autem inquisieris admirans, et perscrutatus fueris, et magnam vim, magnam pulchritudinem praeclaramque virtutem inveneris, quoniam apud se et a se habere hanc virtutem non posset, —continuo tibi venit in mentem quia non potuit a se esse nisi ab illo Creatore. Et hoc, quod in ea invenisti, vox contesionis ipsius est, ut laudes Creatorem. Nonne, considerata universa pulchritudine mundi huius, tamquam una voce tibi species ipsa respondet: non me ego feci, sed Deus?» K

Quae cum ita sint, iure S. Thomas docet quod «ad vitam contemplativam pertinet aliquid dupliciter: uno modo, principaliter; alio modo, secundario.

Principaliter quidem ad vitam contemplativam pertinet contemplatio divinae veritatis, quia huiusmodi contemplatio est finis totius humanae vitae... Unde et Philosophus, X Ethic., cap. 7, in contemplatione optimi intelligibilis ponit ultimam felicitatem hominis.

Sed quia per divinos effectus in Dei contemplationem manuducimur, secundum illud ad Rom., 1, 20: invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur, inde est quod etiam contemplatio divinorum effectuum secun-

[1] *Enarratio in Psalmum* 144» n. 13· ML. 3 ML 38; *Sermonem* 141, cap. 2, n.° 2, col. 776. Cf. *Sermonem* 126, cap. 2, n. 4c.

dario ad vitam contemplativam pertinet, prout scilicet ex hoc manuducitur homo in Dei cognitionem. Unde Augustinus dicit in libro De Vera Religione cap. 8 (AIL. 42,831), quod in creaturarum consideratione non vana et peritura curiositas est exercenda, sed gradus ad immortalia et semper manentia faciendus» \

Atque omnia in unum colligens, concludit: «sic ergo ex praemissis patet quod *ordine quodam* quatuor ad vitam contemplativam pertinent:

primo quidem virtutes morales, [vita activa per modum dispositionis negativae sive removentis impedimenta affectiva speculationis];

secundo autem alii actus [intellectus et rationis] praeter contemplationem [actus intellectus principiorum et scientiae deducentis conclusiones ex principiis, per modum dispositionis positivae];

tertio vero, contemplatio divinorum effectuum [ut objecti secundarii speculationis, per scientias speculatixas: instrumentaliter quidem ope Logicae, formaliter vero per Philosophiam Naturalem et per Philosophiam Moralem speculativam];

quartum vero completivum est ipsa contemplatio divinae Veritatis» veluti Causae Primae et Ultimi Finis totius mundi adspectabilis, quae est obiectum principale contemplationis, per Sapientiam vel Metaphysicam 2. Nam «ultima perfectio intellectus est Veritas Divina, aliae autem veritates perficiunt intellectum *in ordinem ad Veritatem divinam*»3. «Et in hac contemplatione ponebant philosophi summam felicitatem hominis»4.

Licet melius diceretur speculatio quam contemplatio, quia proprie loquendo «nomen *contemplationis* significat illud actum principalem quo quis Deum in Seipso contemplatur, sed *speculatio* magis nominat illum actum quo quis divina *in rebus creatis quasi in speculo* inspicit» 1.

«Unde etiam philosophi ultimum tempus vitae suae reservabant, ut dicitur, ad contemplandum divina, praecedens tempus in aliis scientiis expendentes, ut ex illis habiliores fierent ad considerandum divina» 2.

Vel etiam sola extrema indicat huiusce seriei, verbi gratia: *ad felicitatem quaedam praeexiguntur sicut *dispositiones,* sicut actus virtutum moralium, per quod removentur impedimenta felicitatis, scilicet inquietudo mentis a passionibus et ab exterioribus perturbationibus. Aliquis autem actus est virtutis qui est *essentialiter* ipsa felicitas, *quando est completus,* scilicet actus rationis vel intellectus. Nam felicitas contemplativa nihil est aliud quam *perfecta* contemplatio Summae Veritatis: felicitas autem activa [quae disponit ad contemplativam] est actus prudentiae, quo homo et se et alios gubernat»3.

Ceterum scientiae speculativae, prout contradistinguuntur a Sapientia, pertinent ad rationem speculativam inferiorem, quae se habet ad superiorem, cuius est Sapientia, sicut medium ad finem. «Nam, secundum viam inventionis, per res temporales in cognitionem devenimus aeternorum»4.

Postremo, totam analogiam attributionis ad unum universae philosophiae ordinemque partium eius potentialium, profunde ac dilucide exposuit duplici veluti passu.

Primo quidem quantum ad partes philosophiae praeficae, per respectum ad philosophiam speculativam. «Ad hanc enim omnes aliae humanae operationes ordinari videntur sicut ad finem. Ad perfectionem enim contemplationis requiritur incolumitas corporis, ad quam ordinantur artificialia omnia quae sunt necessaria ad vitam [Technologia sive philosophia factiva].

Summa theol., IMI, q. 180, a. 4c.
2 *Ibid.* Cf. ad 3, et a. 3.
3 *Ibid,* ad 4.
S. Thomas, *in Isaiam,* cap. 1. Opera, ed. piana, t. 13, fol. 2ra.

In III Sent., à. 35, Q· 1, a. 2, qla. 30,0.43.
Ibid., n. 44.
Quaesi, disp. De Virtutibus tn communi, a. 5 ad 8.
Summa theol., I, q. 79> 8 9C·

Requiritur etiam quies a perturbationibus passionum, ad quam pervenitur per virtutes morales et per prudentiam· et quies ab exterioribus perturbationibus, ad quam ordinatur totum regimen vitae civilis [tota vita et philosophia activa sive moralis].

Ut sic, si recte considerentur, omnia humana officia servire videantur contemplantibus veritatem» h

Secundo, quantum ad partes ipsius philosophiae speculativae. «Qui enim per studium quaerunt Sapientiam, per partes, et etiam longo tempore student» 2.

Iam vero «sicut Philosophus dicit in X Ethic, cap. 7, ultima felicitas hominis consistit in optima hominis operatione, quae est supremae potentiae, scilicet intellectus, respectu optimi intelligibilis. Quia vero effectus per causam cognoscitur, manifestum est quod causa secundum sui naturam est magis intelligibilis quam effectus, etsi aliquando, quoad nos, effectus sint notiores causis, propter hoc quod ex particularibus sub sensu cadentibus universalium et intelligibilium causarum cognitionem accipimus.

Oportet igitur quod simpliciter loquendo primae causae sint secundum se maxima et optima intelligibilia, eo quod sunt maxime entia et maxime vera, cum sint aliis essentiae et veritatis causae, ut patet per Philosophum in II Metaphysicae, cap. 1, quamvis huiusmodi primae causae sint minus et posterius notae quoad nos: habet enim se ad ea intellectus noster sicut oculus noctuae ad lucem solis, quam propter excellentem claritatem percipere non potest.

Oportet igitur quod ultima felicitas hominis quae in hac vita haberi potest, consistat in consideratione primarum causarum; quia illud modicum, quod de eis sciri potest, est magis amabile et nobilius omnibus his quae de rebus inferioribus cognosci possunt, ut patet per Philosophum in I De partibus animalium, cap. 5.

Et inde est quod philosophorum intentio ad hoc prin-

‘ ***III*** *contra Gent.,* cap. 37. Cf. *in libros Politic,* proem. S. Thomae, n.

In Psalmum 44, ed. piana, t. 13, fol. 55vb.

Ordo partium Philosophiae secundum analogiam attributionis intrinsecae ad unum finem, προ$ εν, qui est hominis beatitudo naturalis —ascendendo a medus ad finem sive a secundis analogatis ad primum analogans—.

/ D

i) remote, ex parte corporis: Philosophia factiva vel productiva = Technologia.

1) proxime, ex parte animae: vita et Philosophia activa.....

a) executive et negative, per modum removentis impedimenta sive perturbationes.....

b) directive et positive, \ per modum ostendentis s ct dirigentis...../

ά) exeriores: pax = Justitia.

b) interiores

a) concupiscibilis: mundities ⇒ Temperantia.

β) irascibilis: mititas = Fortitudo.

. Prudentia personalis et regnativa.
Philosophia moralis practica individualis ct socialis.

' Π)

i) reductive, circa modum communem scientiae: Philosophia Rationalis sive Logica.

2) proprie, circa ipsas res scitas.....

circa corpus mathematicum sive puram quantitate Philosophia Mathematica.

a) inferiores, derivatas, secundarias: scientiae speculativae circa creata vel corporalia.....

ὸ) circa corpus physicum sive substantiam mobilem: Philosophia Naturalis.....

a) in genere ct inanimatum: Cfr mologia.

p) animatum, praesertim animi n- tionali: Psychologia ct Philosof.O Moralis ei subalternata.

b) superiores, fontales ct primarias: Sapientia speculativa circa Substantias Spirituales it Separatas, maxime circa Deum = Metaphysica, Theologia Naturalis.

cipalitcr erat ut, per omnia quae in rebus considerabant, ad cognitionem primarum causarum pervenirent. Unde scientiam de primis causis ultimo ordinabant, cuius considerationi ultimum tempus suae vitae deputaret:

primo quidem incipientes a Logica, quae modum scientiarum tradit;

secundo, procedentes ad Mathematicam, cuius etiam pueri possunt esse capaces;

tertio, ad Naturalem Philosophiam, quae propter experientiam tempore indiget;

quarto autem ad Moralem Philosophiam, cuius iuvenis esse conveniens auditor non potest;

ultimo autem Scientiae Divinae insistebant, quae considerat primas entium causas»[1].

Haec enim «universalis Sapientia est, quae est ultimum in omnibus artibus et scientiis. Et ista est per quam homo elevatur in cognitionem nobilissimarum causarum, idest, Substantiarum Separatarum vel Spiritualium [Dei praesertim]. Et haec, secundum Philosophum, est Metaphysica»[2]. «Relinquitur igitur quod in contemplatione Sapientiae ultima hominis felicitas consistat, secundum divinorum considerationem» [3], «ad quorum cognitionem ordinantur non solum quae in hac scientia tractata sunt, sed etiam quae in aliis scientiis tractantur» [4], idest «tota cognitio philosophica, quae ex rationibus creaturarum procedit»[6].

Quae quidem omnia hoc schemate exhibentur:

1 *In librum de Causis,* prooemium S. Thomae, cd. H. D. Saffrey, 0. P., p. 1-2. Cf. etiam *in VI ElJiic.,* lect. 7, n. 1.211; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 obi 10 et resp., p. 163, 17-22; 173, 5-9, et totum articulum. Item. S. Albertus Magnus, *Dc natura et origine Animae,* tract. 2, cap. 13, ed. B. Geycr (colonicnsis, t. 12, Monasterii 1955), P· 39> 8-12.

2 *In Isaiam,* cap. 3, cd. cit., fol. 5%'b.

3 *III contra Gent.,* cap. 37.

4 *In XI Metaph.,* lect. 2, n. 2.146.

4 *In I Seni,* prol., a. ic.

i) remote, ex parte corporis: Philosophia factiva vel productiva = Technologia.

i) proxime, ex parte animae: vita et Philosophia activa.....
- *a)* executive et negative, per modum removentis impedimenta sive perturbationes.....
- ò) directive et positive, per modum ostendentis et dirigentis.....

ò) exeriores: pax = lustitia.

b) interiores.....
- a) concupiscibilis: mundities = Temperantia.
- β) irascibilis: mititas = Fortitudo,
  - *à)* Prudentia personalis et regnativa.
  - *b)* Philosophia moralis practica individualis et socialis.

t) reductive, circa modum communem scientiae: Philosophia Rationalis sive Logica.

2) proprie, circa ipsas res scitas.....
- *a)* circa corpus mathematicum sive puram quantitatx' Philosophia Mathematica.
- *d)* inferiores, derivatas, secundarias: scientiae speculativae circa creata vel ccrporalia.....

Philosophia Naturails..... /
- a) in genere et inanimatum: Cosmologia.
- *β)* animatum, praesertim anima rationali: Psychologia et Philosophia Moralis ei subalternata.

b) superiores, fontales et primarias: Sapientia speculativa circa Substantias Spirituales vel Separatas, maxime circa Deum = Metaphysics, Theologia Naturalis.

dpaliter erat ut, per omnia quae in rebus considerabant, id cognitionem primarum causarum pervenirent. Unde sciendam de primis causis ultimo ordinabant, cuius considerationi ultimum tempus suae vitae deputaret:

primo quidem incipientes a Logica, quae modum scientiarum tradit;

secundo, procedentes ad Mathematicam, cuius etiam pueri possunt esse capaces;

tertio, ad Naturalem Philosophiam, quae propter experientiam tempore indiget;

quarto autem ad Moralem Philosophiam, cuius iuvenis esse conveniens auditor non potest;

ultimo autem Scientiae Divinae insistebant, quae considerat primas entium causas» x.

Haec enim «universalis Sapientia est, quae est ultimum in omnibus artibus et scientiis. Et ista est per quam homo elevatur in cognitionem nobilissimarum causarum, idest, Substantiarum Separatarum vel Spiritualium [Dei praesertim]. Et haec, secundum Philosophum, est Aletaphysica»2. «Relinquitur igitur quod in contemplatione Sapientiae ultima hominis felicitas consistat, secundum divinorum considerationem»3, «ad quorum cognitionem ordinantur non solum quae in hac scientia tractata sunt, sed etiam quae in aliis scientiis tractantur» 4, idest «tota cognitio philosophica, quae ex rationibus creaturarum procedit»6.

Quae quidem omnia hoc schemate exhibentur:

l *In librum de Causis,* prooemium S. Thomae, ed. H. D. Saffrey, 0. P., p. 1-2. Cf. etiam *in VI Ethic.,* lect. 7, n. 1.21i; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. l obi 10 et resp., p. 163, 17-22; 173, 5-9, ct totum articulum. Item. S. Albertus Magnus, *De natura et origine Animae,* tract. 2, cap. 13, ed. B. Gcycr (coloniensis, t. 12, Monasterii I955)> P· 39> 8-12.

l *In Isaiam,* cap. 3, cd. cit., fol. 5vb.

3 *III contra Gent.,* cap. 37.

' *In XI Metaph.,* lect. 2, n. 2.146.

4 *In I Sent,* prol., a. ic.

CAPUT II

DE ORDINE PARTIUM PHILOSOPHIAE SECUNDUM CAUSAM EIUS EFFICIENTEM

Et inde consequitur ordo partium philosophiae secundum causam eius efficientem. Quia enim causa efficiens et causa finalis sunt ad invicem causae in diverso genere, quatenus finis est causa ipsius causalitatis causae efficientis, et agens est causa finis quoad eius esse \ consequens est ut agens et finis sibi mutuo correspondeant, ita quidem ut ordo agentium sit secundum ordinem finium et vicissim 1. Cum igitur Alctaphysica sit finis ceterarum partium Philosophiae, ut patet ex dictis capitulo praecedenti, necessario sequitur eidem ut principali moventi convenire ceteras omnes ordinare, regere, urgere atque convocare ad proprium finem ipsius,

I

Equidem finis proprius Sapientiae sive Aletaphysicae est naturalis beatitudo hominis, quae simul est finis ultimus et communis ceterarum partium philosophiae. Ideo fines earum proprii ac proximi continentur sub fine Metaphysicae. Haec ergo se habet ad illas sicut architectonica vel principalis ad subservientes vel famulantes, iuxta illud S. Thomae: «Illa scientia se habet ad alias ut principalis sive ut architectonica, quae considerat causam finalem, cuius causa agenda sunt singula» 3. Nimirum, sicut se habent fines secundarii

j

1 S. THOMAS, De principiis naturae, cap. 4, cd. J. Pauson, p. 94, 4-15.

: Cf. S. Thomas, ***III*** *contra Gent.,* cap. 17, arg. 6; cap. 109; *De Potentia,* q. 7, a. *2* ad 10; *De Malo,* q. 1, a. ic; *Summa theol.* **I-II**, q. 109, a. *6;* **II-II**, q. 17, a. 2 ct 4.

s ***In I Metaph.,*** icct. 2, n. 50. Cf. *ibid.,* n. 41-42; lect. 1, n. 25-27; *V Metaph.,* lect. 1, n. 75S.

sub fine principali ita se habent agentia secundaria sub agente principali. Ideo «primum agens habet etiam rationem ultimi finis perficientis, quia per coniunctionem ad ipsum res complentur et firmantur, et propter distantiam ab ipso deficiunt» x.

Quapropter Sanctus Doctor iterum: «in omnibus scientiis et actibus ordinatis, ad illam videtur pertinere ultimus finis quae est praeceptiva et architectonica aliarum; sicut ars gubernatoria ad quam pertinet finis navis, qui est usus ipsius, est architectonica et praeceptiva respectu navisfactivae. Hoc autem modo se habet Philosophia Prima ad alias scientias speculativas, nam ab illa omnes aliae dependent, utpote ab ipsa accipientes sua principia, et directionem contra negantes principia: ipsaque Prima Philosophia tota ordinatur ad Dei cognitionem sicut ad ultimum finem unde et scientia Divina nominatur»2.

Metaphysica ergo, eo ipso quod est de Deo sicut de obiecto et fine, qui est «in cacumine omnium rerum»3, est caput ', regina 5 et veluti dea omnium scientiarum6. «Est enim Sapientia, ut dicit Philosophus in VI Ethicorum, cap. 7, caput omnium scientiarum, regulans omnes alias inquantum de altissimis principiis est: propter quod etiam dea scientiarum dicitur in principio Metaphysicae, cap. 2... Sapientis autem est ordinare; et ideo ista scientia altissima, quae omnes alias regulat et ordinat, Sapientia dicitur, sicut in artibus mechanicis sapientes dicimus illos qui alios regulant, ut architectores; scientiae vero nomen aliis inferioribus relinquitur»7.

Quo fit ut, sicut se habet caput ad cetera membra corporis

In IV Sent. d. 8, q. 1, a. 2 qla. 1 ad I, n.° 19.
III contra Gent., cap. 25, arg. 6.
S. Thomas, *tn Evangelium secunndum Joonnem,* prologus, ed. cit., η. 5.
ArRiSTOTELES, *VI Ethic. Nicon.,* cap. 7, n. 3 (II, 70, 13-14).
S. 1Homas, *tn XII libros Metaphysicorum Aristotelis,* prooemium S. Thomae.
Aristoteles, *I Metaph.* cap. 2, n.° 10 (II, 471, 23).
S. Thomas, *tn Itbrunt Boethii De Trinitate,* q. 2, a. 2 ad I, p. 87-88.

et rex ad sibi subditos et Deus ad creaturas sibi subiectas, ita se habeat Mctaphysica ad ceteras partes Philosophiae.

Sunt autem tria quae conveniunt capiti respectu ceterorum membrorum corporis: primo, altitudo sive dignitas, quia supremum tenet locum, nam «caput est prima pars hominis, incipiendo a superiori» secundo, plenitudo perfectionis, «quia in capite vigent omnes sensus et interiores et exteriores, cum in ceteris membris sit solus tactus» 2; tertio, plenitudo virtutis sive influxus causalis, «quia virtus et motus ceterorum membrorum, et gubernatio eorum in suis actibus, est a capite, propter vim sensitivam et motivam ibi dominantem» 3. Et sic «caput omnia alia membra in suis actibus gubernat et regulat tam per sensus exteriores quam per interiores, qui in capite sedem habent» 4.

Ergo haec tria proportionaliter conveniunt Metaphysicae respectu ceterarum partium Philosophiae.

Primo quidem altissima dignitas inter omnes partes Philosophiae. Nam «illud quod est dignissimum in quolibet genere, dicitur caput, sicut leo est caput animalium" 5; Omne quod est perfectissimum in quacumque natura, dicitur caput, sicut leo in animalibus» e. Constat sutem ex dictis iMetaphysicam locum occupare supremum inter omnes partes philosophiae, quia est de altissimo obiecto, scilicet Deo, cum consideret Primam Causam et Ultimum Finem totius universi. Ideo S. Thomas: «Sapientia considerat causas altissimas et maxime universales, et est nobilissima scientiarum» 7.

Quod quidem probat sequenti argumento: «illa scientia est maxime honorabilis quae est maxime divina, sicut etiam

1 *Summa theol.*, III, q. 8, a. 8c.
Ibid.
a *Ibid.*
De Verit., q. 29, a. 4c.
In III Sent., d. 13, q- 2, a. 1, arg. 3 sed contra, n. 72.
Ibid, corp., η. 74·
In XI Metaph., lect. 1, η. 2.146. Cf. in XII Metaph., lect. 12, n. 2655.

Deus honorabilior est rebus omnibus; sed ista scientia est maxime divina; ergo est honorabilissima.

Minor sic probatur. Aliqua scientia dicitur esse divina dupliciter; et haec sola scientia utroque modo divina dicitur. Uno modo scientia divina dicitur quam Deus habet. Alio modo, quia est de rebus divinis.

Quod autem haec sola habeat utrumque est manifestum; quia cum haec scientia sit de primis causis et principiis, oportet quod sit de Deo; quia Deus hoc modo intelligitur ab omnibus, ut de numero causarum existens et ut quoddam principium rerum.

Item, talem scientiam quae est de Deo et de primis causis, aut solus Deus habet; aut, si non solus, ipse tamen maxime habet. Solus quidem habet secundum perfectam comprehensionem. Maxime vero habet, inquantum suo modo etiam ab hominibus habetur, licet ab eis non ut possessio habeatur, sed sicut aliquid ab eo mutuatum»1.

Licet ergo per comparationem ad scientiam divinam quam Deus de seipso habet Metaphysica nostra sit valde imperfecta, relate tamen ad ceteras partes Philosophiae est maxima atque suprema 2: unde et «prima inter alias» appellatur 3. «Dicitur autem Philosophia *Pritna* inquantum *aliae omnes scieniiae* ab ea sua principia accipientes, *eam consequuntur»* 4.

Secundo, plenitudo perfectionis in ipsa ratione Philosophiae: tum extensive, quia ipsa sola, una existens, complectitur totam materiam ceterarum partium Philosophiae, et adhuc amplius, cum se extendat ad immaterialia atque divina, quae ceteras scientias particulares trascendunt; tum etiam intensive, quia ea ipsa, quae ceterae considerant, profundius penetrat.

1 *In I Metaph.,* lect. 3, n. 64. Cf. *in VI Metaph.,* Icct. 4, n. 1.168; *if XI Metaph.,* lect. 7, n. 2.265; *De Verit,* q. 7, a. 7c; q. 15, a. ic; *I contra Geni.,* cap. 60, circa finem.

Summa teol, I, q. i, a. 8c; in I Post., Icct. 17, n. 5.

In I de Generatione el corruptione, lect. 7, n. 2.

4 *In librum Boethii de Trinitate*, q. 5, a. ic, p. 166, 4-6.

Metaphysica siquidem considerat omne ens, et ideo appellatur scientia communissima vel generalissima: ceterae vero partes philosophiae realis non considerant nisi portiones determinatas entis, puta ens mobile vel ens quantum, ac proin dicuntur scientiae particulares L

Quapropter S. Thomas: «scientiae aliae —inquit— quae sunt de entibus particularibus, considerant quidem de ente, cum omnia subiecta scientiarum sint entia, non tamen considerant ens secundum quod ens, sed secundum quod est *huiusmodi* ens, scilicet vel numerus, vel linea, vel ignis, aut aliquid huiusmodi» 2.

Equidem «nulla scientia particularis considerat ens universale in quantum huiusmodi, sed *solum aliquam partem culis divisam ab aliis,* circa quam speculatur *per se accidens* [proprietates]; sicut scientiae mathematicae aliquod ens speculatur, scilicet ens quantum. Scientia autem communis [Metaphysica] considerat universale ens secundum quod ens»3.

«Et tractat unaquaeque *circumscripte* de suo genere subiecto, idest ita de isto genere quod non de alio: sicut scientia, quae tractat de numero, non tractat de magnitudine. Nulla enim carum determinat de ente simpliciter, idest de ente communi, nec etiam de aliquo ente particulari in quantum est ens. Sicut Arithmetica non determinat de numero in quantum est ens, sed in quantum est numerus. De quolibet enim ente in quantum est ens, proprium est metaphysici considerare» 4.

Sic ergo, «*quia particulares scientiae quaedam eorum quae perscrutatione indigent praetermittunt, necesse fuit quamdam scientiam esse universalem et primam, quae perscrutetur ea de quibus particulares scientiae non considerant.* Huiusmodi autem videntur esse tam *communia* quae sequuntur ens commune —de quibus nulla scientia particularis considerat, cum non magis ad unam pertineant quam ad aliam, sed ad omnes

1 Cf. *in I Post.,* Icct. 20, n. 5.

2 *In IV Metaph.* lect. 1, n. 530·

3 *Ibid.* n. 532.

‹ *In VI Mataph.* lect. 1, n. r.147·

communiter— quam etiam *Substantiae Separatae, quae excedunt considerationem omnium particularium scientiarum*.

Et hac de causa ceterae partes philosophiae realis accipiunt a Metaphysica sua principia, non tamen ea communitate vel universalitate quam habent in ipsa, prout scilicet porriguntur ad omne ens, sed secundum quod limitantur ad propria obiecta uniuscuiusque; quia quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur.

Prima enim principia in tota sua extensione sequuntur ens in quantum ens, et ideo pertinent proprie ad Metaphysicam. «Sed prima principia demonstrationis accipiuntur a Alathematica et ab aliis scientiis particularibus *particulariter tantum»,* scilicet ea *appropriando* ad suum proprium obiectum 1. Quod quidem patet ea percurrendo. «Nam hoc principium, si ab aequalibus aequalia demas, quae relinquuntur aequalia sunt, est commune omnibus quantis, in quibus invenitur aequale et inaequale. Sed Mathematica assumunt huiusmodi principia ad *propriam* considerationem circa aliquam *partem* quanti; *quae est materia sibi conveniens.* Non est enim aliqua mathematica scientia quae consideret ea quae sunt quantitatis communia in quantum est quantitas. *Hoc enim est Primae Philosophiae.* Sed considerant matematicae scientiae ea quae sunt huius vel illius quantitatis, sicut Arithmetica, ea quae sunt numeri, et Geometria ea quae sunt magnitudinis. Unde arithmeticus accipit praedictum principium secundum quod attinet ad numeros tantum; geometra autem, secundum quod pertinet ad lineas vel ad angulos. Non autem considerat geometra hoc principium circa entia in quantum sunt entia, sed circa ens in quantum est continuum: vel secundum unam dimensionem, ut linea; vel secundum duas, ut superficies; vel secundum tres, ut corpus. Sed Philosophia Prima non intendit de partibus entis in quantum aliquid accidit unicuique eorum; sed cum speculatur unumquodque communium talium, speculatur circa ens in quantum ens» \

Et «eodem modo se habet Naturalis Scientia quantum ad hoc sicut et Mathematica: quia naturalis scientia speculatur accidentia entium et principia, non in quantum sunt entia, sed in quantum sunt mota. Sed Prima Scientia est de his secundum quod sunt entia, et non secundum aliquid aliud»2.

Quando vero in eamdem materiam incidunt, Aletaphysica multo profundius ingreditur. Ita se habet respectu Logicae, quae etiam respicit omne ens, quia de omni ente reali potest negotiari ratio et adinvenire secundas intentiones intelligibiles. «Huiusmodi autem intentiones intelligibiles entibus naturae *aequiparantur,* eo quod omnia entia naturae sub consideratione rationis cadunt. Et ideo subiectum Logicae ad omnia se extendit de quibus ens naturae praedicatur. Unde concludit [Aristoteles] quod subiectum Logicae *aequiparatur* subiecto Philosophiae, quod est ens naturae»3.

Differunt tamen ab invicem Logica et Metaphysica secundum virtutem vel potestatem, quia maioris virtutis est consideratio metaphysici quam consideratio logici. Logica enim presse dicta est Logica docens. Haec autem versatur unice, licet demonstrative, circa entia rationis objective. Metaphysica, e contra, versatur demonstrative circa entia realia. Sunt autem entia realia multo magis perfecta et profunda quam entia rationis. Ergo et Metaphysica est multo maioris perfectionis et virtutis cognoscitivae quam Logica docens.

Quod si comparemus inter se Logicam utentem et Metaphysicam, idem concluditur maiori adhuc cum evidentia, licet Logica utens qua utens versetur circa entia realia. Sunt enim tres partes Logicae: alia demonstrativa, alia dialectica et alia sophistica. Porro demonstrativa non potest esse utens qua talis, sed solum docens, quia logica utens

1 *In XI Metaph.,* lect. i, n. 4.146.
2 *In XI Metaph.,* lect. *4, n. 2.206-2.207,* 2.210.

1 *Ibid.* n. 2.208. Cf. *in I Post.,* lect. 18, n. 8.
1 *Ibid.,* n. 2.209. Cf. *in librnm Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 6 et 7, p. 171,16-30.
3 *In IV Metaph.,* lect. 4> n· 574·

versatur circa entia realia, de quibus non possuntfieri demonstrationes per meras intentiones logicas, sed solum per propria principia realia ipsarum rerum, eo quod media demonstrationis debent esse homogenea atque proportionata conclusionibus. Ideo S. Thomas scribit: «in parte Logicae quae est demonstrativa, solum doctrina pertinet ad Logicam, usus vero ad Philosophiam ct ad alias particulares scientias quae sunt de rebus naturae. Et hoc ideo, quia usus demonstrativae consistit in utendo principiis rerum de quibus fit demonstratio, quae ad scientias reales pertinet, non utendo intentionibus logicis» \

Dialectica vero et Sophistica possunt etiam esse utentes, licet neutra hoc modo procedat demonstrative, neque ideo valeat causare veram scientiam conclusionum. Immo Sophistica utens ducit ad falsam conclusionem, quia «deficit a processu verae argumentationis» 2, ob defectum materiae vel formae syllogismi.

Dialectica vero utens, cum procedat solum ex communibus intentionibus et mere probabilibus, «non facit scientiam, sed quandam opinionem»3, «et sic recedit a modo scientiae»i

Metaphysica e contra, «quia eius consideratio est circa ipsas res communes, scilicet circa ens et partes et passiones entis» sicut circa proprium obiectum 5, «procedit circa communia per modum demonstrationis, et non per modum dialecticae disputationis»6: nam et ipsa principia communia et universalissima sunt propria et aptata tali communitati obiecti. «Et ideo eius est habere scientiam de praedictis, et est cognoscitiva eorum per certitudinem: nam cena cognitio sive scientia est effectus demonstrationis»7.

Ibid, n. 576.
Ibid., n. 576.
3 *Ibid.,* n. 574.
Ibid., n.u 476.
a *In I Post.,* lect. 20, n. 5.
8 *Ibid.,* n. 6.
In II· Metaph., lect. *4,* n. 574. «Superiores perfectius ct clarius cognoscunt idem cognitum quam inferiores..., sicut etiam eamdem conclusionem ahter dialecticus, aliter metaphysicus cognoscit» *(In II Sent.* d. 3, q. 3, a. 2 ad 2). J

Methaphysica ergo tantum excedit virtute ac perfectione Logicam docentem, quantum ens reale excedit ens rationis; urentem vero tantum quantum scientia realis meram apparentiam scientiae, vel scientia vera meram opinionem: videlicet quantum sylogismus demonstrativus exsuperat syllogismum mere probabilem, multoque magis syllogismum sophisticum.

Similiter excedit alias partes philosophiae realis quando coincidit cum eis in eodem objecto materiali. Non enim Metaphysica considerat tantum ea quae sunt communia omnibus praedicamentis immo et omnibus entibus realibus, sed etiam descendit ad consideranda singula entium genera singulosque modos entium; quia omne id quod quocumque modo habet rationem entis realis, cadit sub consideratione Metaphysicae.

Enimvero, «licet ad considerationem Primae Philosophiae pertineant ea quae sunt separata secundum esse et rationem a materia, non tamen solum ea; sed etiam de sensibilibus, in quantum sunt entia, Philosophus perscrutatura l. Et similiter de quantitate in quantum est accidens substantiae corporeae.

Qua ratione scribit iterum S. Doctor: «metaphysicus considerat etiam de singularibus entibus, non secundum proprias rationes per quas sunt tale vel tale ens, sed secundum quod participant communem rationem entis; et sic etiam pertinet ad cius considerationem materia et motus»2.

Multo tamen profundius Metaphysica rimatur huiusmodi obiecta quam scientiae particulares quarum sunt propria materia, licet omnes demonstrative procedant. Quia Philosophia Naturalis considerat corpus physicum sive substantiam corpoream *exclusive ut mobilem ct sensibilem tantum,* preacise quia non cadit sub eius consideratione nisi prout stat sub primo gradu abstractionis formalis: qui quidem abstrahit a materia singulari tantum, sed non a materia sensibili.

«Quandoque enim —ait S. Thomas— proprietates ct

l *In VI Mctaph.,* lect. I, n. 1.165.
2 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 4 ad 6, p. 199, 10-13.

accidentia rei, quae sensu demonstrantur, sufficienter exprimunt naturam rei, et tunc oportet quod indicium de rei natura quod facit intellectus conformetur his quae sensus de re demonstrat. Et huiusmodi sunt omnes res naturales, quae sunt determinatae ad materiam sensibilem, et ideo in scientia Naturali terminari debet cognitio ad sensum, ut scilicet hoc modo iudicemus de rebus naturalibus secundum quod sensus eas demonstrat, ut patet in III Coeli et Mundi; cap. 7; et qui sensum negligit in naturalibus, incidit in errorem. Et haec sunt naturalia quae sunt concreta cum materia sesibili et motu, et secundum esse, et secundum considerationem» 1.

At vero Aletaphysica haec eadem corporalia et sensibilia considerat ut entia et non mere ut mobilia et sensibilia, nempe secundum eorum essentiam intimam et secundum esse, quia considerat entitatem realem eorum abstractissime, scilicet prout stat sub tertio gradu abstractionis formalis. Quo in sensu, quo aliquid est abstractius, eo est formalius; et quo formalius, eo actualius atque profundius. Considerare ergo hoc modo mobilia et sensibilia ut entia est attingere eorum essentiam intimam et eorum esse, quod est «perfectissimum omnium. Comparatur enim ad omnia ut acuis: nihil enim habet actualitatem nisi in quantum *esi.* Unde ipsum esse est actualitas omnium rerum, et etiam ipsarum formarum» et essentiarum 2, cum sit «actualitas substantiae vel essentiae» 3. «Esse autem est illud *quod est magis intimum cuilibet et quod profundius omnibus inest,* cum sit *formale respectu omnium quae in re sunto 4.*

Ideo S. Thomas ait quod Metaphysica «determinat de substantiis sensibilibus in quantum sunt substantiae, non in quantum sunt sensibiles et mobiles. Hoc enim proprie pertinet ad Naturalem» Philosophiam 5.

1 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. 2C, p. 216, 1-10.
* *Summa theol.,* I, q. 4, a. 1 ad 3.
3 *Op. cit.,* q. 54, a. ic.
4 *Op. cit.,* q. 8, a. ic. Cf. I. M. Ramírez, *De hominis beatitudine,* L II, p. 137-139· Matriti, 1943.
5 *In XI Metaph,* lect. x, n. 2.159.

«Quia Naturalis Scientia speculatur accidenda entium et principia, non in quantum sunt entia, sed in quantum sunt mota. Sed Prima Scientia est de his secundum quod sunt entia, et non secundum aliquid aliud»

Mobilitas autem et sensibilitas rerum, etiam corporalium, non revelant neque ostendunt intiman earum essentiam et esse, sed solum aspectum dynamicum ac sensibilem, qui nimis superficialis est.

Et idem accidit in Mathematica, quae considerat quantitatem continuam [Geometria] et discretam [Arithmetica] *unice ut mensurabilem et numerabilem,* non autem ut ens, id est ut primum accidens substantiae corporeae. iMetaphysica vero, c contra, eam considerat ut accidens proprium substantiae corporeae, non autem ut mensurabilem et numerabilem secundum rationes ct proportiones 2.

Ac per se patet rationem mensurabilitatis et numerabilitatis non exhaurire totam naturam quantitatis neque intimam eius essentiam exhibere, sed adspectum eius mere relativum atque superficialem, quia rationes et proportiones secundum quas mensuratur et numeratur sunt mere relationes.

Quae cum ita sint, facile est intelligere huiusmodi profunda verba S. Thomae: «quia eiusdem est considerare de ente in quantum est ens ct de eo quod quid est, id est de quidditate rei, quia unumquodque habet esse per suam quidditatem, ideo etiam aliae scientiae particulares nullam mentionem, id est determinationem faciunt de eo quod quid est, id est de quidditate rei, ct de definitione quae ipsam significat. Sed ex hoc, idest ex ipso quod quid est ad alia procedunt, utentes eo quasi demonstrato principio.

Ipsum autem quod quid est sui subiecti aliae scientiae faciunt esse manifestum *per sensum:* sicut scientia quae est de animalibus accipit quid est animal per id quod apparet sensui, id est per sensum et motum, quibus animal a non animali discernitur.

1 *Ibid.,* lect. 4. n. 2.209.
› Cf. in *XI Metaph.,* lect. 4, n. 2.208; *m I Post,* lect. x8, n. 8.

Aliae vero scientiae accipiunt quod quid est sui subiecti *per suppositionem* ab aliqua alia scientia, sicut Geometria accipit quid est magnitudo a Philosopho Primo.

Et sic ex ipso quod quid est noto per sensum vel per suppositionem, demostrant scientiae proprias passiones quae secundum se insunt generi subiecto circa quod sunt...

Et sicut nulla scientia particularis determinat quod quid est, ita etiam nulla earum dicit de genere subiecto circa quod versatur, *est, aut non est.*

Et hoc rationabiliter accidit: quia eiusdem scientiae est determinare quaestionem *an est,* et manifestare *quid esi.* Oportet enim quod quid est accipere ut medium ad ostendendum an est. Et utraque est consideratio Philosophi qui considerat ens in quantum est.

Et ideo quaelibet scientia particularis *supponit* de subiecto suo *quia est* et *quid est,* ut dicitur in I Posteriorum h et hoc est signum, quod nulla scientia particularis determinat de ente simpliciter, *nec de aliquo ente in quantum est ensi*l.

Metaphysica ergo et aliae partes philosophiae speculativae, etiam quando versantur circa eadem obiecta materialia, toto caelo differunt; quia abac scientiae ea considerant secundum relationes particulares et inferiores gradus abstractionis formalis, dum Metaphysica ea rimatur secundum radices ultimas et supremum gradum abstractionis formalis. Propter quod, licet ea obiecta materialia contineantur sub ambitu obiecti materialis Aletaphysicae veluti pars vel portio quaedam eius, scientiae tamen propriae et particulares eorum non sunt partes Metaphysicae, quia non ea respiciunt secundum eumdem gradum abstractionis formalis.

Qua de re dignus est qui legatur S. Thomas accuratissime scribens: «quamvis subiecta aliarum scientiarum sint partes entis, quod est subiectum iMetaphysicae, non tamen oportet quod aliae scientiae sint partes ipsius. *Accipit enim unaquaeque scientiarum unam partem entis secundum specialem nodum considerandi alium a modo quo consideratur ens in Metaphysica.* Unde proprie loquendo sublectum illius non est pars subiecti Metaphysicae: *non enim est pars entis secundum illam rationem qua ens est subiectum Metaphysicae;* sed hac ratione considerata, ipsa est specialis scientia aliis condivisa.

Sic autem posset dici pars ipsius scientia quae est de potentia, vel quae est de actu, aut de uno, aut de aliquo huiusmodi; quia *ista habent eundem modum considerandi cum tnie, de quo tractatur in Metaphysica*·»x. Immo «illae partes entis *exigunt* eumdem modum tractandi cum ente communi, quia etiam ipsa non dependent ad materiam, et ideo scientia de ipsis non distinguitur a scientia de ente communi» 2.

Comparando igitur Metaphysicam cum ceteris partibus philosophiae realis, quando incidunt in idem obiectum materiale, plenissime valent haec egregia verba S. Doctoris: **arca idem virtus superior et inferior operantur, non similiter, sed superior sublimius.* Unde et per formam, quae a rebus accipitur, sensus non ita efficaciter rem cognoscit sicut intellectus: sed sensus per eam manuducitur in cognitionem exteriorum accidentium, intellectus vero pervenit ad nudam quidditatem rei, secernendo eam ab omnibus materialibus conditionibus»3. Et similiter Philosophia Naturalis et Alathematica per sua propria principia non ita profunde cognoscunt propria sua obiecta sicut Metaphysica per sua.

De scientiis namque ac dc principiis carum valet effatum illud S. Thomae de causis: «quanto causa fuerirt universalior, tanto *ad plura* se extendit et *efficacius* producit» f

Et quia sicut se habent scientiae circa obiecta, ita se habent inter se, inde sequitur quod Metaphysica sive «Sapientia comprehendit in se scientiam et intellectum: est enim quaedam scientia et caput scientiarum»5. Unde ipsa ♦comprehendit in se alios habitus speculativos tamquam

1 Cf. *in I Post.,* lect. 2; lect. 51 n. 7; lect. 19, n. 4.

3 *In VI Mctaph.,* lect. 1, nn. 1.148-1.149, 1.151. Cf. *in XI Metaph.,* lect. 7, un. 2.248-2.252.

In librum Boethii de Trinitate, q. 5› a· 1 6, P· I7I› 16-26.

2 *Ibid,* ad 7, p. 171» 27-3°·

3 *Dc Verit.* q. 10, a. 6 ad 2.

II contra Gent., cap. 98.

In II Post.. lect. 20, n. 15.

principalior existens» [1]. Et sic «Sapientia, in quantum dicit verum circa principia, est intellectus; in quantum autem scit ea quae ex principiis concluduntur, est scienda. Distinguitur tamen a scientia communiter sumpta, *propter eminentiam quam habet inter alias scientias:* est enim *vinus quaedam omnium scientiarum* [2].

Tertio, convenit ei plenitudo virtutis sive potestatis aut influxus causalis, quatenus ceteras omnes partes philosophiae regit atque gubernat, easque in proprium finem ipsius Metaphysicae movet ac dirigit. «Sicut enim per sensus qui sunt in capite diriguntur motus et operationes omnium aliorum membrorum, ita Sapientia dirigit omnes alias scientias, dum ab ea omnes aliae sua principia supponunt»[3].

Quod quidem ei convenit, quia Sapientiae est attingere finem ipsum totius Philosophiae. Nam, ut argumentatur S. Thomas: «illa scientia se habet ad alias ut principalis sive ut architectonica ad servillem sive ad famulantem, quae considerat causam finalem cuius causa agenda sunt singula. Nam gubernator, ad quem pertinet usus navis, qui est finis navis, est quasi architector respectu navisfactoris, qui ei famulatur. Sed praedicta scientia [Aletaphysica] maxime considerat causam finalem rerum omnium... Ergo praedicta scientia est principalis sive architectonica omnium aliarum» [4]. «Et sic omnes aliae scientiae in eam ordinantur sicut in finem» [5].

«Omnium enim ordinatorum ad finem, gubernationis et ordinis regulam ex fine sumi neccesse est;... Unde videmus in artibus unam alterius esse gubernativam et quasi principem ad quam pertinet eius finis: sicut medicinalis ars pigmentariae principatur et eam ordinat, propter hoc quod sanitas, circa quam medicinalis versatur, finis est omnium pigmentorum quae arte pigmentaria conficiuntur. Et simile

1 *In X Ethic.,* lect. 12, n. 2.111.
2 *In VI Ethic.,* lect. 5, n. 1.183.
3 *In VI Ethic.,* lect. 6, n. 1.184.
4 *In I Metaph.* lect. 2, n. 50.
5 *Ibid.,* lect. 3, n. 59.

apparet in arte gubernatoria respectu navifactivae, et in militari respectu equestris et omnis bellici apparatus. Quae quidem artes aliis principantes *architectonicae* nominantur, quasi *principales artes:* unde et earum artifices, qui *architectores* vocantur, nomen sibi vindicant *Sapientum»* [1].

Quia ergo «ad illud quod est potissimum in qualibet re [scilicet finis] ordinantur omnia quae sunt illius rei, *ideo virtutes et artes principales movent secundum suum imperium virtutes et artes secundarias ad actus proprios:* sicut ars gubernativa imperat ei qui facit navem; et ex hoc dicitur architectonica respectu eius, quasi princeps ipsius.

Et quia actus moti fundantur super actionem moventis, ideo actus secundariae virtutis fundatur super actione principalis, sicut fundatur super cardinem ostii motus»[2].

Cum igitur finis sit causa causarum, ac praesertim finis ultimus qui est finis finium, evidens est quod circa Metaphysicam —cuius finis proprius est finis ultimus totius humanae vitae et philosophiae— volvuntur omnes scientiae omnesque operationes humanae sicut circa supremum omnium cardinem, iuxta illud S. Thomae: «Per Sapientiam dirigitur et hominis intellectus et hominis afffectus»[3].

Quibus ex amussim consonant haec profiinda verba S. Alberti Magni: «ille est sapiens qui ex lumine cognitionis, quod habet apud se, potest assignare causas quae inter alias causas magis causae sunt. Illae autem iterum sunt quae ex divinis accipiuntur. Illae enim sunt primae influentes super omnes alias, et ideo ex ipsis certificant et informant mentem. Unde etiam *illae causae dicuntur cardines causarum, quia in eis sicut in cardinibus omnes aliae causae volvuntur* [4].*

Porro huiusmodi gubernatio atque directio aliarum partium philosophiae ad finem proprium Metaphysicae, reducitur ad genus causae *efficientis;* quia «nihil est aliud regere

1 *I Contra Gent.,* cap. 1.
2 *In III Sent.,* d. 33, q. 2, a. q,a-1 c‡ n' I36.
3 *Summa tehol.* I-II, q. 68, a. 4 ad 5.
4 *In Isaiam,* cap. 11, 2, cd. colonicnsis, t. 19, p. 169, 54-61. Münster, 1952.

et gubernare quam *movere* per intellectum aliqua ad finem»[1], id est «movere aliquos in debitum finem, sicut nauta gubernat navem ducendo eam ad portum»[2], siquidem «gubernatio est quedam *mutatio* gubernatorum a gubernante: omnis autem motus est actus mobilis a movente»[3].

Unde et in Deo creatio, conservatio et gubernatio in eadem linea ponuntur *operationis ad extra*[4]; nam «secundum eandem rationem competit Deo esse gubernatorem rerum et causam earum, quia eiusdem est rem producere et ei perfectionem dare, quod ad gubernantem pertinet»[5].

Qui quidem influxus causalis Metaphysicae in ceteras partes philosophiae est universalis in omnes ac singulas: «in tantum enim alicuius gubernatio se extendit in quantum se extendere potest finis gubernationis»[6]. Ordo namque agentium respondet ordini finium.

Quid autem impotet huiusmodi gubernatio, operosius investigandum est.

Ac primo quidem importat assignare ceteris partibus ac sibimetipsi propriam materiam vel obiectum, quasi distribuendo ac definiendo singulis propria earum officia, ut in Introductione videbamus. Hoc enim est primum ac fundamentale munus gubernantis: distribuere partes et officia quae in communitate sibi subiecta habere debent, singulisque propria definire. Quod a S. Thoma appellatur «*definitio* eorum quae agenda sunt»[7], id est «*praeordinare* quae agenda sunt»[8]. Unde et alibi docet quod «determinare *de Sapientia*

1 *III Contra Gent.,* cap. *64,* arg. 3, Cf. *in IV contra Gent.,* cap. 20 arg. 3.
2 *Summa tehol.* II-II, q. 102, a. 2c.
3 *Summa theol., I,* q. 103, a. 5 ad 2. Cf. *ibid. q. 105, prolog.*
4 *III contra Gent.,* cap. 79 in fine; *Summa theol.* I, q. 34, a. 3, ad 2, q. 104-105.
5 *Summa theol.* I, q. 103, a. 5c
6 *Ibid.*
Summa theol. I, q. 108, a. 6c.
8 *Compendium Theologiae, I.* P., cap. *J26.* Opuscula *Theologia, l.l,* cd. R. Vcrardo, O. P., n. 249.

quid sit et quomodo se habeat, et *de scientia* et intellectu et arte, pertinet ad Philosophiam Primam» [1].

Ac Rogerius Baco tradit quod Metaphysicae «proprium est distinguere omnes scientias, et dare rationem universalem de omnibus, quia est communis omnibus rebus et scientiis specialibus, et in omnes suam influit potestatem»[2].

Secundo, consequenter, eas ordinare sive organizare, quia Sapientiae et Sapientis est ordinare[3] «Cuius ratio est —ait S. Thomas—, quia Sapientia est potissima perfectio rationis, *cuius proprium est cognoscere ordinem.* Nam, *ast vires sensitivae cognoscant res* aliquas *absolute, ordinem tamen unius rei ad aliam cognoscere est solius intellectus aut rationis.*

Invenitur autem duplex ordo in rebus. Unus quidem partium alicuius totius seu alicuius multitudinis ad invicem, sicut partes domus ad invicem ordinantur. Alius est ordo rerum *in finem.* Et hic ordo est *principalior;* nam, ut Philosophus dicit in XI Metaphysicorum, cap. io, n.° i, ordo partium exercitus ad invicem, est propter ordinem totius exercitus ad ducem»[4].

Et hic est ordo quem maxime considerat Aletaphysica, ac secundum cum ordinat atque componit —organizat— ceteras partes philosophiae. De hoc enim ordine intclliguntur haec eius verba: sapientiae vel Metaphysicae «est ordinare *omnes,* et ipsa est quasi architectonica respectu omnium»[5]. «Sapiens enim simpliciter dicitur qui habet de *omnibus ordinare...,* quia sapientis est ordinare, ut dicitur in I Aletaphysicae. Omnis autem ordinator respicit finem. Ille ergo

1 *In I Post.,* lect. 44, n. 11.
2 *Liber I communium naturahnm,* P. I. dist. I, cap. 2. Opera hactenus inedita Rogeri Baconi, fasc. II, ed. R. Steele, p. 9, 29-32. Oxford, s. d.
3 Aristoteles, *I Metaph.,* cap. 2, n. 3 *(II,* 15-17).
4 S. Thomas, *in I Ethic,* lect. 1, n. 1.
5 S. Thomas, *Summa theol.,* I-II, q. 66, a. 5, c. Cf. *tn I Metaph.,* lect. 2, n. 42.

simpliciter est sapiens qui cognoscit finem vel qui agit propter finem *universalem,* scilicet *Deum»1.*

«Cuius ratio est, quia in omnibus scientiis et artibus, sive speculativis sive operativis, oportet quod illa quae est altior et ordinativa aliarum consideret rationes magis universales, eo quod principia sunt parva quantitate et maxima virtute, et simplicia ad plurima se extendunt. Verbi gratia, sub civili scientia est militaris, et sub militari equestris, et sic deinceps; civilis autem sub consideratione boni humani absolute, militaris autem considerat hoc idem secundum quod determinatur ad res bellicas, et sic deinceps: et propter hoc inferior accipit principia sua a superiore, quae est quasi *propter quid* demonstrans.

Et hoc etiam facilius patet in scientiis speculativis. Quia Metaphysica, quae est *ordinativa aliarum,* considerat rationem entis absolute; aliae vero secundum determinationem aliquam» 2.

Cum enim sit de altissimis, est *«aliarum ordinatrix* et iudex» 3, «aliarum *omnium rectrix»,* «maxime *aliarum regulatrix», «maxime intellectualis»,* et *«aliarum princeps sive domina»4.*

Iam vero secundum ordinem descendentem ab uno —qui est analogia attributionis secundum causalitatem efficientem—, primo est philosophia speculativa, ac dein philosophia practica.

Quod quidem apparet, tum ex ratione ordinis, tum ex ratione ipsius philosophiae, tum etiam ex ratione philosophi, scilicet hominis philosophantis qua talis.

Ex ratione quidem ordinis, quia «ordo principalius invenitur in ipsis rebus, et ex eis derivatur ad cognitionem nostram»5. Ex cognitione autem nostra rursus derivatur ad appetitiones et operationes nostras, quia nihil volitum quin

1 *In epistolam ad Ephesios,* cap. 5, lect. 6, p. 67b.
2 *In II Sent.,* d. 3, q. 3, a. 2c.
3 *In III Sent.,* d. 35, q. 2, a. 3 qla. ic, n. 164.
In XII libros Mctaphysicorum Aristotelis, prooemium S. Thomae.
5 *Summa theol.* II-II, q. 26, a. 1 ad 2.

praecognitum. Et sic «ordo pertinet ad rationem sicut ad ordinantem, sed ad vim appetitivam sicut ad ordinatam» 1: quod est a fortiori dicendum et de vi exeeutiva operarun anis.

Atqui ordo ipsarum rerum a Deo creatore et gubernatore institutus, id est, ordo totius universi et partium eius 2, est causa philosophiae speculativae, ideoque ordo speculandus, quia est ordo «quem ratio humana considerat, sed non facit»3. Ordo autem, quem ratio considerando facit in actibus voluntatis et in exterioribus rebus quarum ipsa est causa per artes mechanicas, est ordo practicus vel exercendus, atque ideo spectat ad philosophiam practicam. Ergo ordo per prius convenit philosophiae speculativae quam practicae.

Ex ratione etiam ipsius Philosophiae, quae principalius est cognoscitiva quam operativa. Nam philosophia est amor Sapientiae. Ille autem est «Sapientiae amator qui Sapientiam non propter aliud, sed propter se ipsam quaerit. Qui enim aliquid propter alterum quaerit, magis hoc amat propter quod quaerit quam quod quaerit»4.

Insuper, «quicumque quaerit fugere ignorantiam sicut finem, tendit ad ipsum scire propter seipsum. Sed illi, qui philosophantur, quaerunt fugere ignorantiam sicut finem. Ergo tendunt in ipsum scire propter seipsum»5.

Hoc autem est proprium philosophiae speculativae, quae quaerit ipsum scire propter seipsum, dum philosophia practica vel operativa quaerit scire propter opus 6. Philosophia ergo speculativa se habet ad philosophiam practicam sicut philosophia simpliciter ad philosophiam secundum quid.

Ex ratione denique ipsius hominis philosophantis qua talis. Philosophatur enim homo per rationem vel intellectum

Ibid, ad 3.
Summa thehol. I, q. 47» a· 3 a^ 3» a· 4» Q· IO3> a· 4 a^ 1.
In I Ethic., Icct. 1, n. 2.
In I Mctaph., lect. 3» n· 5^·
Ibid., n. 53.
In XI Mctaph., Icct, 7» η· 2·265·

et non per aliam facultatem. Intellectus autem, qua talis, est per prius cognoscitivus sive specualtivus, et nonisi per posterius est practicus vel operativus. Unde et intellectus speculativus *extensione* fit practicus, quatenus scilicet cognitio veritatis extenditur et applicatur ad directionem operis K «Magis autem est proprium rationis quod ipsa in se habet quam quod in alio facit» 1.

Inter partes autem philosophiae speculativae illa prior est, quae magis est speculativa; quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis et minus ad minus '. Est vero maxime speculativa quae circa maxime speculabilia versatur et maxime independentia sunt a nostro opere. Et haec est Metaphysica, praesertim in ea parte quae Deum respicit. Unde et maxime intellectualis dicitur 4, nomenque obtinet *Primae* Philosophiae: «dicitur autem *Prima Philosophia* in quantum *primas* rerum causas considerat»5.*

Deinde est Philosophia Naturalis, tum quia eius obiectum minus pendet ab intellectu nostro quam obiectum Mathematicae ct Logicae —nam intentiones secundae et proportiones mathematicae sunt formaliter adinventae a ratione, licet cum fundamento in te—, tum etiam quia magis et propinquius deservit ad speculationem metaphysicam Dei, cuius ens physicum, quod complectitur totum mundum adspectabilcm, est proprius effectus. «Sicut enim ars manifestatur per artificis opera, ita et Dei Sapientia manifestatur per creaturas» ®. Quia «creaturae sunt sicut via per quam devenitur in cognitionem Creatoris»7.

Ideo Philosophia Naturalis est quidem «quaedam pars philosophiae, sed non prima», quia non considerat ens commune in quantum ens, neque Ens Primum —immobile—, sed aliquod tantum particulare genus entis, nempe ens mobile ut mobile \ Physica ergo «non est philosophia prima, sed secunda... Prima enim Philosophia est de *primis* substantiis quae sunt substantiae immateriales, de quibus speculatur non solum in quantum sunt *substantiae,* sed in quantum substantiae tales, scilicet in quantum *immateriales.* De sensibilibus vero substantiis non speculatur in quantum sunt tales substantiae, sed in quamtum sunt *substantiae,* aut etiam *entia,* vel in quantum *per eas manuducimur in cognitionem substantiarum immaterialium.* Physicus vero e converso determinat de substatiis materialibus, non in quantum sunt substantiae, sed in quantum *materiales* et habentes in se *principium motus» 2.*

Tertio loco venit Mathematica, quatenus inservit ad melius ac certius cognoscendum mundum physicum, ut apparet maxime in Astronomia. Exinde enim amplior via patet ad assurgendum in Deum ut in Primum omnium principium et gubernatorem 3.

Ac postremum locum occupat Logica, quae mera instrumenta praebet aliis tribus partibus philosophiae realis speculativae ut ordinate in suis speculationibus procedant. Nam «processus scientiarum est opus rationis cuius proprium est ordinare. Unde in omni opere rationis ordo aliquis invenitur, secundum quem preceditur ab uno in aliud» discurrendo 4.

Inter partes vero philosophiae practicae prior est illa quae de nobiliori atque universaliori opere pertractat, ut est philosophia *activa* sive moralis quae circa omne agibile humanum versatur; ac dcin philosophia *factiva* sive technologia, quae de factibilibus ab homine occupatur. Nobiliora enim sunt agibilia quam factibilia, quia illa sunt animae,

1 Cf. *Summa theol.,* I, q. 14, a. 16; q. 19, a. 4 ad 4; q. 79, a. nj l-II, q. 9, a. i ad 2; II-II, q. 4, a. 1 ad 3; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. ic, p. 164, 5-17.

2 *III contra Gent,* cap. 34, arg. 3.

3 Aristoteles, *V Topic.,* cap. 8, η. 3-4 (I, 233, 10-24); S. Thomas, *III contra Gent.,* cap. 27, arg. 7; cap. 139.

4 S. Thomas, *in XII libros Metaphysicorum Aristotelis,* prooemium.

8 *Ibid.*

r' S. IHOMAS, *in epist. S. Pauli ad Romanos,* cap. 1, lect. 6.

7 *In II Sent.,d.* 15, q. 3, a. 3 ad 3.

1 *In IV Mctaph.,* lect. 5, n. 593.

» *In VII Mctah.,* Icct. 11, n. 1.526. Cf. etiam *In VI Metaph.,* Icct 1, n. 1.170; *in XI Metaph.,* lect. 7, n. 2.167.

1 Cf. *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 9, p. 172, 8-11.

4 *In libros Aristotelis de Caelo et Mundo,* prooemium S. Thomae, n. 1.

ista corporis. Et magis universalia, cum illa extendantur ad totam vitam humanam omnium hominum, dum haec ad unam vel alteram portionem eius limitentur, et quidem eorum hominum tantum qui anibus mechanicis dicantur[1]. Insuper philosophia activa magis est necessaria et utilis ad philosophiam speculativam quam philosophia factiva, ut patet ex dictis capitulo praecedenti.

Atque inter ipsas partes philosophiae moralis primum occupat locum philosophia politica; secundum, philosophia domestica sive familiaris; tertium, philosophia individualis. Quia perfectius est bonum commune civitatis et familiae quam bonum privatum uniuscuiusque personae: ac rursus bonum commune civitatis est maius quam bomun commune unius familiae.

Quapropter S. Thomas, exponens «dignitatem et ordinem Politicae ad omnes alias scientias practicas», scribit: «est enim civitas principalissimum eorum quae humana ratione constitui possunt; nam ad ipsam omnes communitates humanae referuntur. Rursumque omnia tota, quae per artes mechanicas constituuntur ex rebus in usum hominum venientibus, ad homines ordinantur sicut ad finem.

Si igitur principalior scientia est quae est de nobiliori et perfectiori, necesse est Politicam inter omnes scientias practicas esse principaliorem et architectonicam omnium aliarum, utpote considerans ultimum et perfectum bomun in rebus humanis. Et propter hoc Philosophus dicit in fine X Ethicorum quod in Politica perficitur philosophia quae est circa res humanas»[2].

Talis est ordo partium omnium philosophiae, quem Alctaphysica constituit secundum causalitatem efficientem, descendendo a prima et maxima usque ad ultimam et minimam. Ubi notare iuvat Logicam recte locatam fuisse inter partes principales sive reales philosophiae speculativae er partes philosophiae practicae, quia revera Logica est simul

1 Cf. *Surnnia theol.,* I-II, q. 57, a. 4 ad 3.

2 *Libros r>ollticorii'n Aristotelis,* prologus S. Thomae, n. 7. Cf. etitm *in IΓ Ethic.,* lect. 7, nn. 1.200-1.201.

scientia et ars liberalis, immo et *ars artium,* ut eam appellat S. Thomas, «quia in actu rationis nos dirigit, a quo omnes anes procedunt» 1. Qua de causa, licet sit principaliter atque simpliciter speculativa in quantum scientia, simul est secundario ac secundum quid operativa in quantum ars. Inde haec vocatur *ars speculativa,* quia *«quaedam facit,* puta syllogismum, propositionem et alia hiuusmodi, in quibus proceditur secundum certas et determinatas vias»2. «Et ideo quicumque ad huiusmodi opera rationis habitus speculativi ordinantur, *dicuntur per quamdam similitudinem artes,* scilicet *liberales,* ad differentiam illarum artium quae ordinantur ad opera per corpus exercita, quae sunt quodammodo *serviles,* in quantum corpus serviliter subditur animae, et homo secundum animam est liber»3.

«Unde et illae solae artes *liberales* dicuntur quae *ad sciendum ordinantur,'* illae vero quae ordinantur ad aliquam utilitatem per actionem habendam, dicuntur mechanicae sive *serviles)4.*

Quia nimirum, «non solum habent cognitionem, sed opus aliquod, *quod est immediate ipsius rationis,* ut... syllogismum vel orationem formare»5.

Logica ergo est minima inter scientias speculativas, maxima tamen inter artes liberales. Et quia actus ipsius rationis sunt nobiliores quam actus voluntatis, et hi digniores quam actus membrorum corporis, sequitur ordinem conceptuum et actuum ipsius rationis per Logicam esse priorem ac nobiliorem ordine actuum et affectuum voluntatis per Moralem practicam, qui et nobilior est ordine motuum membrorum corporis per artes mechanicas.

Ture igitur S. Thomas, ob hanc rationem *artis* liberalis quam maxime habet Logica, eam posuit inter ordines *ab hominis ratione productos,* sicut Philosophiam Moralem practicam et Technicam.

1 *In I Post.,* lect. 1, n. 3.
Summa theol., II-II, q. 47, a· 2 a^ 3·
Summa theol., I-II, q. 57, a· 3 a 3·
In I Metaph., lect. 3, n. 59·
In librum Boethii de Trinitate, q. 5, a· 1 ad 3, P- 168, *1*1-13.

Est enim triplex ordo, quem ratio considerando facit. Unus quidem, «quem ratio considerando facit *in proprio actu,* puta cum ordinat conceptus suos ad invicem, et signa conceptuum quae sunt voces significativae»; et talis ordo «pertinet ad Rationalem Philosophiam, cuius est considerare ordinem partium orationis ad invicem, et ordinem principiorum ad invicem et ad conclusiones».

Alius autem est «ordo quem ratio considerando facit in *operationibus voluntatis),* qui «pertinet ad considerationem Moralis Philosophiae», cuius «proprium est considerare operationes humanas secundum quod sunt ordinatae ad invicem et ad finem».

Tertius autem est «ordo quem ratio considerando facit *in exterioribus rebus* quarum ipsa est causa, sicut in arca et domo»; et huiusmodi ordo «quem ratio considerando facit in exterioribus constitutis per rationem humanam, pertinet ad Artes Mechanicas» x.

Sicque salvatur hic lex continuitatis omnium rerum ordinatarum, ut supremum infini attingat infimum supremi; quia videlicet supremum philosophiae practicae, quod est philosophia activa —moralis—, contingit infimum philosophiae speculativae, quod est Logica ut ars speculativa.

Patet ergo ceteras partes philosophiae esse ordinatas secundum prius et posterius sub Metaphysica sicut sub primo analogante: tum secundum causalitatem finalem, quia omnes ordinantur ad finem proprium Metaphysicae, qui est beatitudo naturalis hominis; tum, consequenter, secundum causalitatem efficientem, quatenus omnes et singulae a Metaphysica accipiunt designationem proprii earum obiecti, atque organicam dispositionem sive ordinem. Ille enim ad quem pertinet finis communis plurium quasi proprius ac superior, vi eius non solum distribuit singulis particularibus propria officia, verum etiam ea coordinat et organizat, ita ut omnes ordinentur ad illum unum et ab illo uno: ut videre est in architecto respectu manualiter operantium ad constructionem domus, in duce exercitus respectu militum pugnantium ad victoriam capessendam, et in Deo respectu totius universitatis creaturarum ad gloriam eius manifestandam.

* *In I Ethic.,* lect. i, nn. 1-2. Cf. *in I Post.,* lect. 1, n. 1.

Qua de re iterum iuvat audire S. Thomam egregie scribentem: «omnia quorum unus est finis, oportet quod in ordine ad finem conveniant..., sicut videmus in exercitu. Nam bonum exercitus est, et in ipso ordine exercitus, et in duce qui exercitui praesidet: sed magis est bonum exercitus in duce quam in ordine, quia finis potior est bonitate his quae sunt ad finem; ordo autem exercitus est propter bonum ducis adimplendum, scilicet ducis voluntatem in victoriae consecutionem; non autem e converso, bonum ducis est propter bonum ordinis.

Et quia ratio eorum quae sunt ad finem sumitur ex fine, ideo necesse est quod *non solum ordo exercitus sit propter ducem, sed etiam quod a duce sit ordo exercitus,* cum ordo exercitus sit propter ducem.

Ita etiam Bonum Separatum, quod est Primum Movens, est melius bonum bono ordinis quod est in universo. Totus enim ordo universi est propter Primum Moventem, ut scilicet explicatur in universo ordinato id quod est in intellectu et voluntate Primi Moventis. Et sic *opportet quod a Primo Movente sit tota ordinatio iniversi)l.*

Et sic apparet quam profunde dictum est quod Philosophia cst *ordo animae conveniens* sive ordinata perfectio animae 2. Quia revera per philosophiam speculativam apprehendit atque describit homo in intellectu suo possibili totum ordinem universi immanentem et trascendentem, idest sive partium universi inter se, sive totius universi ad Deum ut ad Causam ct Finem eius: per philosophiam vero practicam imponit ordinem rationis suae facultatibus appetitivis et membris corporis exequentibus opera artis.

» *In XII, Metaph.,* lect. 12, nn. 2.629-2.631.

2 Ai.KiNDl, *Liber dc quinque essentiis,* p. 29, 11. cd. A. Nagy, Münster, 1897; Dominicus Gundissalinus, *Dc divisione philosophiae,* p. u, 21, ed. L. Baur. Münster, I9°3·

Etenim *universitas creaturarum,* quae nomine mundi venit \ est maxime atque pulcherrime ordinata; quam ob rem Pythagoras, ut fertur, eam appellavit κόσμον, ἑκ τή; ἐν αὐτω τἀξεων 1. Et inde tritum illud: *opus naturae est opus intelligentiae,* id est Dei naturam instituentis et gubernantis 3. «Ipse enim duplicem ordinem in universo instituit, principalem scilicet et secundarium. Principalis est secundum quod res ordinantur in Ipsum; et secundarius est secundum quod una iuvat aliam in perveniendo ad similitudinem divinam. Unde dicitur in XII Metaphysicorum, cap. io, quod ordo partium universi ad invicem est propter illum ordinem qui est in bonum ultimum'»l.

Nam «bonum universi consistit in duplici ordine, scilicet in ordine partium universi ad invicem, et in ordine totius universi ad finem, qui est ipse Deus: sicut etiam est in exercitu ordo partium exercitus ad invicem secundum diversa officia, et est ordo totius exercitus ad bonum ducis, quod est victoria. Et hic ordo est praecipuus, propter quem est primus ordo»6.

Cum ergo Deus omnia faciat per suam Sapientiam, cuius est omnia ordinatissime disponere, neccsse est quod «quaecumque sunt a Deo, ordinem habeant ad invicem et ad ipsum Deum»6. Et sic «duplicem ordinem Deus in suis effectibus instituit: unum quidem, quo omnia ordinamur in Ipsum...; alium vero quo effectus divini ordinantur ad invicem» 7. Et hoc modo omnia sunt «ordinata uno ordine

l *Summa thoel.,* I, q. 46, a. 1.

2 PLUTARCHUS, *De placitis philosophorum,* lib. 2, I, n. 1. Opera, cd. Didot., t. 4, p. T.080, 2-3.

3 S. TOHMAS, *De occultis operationibus naturae,* n. 8. Opuscula philosophica, cd. J. Pcerier, p. 207-208. Axioma hoc totidem fere verbis invenitur apud Simplicium, *in II Physic.,* cap. 2, cd. H. Diels., Commentaria in Aristotelem graeca, vol. IX, p. 288,29-30. Berolini, 1882. Videsis J. M. Ramirez, *Dc hominis beatitudine,* t. I, p. 240-246.

* *In III Sent.* d. 1, q. 2, a. 3c.

In II Sent., d. 44, q. 2c. Cf. *tbid.,* d. 47, a. 4c; *I contra Gent.,* cap. 78, arg. 3; *III contra Gent.,* cap. 98.

e *Summa theol.* I, q. 47, a. 4c.

Irj *Epist. S .Pauli ad Romanos,* cap. 13, lect. I.

et ad unum» \ «Ordinatio enim aliquorum non potest fieri nisi per cognitionem habitudinis et proportionis ordinatorum ad invicem, et ad aliquid altius eius, quod est finis eorum: ordo enim aliquorum ad invicem est propter ordinem eorum ad finem» 2.

Iam vero «*optimum* in omnibus entibus causatis est ordo universi, in quo bonum universi consistit», cum sit "quasi *ultima forma»* eius. Et ideo «distinctio panium universi et ordo earum est proprius effectus Causae Primae, quasi ultima forma et optimum in universo». Quia semper «id quod est optimum in rebus causatis reducitur ut in Primam Causam in id quod est optimum in causis: oportet enim effectus proportionales esse causis»3.

Quo fit, ut tota perfectio universi consistat in tali ordine immanenti partium eius inter se, ac praesertim in ordine transcedenti totius universi, sic ordinati, ad Deum ut ad Primam Causam et Finem ultimum eius. Ordo nimirum, tum staticus, quatenus essentiae rerum sunt distinctae et ordinatae; tum etiam dynamicus, prout una in aliam influit vel ad aliam ordinatur. «Quia secundum haec duo invenitur ordo in rebus, sccundun scilicet quod una est melior alia, et secundum quod una ab alia movetur»4.

Ratione igitur ordinis transcendentis totius universitatis ad Deum, «finis ultimus omnium Deus est. Sunt tamen et fines alii sub isto fine, secundum quod una creatura ad aliam ordinatur ut ad finem, imperfectiora scilicet ad perfectiora, ut materia ad formam, elementa ad mixta, plantae ad animalia, animalia ad homines... Et sic patet quod ordo universi attenditur secundum quod una creatura agit in aliam, et

l *Summa Theol.* I, 47> a· 4 ad r· Cf. a· 3 ad 3> Q- 25, a. 6 ad 3; q. 103, a. 4 ad 1.

2 *II contra Gent.,* cap. 24, arg. 3.

3 *II contra Gent.,* cap. 42› ar8· 3*^.

4 *Summa theol.,* I, q. i<>3> a· 4 ad Γ·

secundum quod una fit ad similitudinem alterius, et secundum quod una est finis alterius» [1].

Et inde sequitur quod cognoscere huiusmodi ordinem totius universitatis creaturarum inter se et ad Primam earum Causam Ultimumque Finem, id est supremam perfectionem omnium rerum, revera est ultima atque suprema perfectio ipsius animae intellectivae, quia cognoscens fit cognoscibiliter ipsum cognitum, si quidem cognoscens in actu est cognitum in actu [2]; et sic anima est quodamodo omnia entia, ἡ ψυχὴ τὰ ὄντα πως ἐστι μάντα [3] «Omnia enim quae sunt, aut sunt sensibilia aut intelligibilia. Anima autem est quodammodo omnia sensibilia et intelligibilia, quia in anima est sensus et intellectus sive scientia; sensus autem est quodammodo ipsa sensibilia, et intellectus intelligibilia, sive scientia scibilia»[4] [5] Nam «intellectum in actu et intelligens in actu sunt unum, sicut... sensibile in actu et sensus in actu sunt unum»[6].

Anima ergo «data est homini loco omnium formarum, ut sit homo quodammodo totum ens, in quantum secundum animam est quodammodo omnia, prout eius anima est receptiva omnium formarum [non quidem in esse rei, sed in esse intelligibili]. Nam intellectus est quaedam potentia receptiva omnium formarum intelligibilium, et sensus est quaedam potentia receptiva omnium formarum sensibilium» [7]. Qua de causa intellectus possibilis est *quo est omnia fieri,* agens vero *quo est omnia facere,* utique intelligibiliter sive in esse cogniti: πάντα γίνεσθαι, πάντα ποιεῖν [8]; ita quidem ut anima intellectiva per intellectum agentem «possit omnia intelligibilia *facere in actu»,* per intellectum vero possibilem «possit omnia intelligibilia *fieri in actu*»«Ipsa enim scientia speculativa et sic scibile, id est scibile in actu, est *idem»*[2].

«Et secundum hunc modum —concludit S. Thomas— possibile est *ut in* una re [creata, puta in anima intellectiva] *totius universi perfectio existât.* Unde haec est *ultima perfectio* ad quam anima potest pervenire secundum philosophos, *ut in ea describatur totus ordo universi et causarum eius; in quo etiam finem ultimum homines posuerunt»* [3].

«Et ideo quidam philosophi [4], attendentes *naturalem*

1 *Summa theol.* I, q. 47, a. 3 ad 3. Cf. ***II*** *contra Gent.,* cap. 42, arg. 4; cap. 44, arg. 1; ***III*** *contra Gent.,* cap. 98.

2 ***II*** *contra Gent.,* cap. 55, arg. 10; *Comp, theol.,* I. P., cap. 75, ed. cit., n. 130; *Summa theol.* I, q. 14, a. 2c; q. 55, a. 1 ad 2.

3 Aristoteles, ***III*** *de Anima,* cap. 8, n. 1 (III, 470, 37).

4 S. Thomas, *In* ***III*** *de Anima,* lect. 13, n. 787.

5 *In* ***III*** *de Anima,* lect. 9, n. 724.

6 *In* ***III*** *de Anima,* lect. 13, n. 790.

7 Aristoteles, ***III*** *de Anima,* cap. 5, n. 1 (III, 468, 31-32); S. Thomas, ***III*** *contra Gent.,* cap. 45; *Summa theol.,* I, q. 88, a. 1c, § sexto.

1 S. Thomas, *in* ***III*** *de Anima,* lect. 10, n. 728.

2 *In* ***III*** *de Anima,* lect. 9, n. 724.

3 *De Verit.,* q. 2, a. 2c.

4 'Dicimus ergo: perfectio animae rationalis propria est quidem ut mundus intellectualis fiat, quatenus nempe describatur in ea universi imago ordinisque intelligibilis in eo, bonitatisque in omnibus diffusae; incipiendo ab universorum principio et procedendo ad nobiles subtantias, dein ad eas quae sunt absolute spirituales, et denique ad illas spirituales pendentes aliquo modo a corporibus: postea ad corpora superiora cum suis dispositionibus et virtutibus, atque ita porro continenter progrediendo, quousque totius esse totam plenamquc imaginem in se repraesentet, ita ut ipsa [anima] mundus intellectualis evadat; nimirum intuitive percipiendo id quod absolutus splendor est, Bonum absolutum, absoluta veraque Pulchritudo, cum ipso sese coniungat, et ipsius exemplar in se impressum gerat, atque de sua substantia evadat» (Avicenna, *Metaphysices Compendium,* lib. II, tract. 1, cap. 1, n. 9, p. 230-231, ed. N. Caramc, Romae 1926).

«Ego igitur opinor ad hoc sat esse ut homo de separatis principiis veros habeat concentus, et cis sincerum ct certum assensum praebeat, eo quod ea tc.ieat ope demonstrationis; atque ut sciat causas finales rerum quae accidunt in molibus universalibus, non autem in particularibus qui infiniti sunt, atque pro certo stabilitam habeat universi dispositionem eiusque partium comparationem ad invicem, cognoscatquc ordinem a Primo Principio exordientem et ad ultima usque entia, quae illi ordini subsunt, sese protrahentem; atque ut conceptum Providentiae ct qualiter sit, habeat; certusque sit circa Essentiam quae omnia praecedit, quale sit cius esse proprium, et qualis cius unitas propria, et quomodo res cognoscat, ita ut nulla multiplicitas ipsam afficiat, ncc variabilitas ullo modo; atque quomodo cetera entia ad eam ordinentur et se habeant· *(ibid.,* n. 17, p. 236-137).

Per philosophiam speculativam «cognoscuntur dispositiones omnium quae sunt, ad hoc ut describatur in animabus nostris forma universi esse secundum ordinem suum, sicut describitur forma visibilis in speculo. Huiusmodi autem descriptio in nostris animabus est perfectio ipsarum; quoniam aptitudo animae ad recipiendum ea, proprietas est ipsius animae. Unde describi ea in anima,

perfectionem hominis, dixerunt *ultimam felicitatem* hominis in hoc consistere, quod *in anima hominis describatur ordo totius universi» x.*

Revera enim «scientia nihil aliud est quam *descriptio rerum in anima,* cum scientia esse dicatur *assimilatio* scientis ad scitum»[1], eo quod «res *imprimunt* similitudines suas in animas nostras... Unde sicut scientia nostra est sigillatio rerum in animabus nostris, ita e converso formae non sunt nisi quedam sigillatio divinae scientiae in rebus»[3]. Et ideo, cum describitur in intellectu nostro possibili ordo universi et causarun eius, reapse fit veluti iteratio quaedam et reproductio —analoga— in animabus nostris ispsius divinae Sapientiae res omnes condentis et disponentis in numero, pondere et mensura.

lit
lu

Diversimode tamen concurrunt ad huiusmodi descriptionem diversae partes philosophiae speculativae. Nam Logica concurrit docendo modum describendi et tradendo instrumenta descriptionis peragendae, cum sit ars directiva ipsius actus rationis describentis, «per quam scilicet homo in ipso actu rationis ordinate, faciliter et sine errore procedat»[4], ac «ministrat speculationi sua instrumenta, scilicet syllogismos et definitiones et alia huiusmodi, quibus in scientiis speculativis indigemus»[5].

Philosophia vero Naturalis universa cum omnibus partibus suis, adiuta per Mathematicam, detegit ordinem immanentem totius mundi adspectabilis, id est omnium partium eius inter se, cumque apprehendit ac describit in

in praesenti quidem est summa nobilitas, ct in futuro causa felicitatis» (Algazel, *Metaphysica,* P. I. praepositio prima, p. 2, 4-11: ed. J. T. Muckle. Toronto, 1933).

Algazelem exscribit Dominicus Gundissalinus, *De divisione philosophiae* ed. cit., p. 15-16.

1 *De Verit.,* q. 20, a. 3c.

1 *De Verit.,* q. 11, a. 1 obi. 11.

3 *De Verit.,* q. 2, a. 1 ad 6. Cf. Algazel, *Metaphysica,* II P. tract. 5, cap. 5, p. 189,10-20.

4 *In I Post.,* lect. 1, n.i.

6 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 2, p. 167, 18-19.

intellectu possibili. Nam hae duae partes philosophiae realis speculativae sunt proprie loquendo *scientiae,* non Sapientia. Scientia autem est de creaturis, non de Deo x. Atque tota speculatio scientiae physico mathematicae consistit in rimandis naturis rerum huius mundi sensibilis secundum earum varietatem, distinctionem, gradus perfectionis, influxus causales et habitudines consequentes, idest in detegendis legibus et principiis quibus reguntur ac ordinantur inter se. Et quidem quo magis profunde cognoscuntur, eo magis aptatae atque ordinatae comperiuntur.

Est enim «totum universum unum unitate ordinis... Haec autem unitas ordinis attenditur secundum quod quodam ordine reguntur corporalia per spiritualia, et inferiora corpora per superiora» 1. Quem quidem ordinem tam entitativum quam operativum, secundum diversos gradus perfectionis rerum et diversa genera causarum, late prosequitur S. Thomas in *Summa contra Gentiles* lib. III, cap. 77-83, 97. Et alibi dicit quod universi «partes inveniuntur ad invicem ordinatae esse quasi partes animalis in toto, quae sibi invicem deserviunt»3 4

Immo et secundum ordinem formalem rerum naturalium, idest totius universi adspectabilis et partium eius principalium, ordinat partes Philosophiae Naturalis, prout videre est in principio *Expositionis eius* super libros Aristotelis de Caelo et Mundo 1 ac de Sensu et Sensato5.

Tandem Metaphysica scrutatur ordinem transcendentem totius universi creaturarum, et partium eius inter se ordinatarum, ad Deum ut ad Primam Causam et Finem Ultimum omnium. Ordo enim causarum secundarum dependet a causa prima, at praesertim ab ultimo fine omnium, qui est causa causarum omnium. Unde et ordo immanens

1 *Summa theol.* I, q. 79, a. 9c; *I-II, q. 57, a. 2;* I 66, a. 5; II-II, q. 9, a. 2.

2 S. Thomas, *Quodlib. 6,* a 19c.

3 *In 11 Sent.* d. r, q. I, a. ic.

4 *In Aristotelis libros de Caelo et Mundo,* prooemium S. Thomae, n. 1-3.

4 *In libros Aristotelis de Sensu et Sensato, lect. 1, n. 2-6.*

mundi stat sub ordine transcendenti ipsius mundi ad Deum ut ad ultimum finem.

Ad cuius evidentiam «considerandum est quod ex omnibus creaturis constituitur totum universum, sicut totum ex partibus. Si autem alicuius totius et partium eius velimus finem assignare, inveniemus primo quidem quod singulae partes sunt propter suos actus, sicut oculus ad videndum; secundo vero quod pars ignobilior est propter nobiliorem, sicut sensus propter intellectum et pulmo propter cor; tertio vero omnes partes sunt propter perfectionem totius, sicut et materia propter formam —partes enim sunt quasi materia totius—; ulterius autem totus homo est propter aliquem finem extrinsecum [transcendentem], puta ut fruatur Deo.

Sic igitur et in partibus universi unaquaeque creatura est propter suum proprium actum et perfectionem; secundo autem creaturae ignobiliores sunt propter nobiliores, sicut creaturae quae sunt infra hominem sunt propter hominem; singulae autem creaturae sunt propter prefectionem totius universi: ulterius autem totum universum cum singulis suis partibus ordinatur in Deum sicut in finem, in quantum in eis per quamdam imitationem divina bonitas representatur ad gloriam Dei» U

Ex hoc enim fine et ad hunc finem obtinendum «praeordinavit [Deus] qua mensura deberet esse totum universum, et qui numerus esset conveniens essentialibus partibus universi, quae scilicet habent aliquo modo ordinem ad perpetuitatem: quot scilicet sphaerae, quot stellae, quot elementa, quot species rerum. Individua vero corruptibilia non ordinantur ad bonum universi principaliter, sed quasi secundario, in quantum in eis salvatur bonum speciei...2.

Inter omnes autem creaturas, principalius ordinantur ad bonum universi creaturae rationales, quae, in quantum huiusmodi, incorruptibiles sunt, et potissime illae quae

1 S. THOMAS, *Summa theol.,* I, q. 65, a. 2c.

2 «Divina sapientia est ordinativa qui, et quot ct qualiter ex eius virtute progrediantur effectus, etiam in infimis rebus* ***(III*** *contra Gent.,* cap. 76, arg. ultimum).

beatitudinem consequuntur, quae immediatius attingunt ultimum finem» \

Hunc ergo ordinem supremum perspicere ac describere in intellectu nostro per Mctaphysicam, itemque ordinem immanentem universi quatenus ei subordinatum et ab eo dependentem, est summa Sapientia et maxima perfectio quam homo assequi potest per vires suas naturales.

Quam quidem plenitudinem delineare videtur S. Thomas, scribens: «ex praemisis autem accipi potest duplicis ordinis consideratio. Quorum unus quidem dependet ex prima omnium causa, unde et omnia complectitur. Alius autem particularis, qui ex aliqua causa creata dependet, et continet illa quae causae illi subduntur. Et hic quidem multiplex est, secundum diversitatem causarum quae inter creaturas inveniuntur. Unus tamen eorum sub altero continetur, sicut et causarum una sub altera existit. Unde oportet quod omnes particulares ordines sub illo universali ordine contineantur, et ab illo descendant qui invenitur in rebus secundum quod a prima causa dependent.

Huius exemplum in politicis considerari potest. Nam omnes domestici unius patrisfamilias ordinem quemdam ad invicem habent secundum quod ei subduntur: rursus, tam ipse paterfamilias quam omnes alii qui sunt suae civitatis ordinem quemdam ad invicem habent, et ad principem civitatis; qui iterum, cum omnibus qui sunt in regno aliquo, ordinem habent ad regem»2.

Quemadmodum «in omnibus causis agentibus ordinatis ubi agitur propter finem, oportet quod fines causarum secundarum sint propter finem causae primae: sicut finis militaris et equestris et frenefactricis est propter finem civilis. Processus autem entium a Primo Ente est per actionem ordinatam ad finem... Si igitur in productione rerum sint aliquae causae secundae, oportet quod fines carum et actiones sint propter

Summa theol. I, q· 23, a· · ·

III *contra Gent.,* cap. 9S.

finem causae primae, qui est ultimus finis in rebus causatis. Hoc autem est distinctio et ordo partium universi; qui est quasi ultima forma» x.

Totumque universum sic ordinatum, ordinatur ulterius «ad id quod est extra universum», scilicet ad Deum ut ad ultimum finem absolutum et transcendentem 2. Unde sicut finis immanens universi est sub fine eius transcendenti qui Deus est, ita ordo immanens universitatis rerum creatarum est sub ordine transcendenti totius universi ad Deum ipsum. «Quantumcumque ergo multitudinem invenimus ordinatam ad invicem, oportet eam ordinari ad exterius principium.» Et ideo, si non esset ordo transcendens totius universi et panium eius ad Deum, non daretur ordo immanens partium universi inter se; sicut «si non esset ordo ad ducem, non esset ordo partium exercitus ad invicemo3.

Ex quo illud etiam sequitur, considerationem ac descriptionem ordinis immanentis totius universi et panium eius per scientias physico-mathematicas, id est per Philosophiam Naturalem coopérante Mathematica, esse viam manuducentcm ad considerandum ac describendum ordinem transcendentem totius universitatis rerum creatarum ad Deum per Metaphysicam, cuius est considerare «ultimum et universalem finem omnium. Et sic omnes aliae scientiae in eam ordinantur sicut in finem» 4.

Ac finaliter exinde oritur ac explicatur influxus causalis Metaphysicae in ceteras partes philosophiae speculativae, earumque completio per Philosophiam Primam. Quia «in agentibus ordinatis, fines agentium secundorum ordinantur ad finem agentis primi, sicut totum universum ordinatur ad bonum quod Deus est, ut Philosophus dicit in XII Metaph.,

II contra Gent., cap. 42, arg. 4.
I contra Gent., cap. 78, arg. 3. Cf. *Summa theol.* I, q. 103, a. 2c. et ad 3.
3 *De Verit.,* q. 5, a. 3c.
In I Metaph., lect. 3, n.° 59. Cf. *ibid.,* lect. 2, n.° 51.

cap. 10, quasi exercitus ad bonum ducis. Et ideo actio primi agentis est et prior et posterior.

Prior in movendo: quia actiones secundorum agentium fundantur super actionem primi agentis, quae cum sit una, communiter omnes firmans, specificatur eius effectus in hoc et in illo secundum exigentiam illius; sicut uno praecepto ducis praecipientis bellum, unus accipit gladium, alius parat equum, et sic de aliis.

Est autem posterior utendo aliorum actibus ad finem proprium: et sic omnes actiones aliorum agentium modificantur per actionem primi agentis» x.

Ita etiam Metaphysica est prior aliis partibus philosophiae speculativae in movendo, quatenus eis largitur prima sua principia et supremam directionem; simul tamen est posterior in utendo, quia illis utitur ad suum proprium finem. Ut enim ait S. Doctor, «scientiae, quae *habent ordinem ad invicem,* hoc modo se habent, quod una potest uti principiis alterius, sicut scientiae posteriores utuntur principiis scientiarum priorum, sive sint superiores sive inferiores: unde Metaphysica, quae est omnibus superior, utitur his quae in aliis scientiis sunt probata»2.

Sic autem ordinata atque perfecta in seipsa, ratio extenditur ulterius ad cetera ordinanda quae ex ea dependent, nempe agibilia et factibilia humana, per philosophiam praeficam activam et effectivam, sive moralem et technicam. Ad imitationem enim Dei condentis et ordinantis universitatem rerum, homo per rationem suam praeficam adivenit artes mechanicas, quibus res exteriores immutando et apparando fabricat. Nam «ex hoc quod ratio de actu manus ratiocinatur, adinventa est ars aedificatoria vel fabrilis, per quas homo faciliter et ordinate huiusmodi actus exercere potest»3. Unde et proloquium illud: «ars imitatur naturam in quantum potest»4.

S. Thomas, *in III Sent.* d. 23, q. 3, «· 1 qla· ic, n. 232.
2 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 4 ad 7, p. 97, 1-5.
3 *In I Post.,* lect. i,n. i.
Ibid., n. 5. Cf. /Xristoteles, *II Physic.,* cap. 2, η. *η* (II, 263, 17).

Et similiter ad imitationem Dei gubernantis naturam, humana ratio gubernat appetitum suum per prudentiam et philosophiam moralem.

Quae cun ita sint, iure homo dictus est μικροκόσμο , non solum quia in se habet *aliquid de* omni creatura, quae μακρόκοσμο; appellatur, ac proin «omnes creaturae mundi quodammodo inveniuntur in *eo»* 1 —unde et «in se gerit maioris mundi similitudinem» 2—, verum etiam quia in eius anima, per philosophiam speculativam et practicam, descriptus est ac sigillatus ordo totius universi in seipso et ad Deum, ita ut anima sit intelligibiliter ac diminute tota rerum universitas a Deo gubernata et ad Deum ordinata.

Propter quod S. Thomas profunde scribit: *wrdo universi* est finis totius creaturae; sed in homine est quaedam similitudo *ordinis universi,* unde et minor mundus dicitur, quia omnes creaturae quasi in homine confluunt», non solum in esse rei, sed etiam —et maxime— in esse intelligibili, per philosophiam. Ergo in homine, per philosophiam, est intelligibiliter totius universi et causarum eius perfectio 3.

Et iterum: «particulare autem regimen, *maxime divino regimini simile,* invenitur *in homine,* qui ob hoc *minor mundus appellatur,* quia in eo invenitur forma universalis regiminis. Nam *sicut* universa creatura corporea et omnes spirituales virtutes sub divino regimine continentur, *sic* et corporis membra et ceterae virtutes animae a ratione reguntur; et sic quodammodo se habet in homine ratio sicut Deus in mundo»4.

Quae omnia sub duplici suo respectu contrahi possunt hoc schemate:

1 *Summa theol.* I, q. 91, a. 1.

1 *De Verit.,* q. 27, a. 3 obi. 23; *De Potentia,* q. 5, a. 6 obi. 8; *De Verit.* q. 24, a. 5, arg. sed contra.

3 *In II Sent.,* d. 1, q. 2, a. 3, arg. 2 sed contra.

4 *De Regno,* lib. 1, cap. 13, cd. J. Perrier, n. 40, p. 254; Cf. *Summa theol* I-II, q. 17, a. 8 obi. 2 et resp.

D

1) *pure speculativam,* quae *considerat ordinem universi, sed non facit* —ordo a rebus ad animam—: Philosophia speculativa.....
   - a) secundum causas *superiores t* Causam efficientem Primam et Finem *Philosophia Prima.*
   - *b)* secundum causas *inferiores et Philosophia Secunda.*

2) *speculativo-practicam,* quae *considerando facit ordinem* —ordo ab anima ad alia—: Philosophia Paractica.....
   - a) in actu *proprio: Logica* = ars sp<
   - *b)* in actu *alieno,* scilicet alterius facultatis.....
     - (a) *ap*
     - ' sitiv
     - i
     - \ b) 6Λ
     - ars

t) *speculative,* mere cognoscendo vel describendo —philosophia speculativa
   - a) *directe,* describendo ipsum Ordinem totius universi.....*i* t
     - a) *tn*
     - b) *in* eius
   - b) *reflexe,* docendo artem et modurr

2) *practice,* ad dirigendum et operandum secundum ipsum —philosophia practica—.
   - a) circa *agibilia* humana: *Ethici*
   - b) circa humana *factibilia: Tech*

Et similiter ad imitationem Dei gubernantis nature, humana ratio gubernat appetitum suum per prudemhn ct philosophiam moralem.

Quae cun ita sint, iure homo dictus est μικροκόσμο , solum quia in se habet aliquid de omni creatura, μακρόκοσμο appellatur, ac proin «omnes creaturae mundi quedammodo inveniuntur in eo» 1—unde et «in se geritmakns mundi similitudinem» 2—, verum etiam quia in eius aniuu. er philosophiam speculativam et practicam, descriptus ts ic sigillatus ordo totius universi in seipso et ad Deum, h it anima sit intelligibiliter ac diminute tota rerum univerik Deo gubernata et ad Deum ordinata.

Propter quod S. Thomas profunde scribit: *wrdo untwr t* finis totius creaturae; sed in homine est quaedam simiudo *ordinis universi*, unde et minor mundus dicitur, quia anes creaturae quasi in homine confluunt», non solum esse rei, sed etiam —et maxime— in esse intelligibili. * philosophiam. Ergo in homine, per philosophiam, est riligibiliter totius universi et causarum eius perfectiol

Et iterum: «particulare autem regimen, *maxime dim mini simile,* invenitur *in homine,* qui ob hoc *minor* mundus *illatur,* quia in eo invenitur forma universalis regiminis *sicut* universa creatura corporea et omnes spirituales ites sub divino regimine continentur, *sic* et corpora ibra et ceterae virtutes animae a ratione reguntur, « luodammodo se habet in homine ratio sicut Deus in do»4.

uae omnia sub duplici suo respectu contrahi possum chemate:

'urnma theol. *I, q.* 91, a. x.

e Verit., q. 27, a. 3 obi. 23; *De Potentia,* q. 5, a. 6 obi. 8; *De* Keil. 5, arg. sed contra.

***II** Sent.,* d. 1, q. 2, a. 3, arg. 2 sed contra.

' Regno, lib. I, cap. 13, ed. J. Perrier, n. 40, p. 254; Cf. *Summa thtd* 7, a. 8 obi. 2 et resp.

I)

1) *pure speculativam,* quae *considerat ordinem universi, sed non facit* —ordo a rebus ad animam—: Philosophia speculativa.....

2) *speculativo-practicam,* quae *considerando facit ordinem* —ordo ab anima ad alia—: Philosophia Paractica.....

a) secundum causas *superiores et universalissimas,* maxime secundum Causam efficientem Primam ct Finem ultimum, qui Dseus est: *Methaphysica — Philosophia Prima.*

b) secundum causas *inferiores et particulares: Physica et Mathematica Philosophia Secunda.*

a) in actu *proprio: Logica* = ars speculativa —liberalis—.

b) in actu *alieno,* scilicet alterius facultatis.....

I a) *appetitivae* —voluntatis et appetitus sensitivi—: *Ethica.*

b) *exeeutivae per* membra corporis: *Technica* ars practica mechanica —servilis—.

II)

1) *speculative,* mere cognoscendo vel describendo —philosophia speculativa

a) directe, describendo ipsum ordinem totius uni-.....

a) transcendentem, ad Deum: Aletaphystca.

b) ímmanentem in ipso universo ct partibus cius: *Physica et Mathematica.*

b) *reflexe,* docendo artem ct modum describendi: *Logica.*

2) *practice,* ad dirigendum ct operandum secundum ipsum —philosophia practica—.

°) circa *agibilia* humana: *Ethica.*

b) circa humana *factibilia: Technica.*

Post ordinationem sive organizationcm partium Philosophiae, pertinet tertio ad Metaphysicam, veluti ceterarum partium gubernatricem, illis omnibus largiri principia quibus officium suum implere valeant, quia gubernantis est gubernatis «praebere facultatem ad implendum» ea quae ipsis ab eo commissa sunt \

Indigent enim omnes scientiae primis principiis quorum termini sunt universalissimi et in omnium notitia, sicut ens, unum, totum, pars et alia huiusmodi. Quae tamen in tota sua extensione et virtute sunt propria Mctaphysicae, cuius est considerare ens in quantum ens. Et ideo «*huiusmodi principia omnes scientiae accipiunt a Metaphysica,* cuius est considerare ens simpliciter et ea quae sunt entis»1.

Qua de causa «dicitur etiam Philosophia Prima, in quantum aliae *omnes scientiae ab ea sua principia accipientes,* eam consequuntur»3. «Et exinde etiam est quod *ipsa largitur principia omnibus aliis scientiis,* in quantum intellectualis consideratio est principium rationalis, propter quod dicitur Prima Philosophia: et nihilominus ipsa addiscitur post Physicam et ceteras scientias, in quantum consideratio intellectualis est terminus rationalis. Propter quod dicitur Metaphysica quasi trans Physicam, quia post Physicam resolvendo occurrit»4.

Quia igitur tota vis scientiae stat in principiis eius, ideo *('Sapientia dirigit* [ac gubernat] *omnes alias scientias, dum ab ea omnes aliae sua principia *upponunt* 5. Et quidem in genere causae efficientis, quia et principia sunt causae efficientes cognitionis conclusionum c. Unde Metaphysica largiens principia et directionem aliis Philosophiae partibus, est primo movens eas ad proprium munus exercendum,

1 *Summa theol.* I, q. 108, a. 6c.

* *In I Post.,* Icet. 5, n. 7. «Et ab ca aliae scientiae huiusmodi principia; accipiunt» *(In XI Metaph.,* lect. 1, n. 2.151). Cf. *De Verit.,* q. 9, a. I ad 3; *in* /1z *Metaph.,* lect. 5, nn. 590-595; *in I Post.* lect. 20, n. 4.

3 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. ic, p. 166, 4-6.

* *Op. cit.,* q. 6, a. I qla. 3c, p. 212,19-25.

4 *In VI Ethic.,* lect, 6, n. 1.184.

* *In I Post.,* lect. 3» n. 1.

«quasi principatum executionis habens», sicut et habeba: principatum directionis x.

Et inde sequitur, quarto, defensio principiorum huiusmodi contra negantes, quia ad gubernantem pertinet defendere gubernatos contra impugnantes, ac removere impedimenta quibus eos a recta executione iniuncti operis vetare conantur 2.

Eo vel magis, quia «eiusdem est unum contrarium prosequi et aliud refutare: sicut medicina, quae sanitatem operatur, aegritudinem excludit. Unde sicut Sapientis est veritatem praecipue de primo principio meditari et aliis disserere, ita eius est falsitatem contrariam impugnare»3.

Est ergo officium metaphysici veritatem dicere de primis principiis, et falsitatem sophistarum ea impugnantium patefacere4. «Philosophus enim Primus —ait S. Thomas- debet disputare contra negantes principia singularium scientiarum, quia omnia principia firmantur super hoc principium, quod affirmatio et negatio non sunt simul vera, et quod nihil est medium inter ea. Illa autem sunt propriissima huius scientiae, cum sequantur rationem entis, quod est huius Philosophiae primum subiectum»5.

Et alio in loco: «considerandum est in scientiis philosophicis quod inferiores scientiae nec probant sua principia, nec contra negantem principia disputant, sed hoc relinquunt superiori scientiae. Suprema vero inter eas, scilicet Metaphysica, disputat contra negantem sua principia si adversarius aliquid concedit: si autem nihil concedit, non potest cum eo disputare, potest tamen solvere rationes ipsius» e.

«Nam ab ipsa omnes aliae dependent, utpote ab ipsa

l *Comp. theol.,* I. P., cap. 126, n. 249.
l *Ibid.*
• *I contra Gent.,* cap. 1.
4 Aristoteles, *De sophisticis elenchis,* cap. 1, n. 6 (1,277,6-8).
.. *In IV Metaph.* lect. 17, n. 736. Cf. *in II Physic,* lect. 2, nn. 7-8.
8 *Summa theol.,* I, q. 1, a> gc.

accipientes sua principia ct directionem contra negantes principia» [*] «Nunquam enim inferior potest examinare et iudicare ea quae sunt superioris, sicut sensus non potest examinare ea quae sunt intellectus» [1]. Sed «in omni iudido ultima sententia pertinet ad Supremum iudicatorium: sicut videmus in speculativis quod ultima sententia de aliqua propositione datur per resolutionem ad prima principia. Quamdiu enim remanet aliquod principium altius, adhuc per ipsum potest examinari id de quo quaeritur: unde adhuc est suspensum iudicium quasi nondum data finali sententia»[3]. Ipsa namque «de omnibus iudicat: et non solum quantum ad conclusiones, sed etiam quantum ad prima principia»[4].

Quapropter S. Doctor tradit Sapientiam non solum comprehendere, verum etiam excedere intellectum prin-cipiorum, «secundum quod ex principiis nogotiatur circa altissima et difficillima, et de his etiam quodammodo ordinat, in quantum reducit omnia ad unum principium, et eius est disputare contra negantes ipsa»[5].*

Postremo, Metaphysica utitur ceteris partibus Philoso-phiae, ab ea iam ordinatis, iudicatis et approbatis, ad suum proprium finem assequendum, quantenus omnes pro suo quoquo modo necesariae nobis sunt ad assurgendum in Deum, cuius cognitio est finis ultimus totius vitae et totius humanae Philosophiaee. Nam, «cum perfectio hominis consistat in coniunctione ad Deum, oportet quod homo ex omnibus quae in ipso sunt, quantum possibile est, ad divina adnitatur, ut intellectus contemplationi et ratio inquisitioni divinorum vacet»[7].

1 ***III*** *contra Gent.,* cap. 25, arg. 6.
a *In I cor.,* cap. 2, lect. 3.
' *Summa theol.,* I-II, q. 74, a. 7c.
4 *Ibid.,* q. 57, a. 2 ad 1. Cf. *ibid,* ad 2.
5 ***In III*** *Sent.* d. 35, q. 2, a. 1, qla. x ad 1, n. 114. Cf. *Summa theol.,* I-II, q. 66, a. 5 ad 4.
• *111 contra Gent.,* cap. 25, arg. 6.
7 *In librum Boethii de 'l nnitatc,* q. 2, a. ic, p. 82, 8-xx.

Eo cnim ipso quod Metaphysica est de ultimo fine transcendenti totam universitatem rerum, ipsa est architectonica et imperatrix respectu ceterarum partium Philosophiae, quae ideo famulae sunt et ancillae eius, ac proin ei servientes atque exequentes praecepta et ordinationes eius \

Quia ergo Metaphysica «imperat omnibus aliis scientiis tamquam principalis», sequitur «quod ipsa *utitur in obsequium sui omnibus aliis scientiis quasi bassallis.* Sicut patet in omnibus artibus ordinatis, quarum finis unius est sub fine alterius, sicut finis pigmentariae artis, qui est confectio medicinarum, ordinatur ad finem medicinae, qui est sanitas; unde medicus imperat pigmentario, et utitur pigmentis ab ipso factis, ad suum finem» 1.

Itaque «*Philosophia Prima utitur omnium scientiarum documentis ad suum propositum ostendendum*... Nam in doctrina Philosophiae, quae creaturas secundum se considerat et ex eis in Dei cognitionem perducit, prima est consideratio de creaturis et ultima de Deo» 3. «Philosophi enim, qui naturalis cognitionis ordinem sequuntur, praeordinant scientiam de creaturis Scientiae Divinae, scilicet Naturalem Metaphysicae» 4: quia «primum in intentione est ultimum in exeeutione»5. «Unde etiam philosophi ultimum tempus vitae suae reservabant, ut dicitur, ad contemplandum divina, praecedens tempus in aliis scientiis expendentes, ut ex illis habiliores fierent ad considerandum divina» ·.

Videmus namque quod «in omnibus causis agentibus ordinatis illud quod est ultimum in generatione et primum in intentione est proprius effectus Primi Agentis:sicut forma domus, quae est proprius effectus aedificatoris, posterius provenit quam praeparatio caementi et lapidis et lignorum,

1 *In XII libros Metaphysicorum Aristotelis,* prooemium S. Thomae; *tn I Metaph.* lect. 2, nn. 41-42, 50; lect. 3, nn. 58-59.
2 *In I Sent.,* prolog., a. ic.
3 *II contra Gent.,* cap. 4.
1 *In librum Boethii de Trinitate,* prolog. S. Thomae, p. 46, 4-6.
6 *Quodlib.* 8, a. 2 ad 1; De *Potencia,* q. 7, a. 2 ad 10.
In III Sent. d. 35, q. χ, a. 2j qja. 3c> n. Cf ibid } d> 24> a 3> q)a L

quae fiunt per artifices inferiores, qui subsunt aedificatori» [1].

Qui quidem collaborant ad construendam domum in quantum unum quodammodo sunt, scilicet in quantum adunantur sub ordinatione architecti, et in quantum uniuntur in participando motum et virtutem praecepti eius [2]. Unificantur ergo et ordinantur in collaboratione activa et in usu passivo sub imperio et directione architecti active utentis eis. Et simile accidit in partibus Philosophiae respectu Metaphysicae.

1 *III contra Gent.*, cap. 66, arg. 2. ad r, nn. 88-89.
2 *Ibid.*, arg. 1.

CAPUT III

DE ORDINE PARTIUA4 PHILOSOPHIAE SECUNDUM EIUS CAUSAM EXEMPLAREM.

Postremo videnda est analogia attributionis intrinsecae sive ordo partium Philosophiae secundum causam cius exemplarem, idest ab uno ad unum simul.

Est autem duplex causa exemplaris Philosophiae, proportionalis duplici ordini universi: alia immanens, intra ipsam Philosophiam; et alia transcendens, extra Philosophiam ipsam. Et haec est principalis et maxime talis, quia est exemplar primigenium totius Philosophiae et omnium partium eius, dum immanens est exemplar derivatum et respectu panium Philosophiae secundariarum tantum.

Exemplar ergo archetypum et transcendens totius humanae Sapientiae sive Philosophiae est Sapientia Divina vel increata ipsius Dei, cuius Sapientia nostra est debilis quaedam ac imperfecta participatio: «sapientia, qua formaliter sapientes sumus, est participatio quaedam divinae Sapientiae» «Constat enim quod scientia sua est causa per modum efficientis et *exemplaris* omnium scientiarum»1.

Eam tamen imitari debet quantum potest. Quia sicut

1 *Summa theol.* **II-II**, 9· 23* a· 2 i. Cf. **I**, q. 93, a. 2 ad *4.*
2 *In I Sent.* d. 38, a. ic.

«quaelibet creatura movetur ad hoc quod Deo assimilitiir plus ct plus quantum potest», ita «etiam humana mens semper debet moveri ad cognoscendum de Deo plus et plus secundum modum suum»x. Homo igitur «dicitur sapiens in quantum imitatur Divinam Sapientiam»1.

Atqui Sapientia Divina, una et unica existens, est simul et eminenter speculativa et practica. Speculativa quidem primo et principaliter, quia primo et principaliter est de scipso prout est in se, de quo «habet scientiam speculativam tantum —ipsa enim operabilis non est—»: practica vero per posterius et secundario, quatenus se extendit ad creaturas ab eo productas per creationem, et gubernatas3. Et sic «Dei scientia, Dei quidem est cognoscitiva tantum, creaturarum autem cognoscitiva et factiva»4.

Ergo et Sapientia humana quae est Philosophia, utpoie exemplata a divina Sapientia, debet esse simul speculativa et practica; per prius tamen speculativa quam practica.

Quod quidem convenit Philosophiae divisim et imperfecte; quia quae in Deo sunt plenissime et unite, in creaturis sunt divisa et imperfecta5. «Ita enim est in omnibus, quod perfectiones quae attribuuntur inferiori per multa, superiori attribuuntur per unum: sicut imaginatio una est virtus omnium sensibilium cognoscitiva, quae tamen sensus percipit per diversas virtutes» °.

1 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. i ad 7, p. 84, 23-26.

2 *In **I** Sent.,* d. *2,* a. 20.

3 *Summa theol.* I, q. 14, a. *16c,* et ad arg. sed contra. Cf. I-II, q. 3, a. 5 ad 1; *in **I** Sent.,* prologus S. Thomae.

4 *Op. cit.,* I, q. 34, a. 3c.

6 «Quae in creaturis sunt diversa, in Deo propter summam simplicitatem sunt unum* (In I Sent. d. 2, a. 2C.): «ea quae in aliis sunt ut plura, in co sum unum* *(ibid,* ad 1); «ea quae sunt multipliciter et divisim in aliis, in ipso sum simpliciter et unite» *(Summa theol.,* q. 13, a. 4 ad 3) «Quod enim cst in supremo unitum, multiplex in infimis invenitur» ***(III** contra Gent.,* cap. 19), «Quanto aliqua cognitio cst altior, tanto cst magis universalis ct minus multiplex» *(In **III** sent.* d. 34, q. j, a. 2, arg. 1 sed contra n. 47).

® *In **II** dc Caelo et Mundo,* lect. 13, n. 8. Cf. *Summa theol.* I, q. 1, a. 3, art. *2;* a. 4 c; *in Evangelium secundum Joannem,* prolog. S. Thomae, n. 9.

Et propter hoc alia genere est Philosophia speculativa et alia philosophia practica.

Est autem per prius speculativa, quam practica: tum quia purior et perfectior est in ratione Sapientiae, cum quaeratur propter seipsam, et ideo magis participat de Sapientia Divina —nam quod perfectius et purius est, magis accedit ad Deum, cumque magis imitatur, qui fons est et principium omnis puritatis et perfectionis—; tum etiam quia magis directe conformatur divinae Sapientiae, praesertim cum versatur circa ipsum Deum, dum practica versatur circa agibilia vel factibilia humana. Nam assimilatio ad Sapientiam Divinam per Theologiam Naturalem est directa vel secundum informationem, ac proin secundum attributionem ad unum: at vero assimilatio ad eam per Philosophiam practicam est potius indirecta et secundum proportionalitatem diversorum ad diversa, quatenus sicut Sapientia Divina ut practica est causa rerum creatarum, ita nostra Philosophia ut practica est causa humanorum agibiEum et factibilium 1. Deus enim «de rebus creatis scientiam quasi practicam habet, ad modum scientiae artificis» 2, «quia divina scientia comparatur ad res ab ipso productas, sicut scientia artificis ad res artificiatas»3.

lure ergo S. Thomas scribit: «in cognitione qua mens ipsum Deum cognoscit, mens ipsa Deo conformatur, sicut omne cognoscens in quantum huiusmodi assimilatur cognito. Maior autem est similitudo quae est per conformitatem, ut visus ad colorem, quam quae est per analogiam [proportionalitatem], ut visus ad intellectum, qui similiter ad sua obiecta comparantur»4.

Rursus Philosophia speculativa non solum est circa ipsum

1 Cf. *Summa theol.* I-II, q. 3, a. 5 ad 1; Ramirez, in h. 1. *(De hominis beatittidine,* t. III, p. 230-233).

2 *In I Sent.,* d. 39, q· 2, ad Ic·

3 *II contra Gent.,* cap. 26, arg. 5. Cf. *Icontra Gent.,* cap. 66, arg. 2; *De Verit.,* q. 2, a. *5c; Qttodlib. 5,* a. 2c; *Quodhb. 8,* a. ic; *Surmna theol.* I-II, q. 93, a. ic.

4 *Dc Verit., q.* 10, a. *qc.*

Deum, ut scientia speculativa divina, verum etiam circa res a Deo creatas, quia earum esse non pendet a scientia nostra, sed ei praesuponitur. Qua de causa, philosophia nostra speculativa subdividitur in scientiam de Deo —quae est Philosophia Prima vel Theologia Naturalis— et in scientiam de creaturis quae continentur in hoc mundo adspectabili —quae est philosophia secunda sive Philosophia Naturalis.—.

Ut enim ad rem dicit S. Thomas, «tot sunt partes Philosophiae [speculativae] quot sunt partes substantiae, de qua dicitur principaliter ens et unum, et de qua principalis est huius scientiae [Metaphysicae] consideratio et intentio.

Et quia partes substantiae sunt ordinatae ad invicem —nam substantia immaterialis est prior substantia sensibili, naturaliter—, ideo necesse est inter partes Philosophiae esse quamdam Primam. Illa tamen, quae est de substantia sensibili [philosophia Secunda], est prima ordine doctrinae, quia a notioribus nobis oportet incipere disciplinam» \

Porro est evidens Philosophiam Primam, maxime in illa parte quae speculatur ipsum Deum, esse primo exemplatam a scientia divina speculativa eique maxime assimilatam, quantum naturaliter possibile est, quia utraque versatur circa idem obiectum: «ipsa autem scientia speculativa et sic scibile, idest scibile in actu, est idem» intelligibiliter 1 Unde et imago Dei invenitur in anima nostra praecipue ac verissime, secundum quod actu et explicite cognoscit Deum 3. Speculatio ergo metaphysica de Deo est, in ordine naturali, «simillima divinae speculationi», quam Deus habet de Se Ipso 4.

Philosophia vero Secunda, cum sit de rebus creatis, et quidem sensibilibus et corporalibus, non exemplatur directe et immediate ab ipsa divina Sapientia, sed ab effectibus eius,

1 *In IV Metaph.,* lect. 2, n. 563.
2 *In III de Anima,* lect. 9, n. 724.
3 *In 1 Sent.,* d· 3, q· 4, a. 4c. et ad 2.
4 *In X Ethic.,* Icct. 12, n. 2.123.

qui revera eam imperfecte ac diminute efferunt ac repraesentant. Scientia enim nostra est sigillatio quaedam rerum in intellectu nostro possibili: res autem ipsae creatae sunt sigillatio quaedam divinae scientiae in ipsis x. Nec tamen per modum imaginis proprie dictae, sed potius per modum cuiusdam vestigii 2.

Ipse ergo ordo universi nobis refert utcumque divinam Sapientiam Creatoris, ita ut per rerum speculationem possimus aliquo modo detegere Sapientiam Dei. Sunt enim veluti via quaedam et scala per quas in Dei cognitionem ascendere possumus; «ut scilicet, quia omnes rerum perlectiones quodam ordine a Summa rerum vertice Deo descendunt, ipse [homo], ab inferioribus incipiens et gradatim ascendens, in Dei cognitionem proficiat; nam et in corpotalibus motibus eadem est via qua descenditur et ascenditur, ratione principii et finis distincta.

Praedicti autem descensus perfectionum a Deo duplex est ratio. Una quidem ex parte primae rerum originis: nam divina Sapientia, ut perfectio esset in rebus, res produxit in ordine, ut creaturarum universitas ex summis rerum et infimis compleretur

Alia vero ratio ex ipsis rebus procedit. Nam, cum causae sint nobiliores effectibus, prima quidem causata deficiunt a Prima Causa, quae Deus est, quae tamen suis effectibus praeeminent; et sic deinceps, quousque ad ultima rerum perveniatur.

Et quia in summo rerum vertice Deo perfectissima unitas invenitur; ct unumquodque, quanto est magis unum, tanto est magis virtuosum ct dignius: consequens est ut quantum a primo principio receditur, tanto maior diversitas et variatio inveniatur in rebus. Oportet igitur processum emanationis a Deo uniri quidem in ipso principio, multiplicari autem secundum res infimas ad quas terminatur. Et ita, secundum diversitatem rerum, apparet viarum diversitas,

1 *De Verit.,* q. 2, a. 1 ad 6: «Sicut res creatae per suas perfectiones aliqualiter, licet deficienter, Deo assimiiantur, ita et intellectus noster harum perfectionum speciebus informatur. *(De Pot.* q. 7, a. 5c.).

« *Summa theol.,* I, q· 45> a· 7·

quasi ab uno principio inchoatarum et terminatarum ad diversa.

Per has igitur vias intellectus noster in Dei cognitionem ascendere potest; sed, propter debilitatem intellectus nostri, nec ipsas vias perfecte cognoscere possumus»1. Haec tamen cognitio sufficiens est ut existentiam Dei, qua Primam rerum causam et Finem Ultimum omnia sapientissime ordinantem et gubernatem, omnimoda certitudine demonstrare valeamus. Quia «cum creatura exemplariter procedat a Deo sicut a causa quodammodo simili secundum analogiam, eo scilicet quod quaelibet creatura eum imitatur secundum possibilitatem naturae suae, ex creaturis potest in Deum deveniri tribus illis modis quibus dictum est, scilicet per causalitatem, remotionem et eminentiam»2.

Sunt enim creaturae visibiles huiusce mundi adspectabilis veluti liber quidam, in quo scripta est digito Dei ordinatio divinae Sapientiae eas condentis et gubernantis. Nam sicut unus homo alteri manifestat conceptum suum interiorem per aliqua signa exteriora et visibilia, puta per scripturam, ita Deus manifestat hominibus Sapientiam suam per sensibiles creaturas quasi per signa quaedam exteriora, videlicet «exterius proponendo visibiles creaturas, in quibus, sicut in quodam libro, Dei cognitio legeretur»3. «Sicut enim ars manifestatur per artificis opera, ita et Dei Sapientia manifestatur per creaturas» '. «*Scribit,* quia iudicia suae sapientiae imprimit in irrationalibus creaturis... Sicut enim respiciens librum cognoscit sapientiam scribentis, ita cum nos videmus creaturas cognoscimus sapientiam Dei»5.

Hanc autem scripturam Dei insculptam in mundo isto sensibili, legit ac interpretatur homo per Philosophiam Naturalem, adiutam, ubi opus fuerit, Mathematica. Logica vero docet modum legendi, quasi Grammatica quaedam Philosophiae.

1 *IV contra Gent.,* cap. i.
2 *In I Sent.* d. 3, q. 1, a. 3c.
' *In kpùtolam S. Paulii ad Romanos,* cap. 1, lect. 6.
4 *Ibid,*
6 *In Psalm. 44,* cd. cit., fol. 56ra.

Et secundum hoc optime intelligitur quare Metaphysica respondeat animae nostrae secundum faciem suam superiorem ct in quantum est spiritus, ac proin rationi superiori prout maxime est intellectus: dum e contra Philosophia Naturalis cetcracque partes Philosophiae speculativae ei subservientes vel adiuvantes, respondent, animae nostrae secundum faciem inferiorem et in quantum est anima, idest animans corpus, atque ideo rationi inferiori prout reduplicative est ratio et rationabiliter procedens. Nam rationi superiori, prout versatur circa divina conspicienda, ac proinde ut speculativae vel contemplativae ipsius Dei, attribuitur Sapientia —Metaphysica— et imago Dei; inferiori vero, quae versatur circa creata, attribuitur scientia x.

Similiter philosophia practica geminatur in nobis, cum tamen in Deo Sapientia ut practica sit omnino una et unica. Per eamdem enim Sapientiam Deus condidit et regit universa. Nos autem per philosophiam activam regimus appetitum et actiones nostras, sed per philosophiam factivam producimus vel fabricamus opera artis. Ad res vero naturales totius universi non extenditur virtus productiva neque gubernativa hominis. Et ideo in ratione practica et in philosophia eam perficiente non datur imago Dei directe exemplata per informationem vel conformitatem, sicut in ratione superiori speculativa et in Metaphysica eam perficiente; sed tantummodo similitudo quaedam proportionalis, in quantum sicut Deus se habet ad creaturas, creando eas et gubernando, ita homo se habet ad quasdam res exteriores fabricando et ad affectus eius interiores regendo et gubernando.

Nimirum, ut ait S. Thomas, «sicut universa creatura corporea et omnes spirituales virtutes sub divino regimine

l «Superiori rationi attribuitur sapientia, inferiori vero scientia» *(Summa theol.,* I, q. 79, a. 9c. in fine). 'Et secundum hoc dicitur imago ad superiorem et non ad inferiorem rationem pertinere» *(De luerit.,* q. 15, a. 2 ad 1), «Ratio [superior] comprehendit imaginem secundum cognitivam tantum», idest secundum quod est speculativa, «quia obicctum imaginis non est aliquid operabile a nobis» *(In II Sent,* d, 24, q. *2,* a. 2 ad 3). Cf. pro distinctione inter rationem superiorem et inferiorem, *De l cnt.* q. 15, a. 2c, circa finem.

continentur, sic et corporis membra et ceterae virtutes animae a ratione reguntur: et sic quodammodo se habet in homine ratio sicut Deus in mundo»[1].

Sic ergo «similitudo praedicta intellectus praefici [et philosophiae practicae] ad Deum [et Dei sapientiam practicam] est secundum proportionalitatem, quia scilicet habet se ad suum cognitum sicut Deus ad suum»[2].

Exemplatur igitur philosophia practica a sapientia divina practica minus perfecte quam philosophia speculativa a divina Sapientia speculativa.

Quo fit, ut in participatione sapientiae humanae a Sapientia Divina et in assimilatione ad ipsam ut ad exemplar prototypum, habeatur talis ordo descensus a maiori ad minus:

a) Metaphysica;
b) Philosophia Naturalis, una cum philosophia mathematica;
c) Philosophia Rationalis vel instrumentalis;
d) Philosophia activa —Ethica practica;
e) Philosophia factiva —technologia.

Insuper, sicut creatio et gubernatio rerum omnium, quae sunt opera Sapientiae Divinae practicae, ordinantur ad Ipsum Deum, cuius Ipse habet scientiam speculativam, sicut in finem; ita philosophia practica ordinatur ad speculativam sicut ad finem; videlicet factiva ad activam, utraque ad speculativam, Logica ad Philosophiam Secundam —Naturalem ct Mathematicam— et Philosophia Secunda ad Philosophiam Primam, prout maxime est de ipso Deo. «Et sic —concludit S. Thomas— omnes aliae scientiae in eam ordinantur sicut in finem» [3].

1 *De regno,* lib. I, cap. 13, n. 40.

2 *Summa theol.,* I-II, q. 3, a. 5 ad r. Cf. *ibid.,* q. 17, a. 8 obi. 2 et resp.; *v; I Sent.,* d. 3, q. 3, a. 1 ad 4; *tn 11 Sent.,* d. 16, a. 3c; *Summa theol.,* I, q. 93, a. 3c.

3 *In I Metaph.,* lect. 3, n. 59.

Exemplar vero derivatum et immanens est Metaphysica respectu ceterarum partium Philosophiae. Ut enim patet ex hucusque dictis, Philosophia Prima est maxima et perfectissima inter omnes partes Philosophiae. Atqui «in quolibet genere, quod est perfectissimum est exemplar et mensura omnium quae sunt illius generis»quia «semper id quod est perfectissimum est *exemplar* quod imitantur minus perfecta» [2]. Metaphysica ergo est exemplar et mensura ceterarum partium Philosophiae.

Quapropter Rogerius Baco iure scribit: «haec scientia regula est aliarum, quia *ad eius imitationem et similitudinem omnes aliae formantur* [3]; domina, quia administrat aliis quae indigent, sicut dominus ministrat servo suo necessaria ad vivendum; magistra, quia docet et verificat principia aliarum»[4].

Et similiter S. Thomas: «per prima aliquis regulatur, sicut metaphysicus alias scientias» [5]. Spectat namque ad rationem superiorem speculativam, cum sit Sapientia; et ideo est exemplar, mensura et regula ceterarum partium Philosophiae, quae sunt mere scientiae, et ad rationem inferiorem pertinent. «Unus enim habitus est regulathus alterius; sicut patet in scientiis speculativis, quod omnes scientias Sapientia, scilicet Metaphysica, dirigit. Ita etiam ratio superior in-

1 S. Thomas, *III contra Gent.,* cap. 24, circa finem. «In unoquoque genere est aliquid perfectissimum in genere illo, ad quod omnia quae sunt illius generis mensurantur: quia ex eo unumquodque ostenditur magis vel minus perfectum esse, quod ad mensuram sui generis magis vel minus appropinquat; sicut album dicitur esse mensura in omnibus coloribus, ct virtuosus inter omnes homines» *(I contra Gent.,* cap. 28, arg. 5). Cf. *in I Sent.* d. S, q. 41, a. 2 ad 3.

2 *Summa theol.* III, q. 56, a. 1 ad 3,

3 In textu legitur, *firmantur:* at vero contextus postulat et legatur, *formantur.*

4 *Quaestiones alterae supra libros Primae Philosophiae Aristotelis:* Opera hactenus inedita, fasc. 11, ed. R. Stccle et F. Delome, p. 25-26. Oxford, 1932.

6 *In Isaiam,* cap. II. cd. cit., fol. i6vb.

feriorem dirigere dicitur» Quia «semper oportet quod superiora sint inferiorum regula» [1].

Ceterae ergo partes philosophiae imitantur Mctaphysicam pro modo et possibilitate uniuscuiusque; quia «ita se habet naturalis ordo rerum, quod ea quae sunt inferiora in entibus *imitantur* ea quae sunt superiora secundum suum posse»[3].

Et confirmatur ex hucusque dictis. Philosophia enim habet plures partes. Aliunde, cum philosophia sit essentialiter opus rationis, et quidem maximum, praedictae partes necessario debent esse ordinatae, quia rationis est ordinare [4]. Secus, in ipso opere maximo rationis esset deordinatio et confusio; quia «ubicumque est pluralitas sine ordine, ibi est confusio»[5], quae irrationabilitatem et inintelligibilitatem redolet.

Atqui «ordo semper dicitur per comparationem ad aliquod principium»[e], quod est primum inter ea quae ordinantur, et ratio totius ordinationis ceterorum. Cum igitur Metaphysica sit prima et principalis pars totius Philosophiae, ipsa debet esse ratio et regula et mensura totius ordinationis ceterarum partium.

Quam ob rem S. Thomas agregie scribit: «sicut docet Philosophus in Politicis suis, quando aliqua plura ordinantur ad unum, oportet unum eorum esse regulam sive regens, et alia regulata sive recta. Quod quidem patet in unione animae et corporis; nam anima naturaliter imperat, et corpus obedit. Similiter etiam inter animae vires: irascibilis enim et concupiscibilis naturali ordine per rationem reguntur.

1 *In II Sent.,* d. 24, q. *2,* a. 2 ad 4.

2 *In III Sent.,* d. 35, q. 2, a. 1 qla. 2c, n. 117.

3 *In I Cor.,* cap. 11, lect. 1. «Naturaliter inferiora tendunt in similitudinem superiorum» *(In Hcbr.* cap. 8, lect. i).

4 «Processus scientiarum est opus rationis, cuius prroprium est ordinare» *(In libros Aristotelis de Caelo et Mundo,* proocm. S. Thomae, ɳ. I).

In I Sent. d. 20, a. 3, arg. 1 sed contra; *Summa theol.* I, q. 42, a. 3, arg. sed contra.

e *Summa theol.* I, q. 42, a. 3c.

Omnes autem scientiae et artes ordinantur in unum, scilicet *ad hominis perfectionem,* quae est eius beatitudo. Unde necesse est quod una earum sit aliarum omnium rectrix, quae nomen Sapientiae recte vindicat. Nam Sapientis est ordinare.

Quae autem sit haec scientia et circa qualia, considerari potest si diligenter respeciatur quomodo est aliquis idoneus ad regendum. Sicut enim, ut in libro praedicto Philosophus dicit, homines intellectu vigentes, naturaliter aliorum rectores et domini sunt; homines vero qui sunt robusti corpore, intellectu vero deficientes, sunt naturaliter servi: ita scientia debet esse naturaliter aliarum regulatrix, quae maxime intellectualis est. Haec autem est quae circa maxime intelligibilia versatur», scilicet Metaphysica, quae dicitur «Philosophia Prima, inquantum primas rerum causas considerat» x.

Omnes ergo partes philosophiae ordinantur ad Metaphysicam ut ad finem et perfectionem earum et ab ea reguntur; quam et imitari conantur pro suo quoquo modo 2.

Quae vero sit huiusmodi imitatio, ex munere praecipue et exemplaritate Metaphysicae pensada est. Hoc autem est beatitudo formalis naturalis, quae est summa perfectio naturalis quam homo assequi potest. Nam proprius et summus actus sapientiae naturalis sive Metaphysicae est demonstrative cognoscere Deum ut primam causam et ultimum finem totius universi, ac specialiter ipsius animae rationalis qua homo; quod est certo attingere ac firmiter assequi beatitudinem naturalem obiectivam. Haec est ratio propria et specifica Aletaphysicae, et consequenter ratio ultima ac sensus profundus totius Philosophiae. Ad hanc enim ordinatur tota cognitio philosophica, quae ex rationibus creaturarum procedit 3: «ipsaque Prima Philosophia tota ordinatur

1 *In XII libros Metaphysicorum Aristotelis,* prooem. S. Thomae, initio et fine.

« *III contra Gent.,* cap. 25, arg. 6.

3 *Iu I Sent.,* prolog, a. xc; *I contra Gent.,* cap. 4.

ad Dei cognitionem sicut ad ultimum finem, unde scientia divina nominatur» [1].

Haec ergo tria invicem se consequuntur: appetere beatitudinem naturalem, appetere propriam perfectionem, et appetere scientiam consummatam usque ad resolutionem in Primam omnium Causam. Est enim scientia perfectio hominis in quantum homo, idest rationalis vel intellectualis naturae: beatitudo vero formalis est summa perfectio naturae intellectualis, quia consistit «in perfectissima operatione habentis rationem et intellectum; intellectus autem perfectissima operatio est in contemplatione altissimi intelligibilis, quod Deus est. Unde tam Dei quam Angeli, quam etiam hominis, ultima felicitas et beatitudo Dei contemplatio est, non solum secundum sanctos, sed etiam secundum philosophos» [2]. Et ita «omnes, qui recte senserunt, posuerunt finem humanae vitae Dei contemplationem»[3].

Quapropter omnes homines naturaliter scire desiderant, sicut naturaliter desiderant propriam perfectionem et felicitatem, ac proin cognitionem Dei, in qua consummatur desiderium sciendi.

Ideo S. Thomas scribit: «unaquaeque res naturaliter appetit perfectionem sui. Unde et materia dicitur appetere formam, sicut imperfectum appetit suam perfectionem. Cum igitur intellectus, a quo homo est id quod est, in se consideratus sit in potentia ad omnia, nec in actum eorum reducatur nisi per scientiam, quia nihil est eorum ante intelligere, ut dicitur in III de Anima: sic naturaliter unusquisque desiderat scientiam sicut materia formam»[4][5]

Qui quidem appetitus est vehementissimus, eoque fervention ac vividior quo magis reducitur ad actum. Unde et experimur quod «quanto aliquis plura scit, tanto maiori desiderio affectat scire»[6], ac proin tanto magis conatur ac

1 *III contra Gent.*, cap. 25, arg. 6.
2 *In II Seul.*, d. 4, a. 1.
3 *In I Sent.*, prolog., a. ic.
4 *In I Metaph.*, lect. I, n. 2.
5 *III contra Gent.*, cap. 25, arg. 10.

studet ad prosequendas investigationes suas usque ad inventionem ultimarum causarum omnium rerum per Sapientiam vel Metaphysicam [1].

Itaque ceterae partes Philosophiae imitantur pro suo quoquo modo Metaphysicam in appetitu et conatu sciendi et in procuranda perfectione vel felicitate naturali hominis, quae in ea consummatur. Per ipsam enim reducitur potentia intellectus possibilis ad ultimum actum naturaliter nobis possibilem in praesenti statu unionis animae cum corpore. «Est enim quaedam visio intellectualis ad quam sufficit lumen naturale intellectus, sicut est contemplatio invisibilium per principia rationis»[2]: ut sic «intellectus eius totaliter efficiatur in actu secundum omnia intelligibilia quae in potentia habet; secundum hoc enim maxime Deo similis erit»[3].

Est autem homo qua talis naturaliter perfectibilis ac perficiendus per philosophiam, et quantum ad intellectum speculativum in cognoscendo, et quantum ad intellectum practicum in dirigendo appetitum vel affectum suum, ut assequatur virtutes morales secundum quas vitam agat rationalem. Et ad hoc ordinatur tota philosophia speculativa et practica. Ut enim ad rem scribit S. Doctor, «onmis doctrina [vel scientia] est ad perfectionem [hominis qua homo est]: vel quantum ad intellectum, sicut speculativae, vel quantum ad affectum procedentem in opus, sicut praeficae. Sed utrumque completur per Philosophiam: quia per demonstrativas scientias perficitur intellectus; per morales, affectus» [4].

Quod quidem intelligendum est de perfectione naturali; «quia Philosophia sufficit ad perfectionem intellectus secundum cognitionem naturalem, ct affectus secundum virtutem acquisitam»[5].

1 Cf. *in* ***III*** *Sent.,* d. 35, q. 1, a, 2 qla. 1, n. 32; a. 2 qla. 3, n. 44.
2 *In Isaiam,* cap. I, ed. cit., fol. 2 ra.
3 *Compendium thcol.,* I. P., cap. 103, n. 206.
4 *In* ***I*** *Sent.,* prolog., a. i obi. 2.
6 *Ibid.* resp. ad 2.

Aliunde vero constat maiorem perfectionem conferre intellectui possibili Philosophiam Speculativam quam Practica, quia tantam perfectionem confert scientia intellectui quantam ipsa habet: philosophia autem speculativa, ut saepe dictum est, est perfectior practica, sicut et pro intellectu est perfectius cognoscere quam dirigere.

Utrobique tamen diversos suscipit gradus, sive philosophia consideretur ex parte obiecti, sive ex parte subiecti quod perficit et in quo recipitur, scilicet hominis secundum animam. Nam philosophia, sicut et ceteri habitus operativi, media consistit inter subiectum in quo est et obiectum de quo est; et ideo ad utrumque extremum comparari potest, et secundum respectum ad utrumque definiri ac ordinari [1]. Per prius tamen secundum comparationem ad obiectum quam per comparationem ad subiectum; quia illud se habet sicut formale, hoc autem sicut materiale.

irt:

Si ergo consideramus philosophiam ex parte obiecti, ordo partium eius est secundum ordinem obiectorum circa quae versantur et a quibus spccificantur. Est autem talis ordo perfectionis et dignitatis —ideoque et exemplaritatis— obiectorum philosophiae, ut primo sint necessaria —speculabilia—, deinde contingentia —operabilia—. Philosophia ergo speculativa est prior practica, eiusque exemplar: «quia superiores rationes quibus contemplandis Sapientia inhaeret, etiam operationum nostrarum *regulae* sunt»[2].

Philosophia nempe speculativa quaeritur propter seipsam, dum practica quaeritur propter aliud, idest propter opus aliquod perficiendum. Et ideo philosophia speculativa habet rationem boni honesti, practica vero rationem boni utilis. Unde S. Thomas: «omnis scientia bona est... Tamen una scientia in hoc superexcellit aliam. Quod autem omnis sit

[1] Et sic, verbi gratia, gradus vel ordo caritatis sumitur ex duobus, scilicet ex parte obiecti diligibilis et ex parte subiecti diligentis *(Summa theol.* II-II, q. 26, a. 9c.).

[1] *In III Seni.y* d. 35, q. 2, a. 3, qla. 2 ad 3, n. 170.

bona, patet quia bonum rei est illud secundum quod res habet esse perfectum; hoc enim unaquaeque res quaerit et desiderat. *Cum igitur scientia sit perfectio hominis in quantum homo, scientia est bonum hominis.*

Inter bona autem quaedam sunt *laudabilia,* illa scilicet quae sunt *utilia* in ordine ad finem aliquem: laudamus enim bonum equum, quia bene currit. Quaedam vero sunt etiam *honorabilia,* illa scilicet quae sunt propter seipsa; honoramus enim *fines.*

In scientiis autem quaedam sunt practicae et quaedam speculativae. Et hae differunt; quia practicae sunt propter opus, speculativae autem propter seipsas. Et ideo scientiarum, speculativae et bonae sunt et honorabiles; practicae vero, laudabiles tantum»\

Inter obiecta vero philosophiae speculativae prius et perfectius est ens reale quam ens rationis objective, eiusque exemplar. Est enim ens quoddam diminutum, conceptum et formatum ab ipsa ratione ad instar entis realis*, sicut concipimus genus ad modum potentiae vel materiae, differentiam vero ad modum actus vel formae, speciem autem ad modum compositi ex actu et potentia
i vel ex materia et forma, et non-ens ad modum entis. Quemadmodum enim dicimus: ens est ens, ita similiter affirmamus: non-ens est non-ens. Unde et ens rationis vagatur per omnia genera, tantumque extenditur sicut ens reale, quasi umbra et signum quoddam eius, vel potius sicut secundae intentiones intellectae ad primas 3. Philosophia ergo realis speculativa est exemplar philosophiae speculativae rationalis, quae Logica dicitur4.

* *In I de Anima,* lect. i, n. 3.

2 Cf. Joannem a S. Thoma, *Cursus philosophicus,* t. I (Logica), II P., q. 17, a. 2, ad 1, cd. Reiser, p. 581b, 32-35.

3 S. Thomas, *in IV Mctaph.* lect. 4, n. 474.

1 «Aliae scientiae sunt de rebus, et aliae de intentionibus intellectis... *Esse* intentionis intellectae *in ipso intelligi* consistit* *(IV contra Gent.,* cap. ii . •Dicimus quod non-ens *est* non-ens: quod non diceretur nisi negationi aliquo modo *esse* competeret» *(In IV Metaph.,* lect. 1, n. 539).

Tandem inter obiecta philosophiae realis prius est atque perfectius ens divinum quam ens creatum: quia illud est omnino Primum, istud secundum; illud per essentiam, istud per participationem; illud ut exemplar, istud ut exemplatum. Nam «onmia quae sunt in rebus exemplantur a Deo, qui est forma exemplaris omnium», licet eam non repraesentent nisi imperfecte et deficienter 1. «Sicut enim artificiatum ab artifici in similitudinem artis suae procedit», ita et res omnes creatae procedunt a Deo in similitudinem artis vel sapientiae suae. Et «ideo quantum ad hunc modum similitudinis quaelibet creatura potest dici imago ideae in mente divina existentis» 2. Quo in sensu «res omnes creatae sunt quaedam imagines primi agentis, scilicet Dei: agens enim agit sibi simile»3.

Cum igitur obiectum Sapientiae sive Metaphysicae sit ens divinum, scientiarum vero —Physicae et Mathematicae— entia creata, cumque partes philosophiae se habeant inter se sicut earum propria obiecta, sequitur Metaphysicam sive Primam Philosophiam esse exemplar philosophiae secundae et tertiae, idest Physicae et Mathematicae.

Ideo S. Thomas apposite scribit: «in ipsis scientiis speculativis invenitur *gradus* quantum ad bonitatem et honorabilitatem. Scientia namque omnis ex actu laudatur. Omnis autem actus laudatur ex duobus: ex obiecto et ex qualitate seu modo. Sicut aedificare est melius quam facere lectum, quia obiectum aedificationis est melius lecto. *In eodem autem, respectu eiusdem rei, ipsa qualitas gradum quemdam facit;* quia quanto modus aedificii est melior, tanto melius est aedificatum.

Sic ergo, si consideretur scientia seu actus eius ex obiecto, patet quod illa scientia est nobilior quae est meliorum et honorabiliorum: si vero consideretur ex qualitate seu modo, sic scientia illa est nobilior quae est certior. Sic ergo dicitur

1 *De Potentia,* q. 7, a. 4, obi. 5 et resp.
2 *In II Sent.,* d. 16, a. 2 ad *2.*
2 *III contra Gent.* cap. 19, arg. 4,

una scientia magis nobilis altera, aut quia est meliorum et honorabiliorum, aut quia est magis certa.

Sed hoc est in quibusdam scientiis diversum: quia aliquae sunt magis certae aliis, et tamen sunt de rebus minus honorabilibus; aliae vero sunt de rebus magis honorabilibus et melioribus, et tamen sunt minus certae.

Nihilominus tamen illa est melior quae de rebus melioribus et honorabilioribus est. Cuius ratio est, quia sicut dicit Philosophus in libro XI de Animalibus, cap. i, magis concupiscimus scire modicum de rebus honorabilibus et altissimis, etiamsi topice et probabiliter illud sciamus, quam scire multum et per certitudinem de rebus minus nobilibus. Hoc enim habet nobilitatem ex se et sua substantia, illud vero ex modo et ex qualitate»1.

Constat autem Metaphysicam esse omnium scientiarum speculativarum nobilissimam cum sit *de nobilissimo obiecio quod Deus est*2; et quoad se etiam ac substantialiter certissimam, licet minus evidens et aptata nobis quam Mathematica, quia prior et simplicior est quam ceterae. Nam, ut profunde argumentatur S. Thomas, «quanto aliquae scientiae sunt priores naturaliter, tanto sunt certiores; quod ex hoc patet, quia illae scientiae, quae dicuntur ex additione ad alias, sunt minus certae scientiis quae pauciora in sua consideratione comprehendunt; ut Arithmetica certior est Geometria, nam ea quae sunt in Geometria se habent ex additione ad ea quae sunt in Arithmetica. Quod patet, si consideramus quid utraque scientia considerat ut primum principium, scilicet unitatem et punctum. Punctus enim addit supra unitatem situm: nam ens indivisibile rationem unitatis constituit; et haec, secundum quod habet rationem mensurae, fit principium numeri. Punctus autem supra hoc addit situm.

l *In I dc Anima,* lect. I, nn. 4-5.

» *In I Mctaphysic.,* lect. 3, n. 64; »« *HI Sent.,* d. 35, q. 2, a. 1, qla. 1, arg. 2 sed contra, n. 104; *Summa theol.,* I-II, q. 66, a. 5.

Sed scientiae particulares sunt posteriores secundum naturam universalibus scientiis, quia subiecta earum addunt ad subiecta scientiarum universalium: sicut patet quod ens mobile, de quo est Naturalis Philosophia, addit supra ens simpliciter, de quo est Metaphysica; et supra ens quantum, de quo est Mathematica. Ergo scientia illa quae est de ente et maxime universalis, est certissima.

Nec illud est contrarium, quia dicitur esse ex paucioribus, cum supra dictum sit quod sciat omnia. Nam universale quidem comprehendit pauciora in actu, sed plura in potentia. Et tanto aliqua scientia est certior quanto ad sui subiecti considerationem pauciora actu consideranda requiruntur. Unde scientiae operativae sunt incertissimae, quia oportet quod considerarent multas singularium operabilium circunstantias»x.

fit·

Quod quidem valet maxime quoad illam partem Metaphysicae quae Ontologia audit. Ac revera, si ipsa certificat et corroborat ceteras, necesse est eam esse omnium certissimam et robustissimam. Similiter, inter obiecta philosophiae practicae nobilius et prius est agibile quam factibile, quia magis intimum est homini, magisque de propinquo accedit ad rationem ipsam qua homo est homo et ad imaginem Dei factus. Unde et S. Thomas considerat scientiam moralem veluti scientiam de imitatione Dei exemplantis per explicationem imaginis eius operativae in homine viatore 2. Quod quidem licet principaliter valeat de Theologia morali, valet etiam de Ethica philosophica. Consequenter et philosophia activa nobilior ac prior est quam philosophia factiva, atque ideo magis imitatur Philosophiam Ptimam, quae est de ipso Exemplari archetypo. Utraque enim —Metaphysica etEthica— maxime considerat finem ultimum totius humanae vitae, qui Deus est: et exinde, sicut ex supremo principio totius moralitatis, procedit universa

l *In I Metaph.*, lect. 2, n. 47.

1 Cf. *Sumina theol.,* I-II, prolog.; Ramîrez, in h. I. *(De hominis beatitudine,* t. I, p. 65-69).

philosophia moralis. Principium autem est regula et mensura ceterorum quae consequuntur x.

Sin autem consideremus philosophiam ex parte subiecti in quo est, idest ex parte hominis secundum animam in qua recipitur et quam perficit, ordo partium eius respondet ordini partium animae rationalis, secundum quam homo est capax philosophandi; quia quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur. Atqui anima humana, utpote in confinio et veluti in horizonte corporalis et intellectualis naturae[1], simul est unita corpori ut anima vel forma eius et separabilis a corpore atque subsistens ac independens ut spiritus, quia nimirum «est substantia incorporea, corporis tamen forma»[3]. «In quantum igitur supergreditur esse materiae corporalis, potens per se subsistere et operari, anima humana est substantia spiritualis; in quantum vero attingitur a materia et esse suum communicat illi, est corporis forma»[4].*

Ergo est dupliciter perfectibilis per philosophiam, nimirum in quantum anima, idest animans vel informans corpus, et in quantum spiritus, scilicet emergens a corpore ab eoque independens.

Iam vero, in quantum animans corpus, habet adspectum ad inferiora directum, hoc est, ad physica et sensibilia, quae sunt omnia corporalia a sensibus perceptibilia et ab intellectu abstractibilia, et ideo est *rationalis* et perfectibilis per Philosophiam Naturalem: sed, in quantum trascendens corpus et ut spiritus, habet adspectum ad superiora, idest ad spiritualia et per se intelligibilia, quae sunt proprie metaphysica et divina, ac proin est *intellectualis* et perfectibilis per Metaphysicam [6].

1 Cf. *in* ***I*** *Post.,* lect. 36, n. 11.

2 S. Thomas, *in* ***III*** *Sent.,* prologus S. Thomae; ***II*** *contra Gent.,* cap. 68; ***II'*** *contra Gent.,* cap. 55 ad 3.

3 ***II*** *contra Gent.,* cap. 68.

4 *Quaest. disp. De spiritualibus creaturis,* a. 2.C. Cf. *ibid,* ad 3.

6 Cf. *ibid.,* a. 17 c.; a. 18 c.

Et quidem Metaphysica est apex totius philosophiae eiusque exemplar, utpote propria perfectio animae qua spiritualis et intellectualis: unde et dicitur scientia maxime *intellectualis* 1. Ceterae vero partes philosophiae, utpote perfectiones propriae animae qua rationalis et formae corporis, sunt exemplatae atque regulatae a Metaphysica. Et ideo dicuntur scientiae *rationales:* sive quia versantur circa ipsos actus rationis ordinandos ad recte procedendum in scientiis realibus, ut Logica, quae rationalis per antonomasim appellatur; sive quia procedunt discurrendo de uno in aliud per causas extrinsecas, ut contingit maxime in Philosophia Naturali; sive etiam quia procedit dialectice et per rationes probabiles, ut accidit in Philosophia Morali 2. In hac siquidem materia agibili, sicut et in factibili, ratio ipsa imponit ordinem suum actionibus et productionibus humanis: quia «bonum rationis est quod homo ordinate faciat unumquodque quod facit» et agit3.

Praetera, philosophia practica imitatur Metaphysicam secundum proportionalitatem quamdam: quia sicut Metaphysica dirigit et ordinat ceteras scientias speculativas secundum proprias earum materias, ita philosophia practica ordinat actiones et operationes humanas secundum propria earum obiecta agibilia et factibilia.

Atque inter partes philosophiae realis Physica et Mathematica imitantur Metaphysicam, sicut ratio intellectum, sicut corporalia incorporalia, et sicut inferiora superiora. Et ideo naturaliter appetunt coniungi superioribus, toto suo conatu. Humana ergo ratio, iam in actum reducta per Philosophiam Naturalem et Alathematicam, ulterius conatur toto suo impetu assequi Metaphysicam, ut per eam reducatur in ultimum actum respondentem ei ut intellectui.

1 *In XII libros Metaphysiçorum Aristotelis,* prooem. S. Thomae; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. i qla. 3.


2 Cf. *in librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. i, qla. ic. et ad 4.

3 *In III Sent.* d. 29, a. 1, arg. 1 sed contra, n. 12.

Quo in sensu ait S. Thomas: "ideo autem *rationis* obiectum ponitur natura corporea, quia proprium humanae cognitionis est ut a sensibus et phantasmate ortum habeat. Unde circa naturas rerum sensibilium *primo* figitur intuitus nostri intellectus, qui *ratio proprie dicitur,* in quantum *ratio* est *humano generi propria.* Ex hoc autem *ulterius* assurgit ad cognoscendum *spiritum* creatum: quod magis competit ei *secundum quod participat aliquid de natura superiori,* quam secundum id quod est proprium sibi et perfecte conveniens» [1].

Sed placet hucusque dicta contrahere schemate sequenti:

[1] *De Verit.,* q. 15, a. 1 ad 7. Cf. *ibid.,* ad 1.



CAPUT IV

CONCLUSIO TOTIUS SECTIONIS DE PARTIBUS PHILOSOPHIAE AD INVICEM COMPARATIS

Ex his omnibus sequitur *primo,* analogiam partium Philosophiae esse attributionis intrinsecae, sive comparentur omnes ad analogans primum transcendens, scilicet ad apientiam Divinam, sive comparentur partes secundariae a primam et principalem, nempe ad Metaphysicam, quasi a analogans immanens.

Sapientia enim divina x, quae etiam appellatur a . oma post Pseudo Dionysium divina philosophia, σ Φι °3 σοφία 23 est exemplar et origo totius Sapientiae humanae^ vel mundanae4, «quae humano modo acquiritur, scilicet per lumen intellectus agentis»5.* Nam «omnis sapientia et bonitas hominis derivatur a Sapientia et bonitate v ma, sicut quaedam similitudo ipsius» ;* quia nempe «es un Sapientia absoluta supra omnia elevata, scilicet apic divina, per cuius participationem omnes sapientes sun sapientes»7.

1 ***I*** *contra Gent.,* cap. i; **II** *contra Gent.,* cap. 2 et 4; *De Potentia,* q. 5,

4·' *De divinis nominibus,* cap. 3, § 3. "· 93; S. Thomas, *in h.* ... lent. unica.

η· 25S; ed. C. Pcra, 1950-

3 ***II*** *contra Gent.,* cap. 4.

1 *De Potentia,* q. 5, a. 4c.

5 *Summa theol.* **III**, q. 12, a. 2, scd contra.

' ***III*** *contra Gent.,* cap. 162, arg. 3·

7 *In Joannem,* cap. tect. n. 33·

Et ideo nomen Sapientiae dicitur analogice de sapientia divina et de sapientia humana, analogia attributionis; quia illa est exemplaris et per essentiam, haec vero exemplata et per participationem. Unde S. Thomas non solum per transennam et per modum exempli docet hanc analogiam[1], verum etiam ex professo tradit et probat eam: «scientia analogice dicitur de Deo et creatura», hoc in sensu, quod scientia nostra imitatur divinam quantum potest, quin tamen perfecte eam assequatur[2].

Atque divinae sapientiae respectu nostrae applicat effatum illud aristotelicum: «primum in quolibet genere est maximum in genere illo» [3]. Et iterum: «semper enim id quod est primum est causa eorum quae sunt post»[4].

Haec tamen analogia attributionis non est per meram denominationem extrinsecam, sicut aer vel color dicuntur sani, sed per veram participationem formalem et intrinsecam: «quia per eius sapientiam efficitur *in nobis sapientia exemplata* a sua Sapientia, *per quam sapientes sumus formalités* [5]. Non enim homines docti sunt sapientes per merum respectum ad Sapientiam Dei, sed per veram et realem sapientiam creatam eis inhaerentem, licet cum respectu dependentiae a Sapientia divina.

Sic ergo philosophia humana [6] est analoga per attributionem intrinsecam ad unam et ab una philosophia divina[7]

1 *De Verit.,* q. 2, a. ic. et ad 4; *In contra Gent.,* cap. 31; *Sunima theol-* I, q. 13, a. 5. «Dicitur forma *exemplaris* ad cuius similitudinem aliquid fit et per cuius participationem esse habet: sicut divina bonitas est causa exemplaris omnis bonitatis, ct *divina sapientia omnis sapientiae'*» *CIn III Sent.,* d. 27, q. 2, a. 4, qla. 3 ad 1, n. 177).

2 *In I Sent.,* d. 35, a. 4c, et ad *2.*

3 *In I Sent.,* d. 35, a. 3, arg. 2 sed contra.

4 *In I Sent.,* prologus S. Thomae.

6 *In I Sent.,* d. 18, a. 5c.

• Ita eam vocat S. Thomas in *II contra Gent.,* cap. 4.

Attributio enim rationis analogicae primi analogantis ad secundaria analogata dupliciter significari potest: per participationem ab illo ct per imitationem ad illum, quasi per descensum ct ascensum sive per recessum ct accessum. «Quia —ait S. Thomas—, cum aliquid invenitur a pluribus diversimode *participatum,* oportet quod *ab eo* in quo perfectissime invenitur *attribuatur* omnibus illis in quibus imperfectius invenitur. Nam ea quae

Et quidem haec analogia se extendit ad universam philosophiam et ad omnes partes eius, secundum prius et posterius. Omnes enim et singulae partes philosophiae, a suprema —Metaphysica— usque ad infimam —Philosophiam (activant—, sunt verae realesque sapientiae in suo proprio genere; in infinitum tamen distant atque deficiunt a Philosophia divina. Nam philosophia divina est potissimum de Ipso Deo, quem tamen non attingunt partes Philosophiae humanae nisi una Metaphysica; et haec valde imperfecte, ex inspectione creaturarum, quae signa sunt et vestigia Sapientiae Dei. «Sicut enim voces ab homine formatae sunt signa intellectualis scientiae ipsius, ita creaturae a Deo conditae sunt signa sapientiae eius» \ «Sed tamen illa modica cognitio quae per Sapientiam de Deo haberi potest, omni alii cognitioni praefertur» [2].

Et inde est quod, si comparetur Metaphysica ad ceteras partes philosophiae humanae, est prima et maxima sapientia. Nam ipsa est veluti media inter philosophiam divinam et inferiores partes philosophiae humanae: «medium autem, comparatum ad unum extremum, videtur alterum extremum; sicut tepidum comparatum calido videtur frigidum», et comparatum frigido videtur calidum [3]. Unde et appellatur princeps et caput ceterarum partium philosophiae humanae [*], idest analogans princeps. Cum quo tamen stat has inferiores partes ab ea et ad eam analogatas, esse vere atque intrinsece philosophiam, licet secundum quid et imperfecte.

Haec enim philosophia vel sapientia humana est duplex: alia universalis et simpliciter dicta, quae considerat causam absolute supremam sive altissimam totius universi, scilicet

positive secundum magis ct minus dicuntur, hoc habuit ex *accessu* remotiori vel propinquiori *ad* aliquid unum» *(De Potentia,* q. 3, a 5c.).

1 *Summa theol.* III, q. 12, a. 3 ad 2.

2 *Op. cit.,* I-II, q. 66, a. 5 ad 3. Cf. I, q. I, a. 5 ad 1; *I contra Gent.,* cap. 5; *in III Sent.* d. 35, q. 2, a. 2, qla. 2c, n. 144.

3 *Op. cit.,* I, q. 50, a. 1 ad 1.

4 *Op. cit.,* I, q. i, a. 6 obi. 2; q. 88, a. 1, § quinto; I-II, q. 66, a. 5 sed contra; *in libros Metaphysicortim Aristotelis,* prooem. S. Thomae.

Deum; alia particularis et secundum quid, quae respicit tantum causam relative supremam alicuius generis entium, puta mobilis vel quanti, agibilis vel factibilis. Illa est una tantum et vocatur Metaphysica; haec vero est multiplex, pro diverso genere scibilium particularium, a quibus diversa nomina suscipit, ut Physica, Mathematica, Logica, Ethica et Technica.

Apposite S. Thomas: «Sapiens *simpliciter* dicitur qui cognoscit causam altissimam ex qua omnia dependent. Causa autem suprema *simpliciter* omnium Deus est. Unde Sapientia *simpliciter est cognitio* divinarum rerum...

Dicitur autem sapiens *in unoquoque genere* qui cognoscit altissimam causam illius generis: sicut in arte aedificatoria dicitur sapiens, non ille qui scit dolare ligna et lapides, sed ille qui concipit et disponit convenientem formam domus; ex hoc enim totum aedificium dependet» [1].

Rursus: «Sapientia autem, ut dicit Philosophus, [2] est duplex, scilicet universalis et particularis. *Particularem* definiens dicit quod est virtus per quam homo potest in ultimo *cuiuscumque* artis, ut Aledicinae; et ob hoc dicitur sapiens medicus qui est certissimus in his quae sunt Medicinae. Et similiter sapiens faber, et sic de aliis...

Universalis sapientia est quae est ultimum in *omnibus* artibus et scientiis: et ista est per quam homo elevatur in cognitionem nobilissimarum causarum, id est Substantiarum Separatarum vel Spiritualium. Et haec, secundum Philosophum, est Aletaphysica» [3].

Porro sapientiae particulares et secundum quid, quae potius dicuntur scientiae, sunt atque appellantur tales secundum prius et posterius, id est secundum quod magis vel minus accedunt ad Philosophiam Primam —ut ceterae partes Philosophiae speculativae—, aut plus minusve dis-

1 *In epist. ad Romanos,* cap. 8, Icct. 2.
2 *I Metaph.,* cap. 1-2.
In Isaiam, cap. 3, cd. cit., fol. 5vb. Cf. *Summa theoi.* I, q. 1, a. 6j I-II, q. 57, a. *2,* q. 66, a. 5; II-II, q. 45. a. 1; *in III Seni.* d. 35, q. 2. a. 1 qla, 2C.

ponunt hominem ad philosophiam speculativam —ut partes philosophiae practicae—.

Ut enim ait S. Thomas, «per omnes proprias operationes ordinatas et rectas homo pervenire nititur in veritatis contemplationem: nam operationes virtutum activarum sunt quaedam praeparationes et dispositiones ad virtutes contemplativas» [1].

Ita magis disponit ad Metaphysicam philosophia activa quam philosophia factiva; quia illa disponit ex parte animae, haec vero ex parte corporis. Similiter magis ad eam disponit Logica quam philosophia activa; quia rationalis disponit ex parte intellectus, dum moralis disponit ex parte affectus. Atque inter ipsas partes scientiae speculativae, magis accedit ad Metaphysicam Philosophia Naturalis quam Mathematica, quantum est ex parte obiecti; quia illa est de ente substantiali creato et mobili, atque ideo medium praebet ad assurgendum in substantiam increatam et immobilem: haec autem est de solo ente accidentali —quanto— et abstracte considerato.

Ex inde apparet, *secundo,* ceteras partes philosophiae esse ad invicem et per se ordinatas sub Philosophia Prima, ita ut mutuo se contingant in via ascensus et descensus: tunc quia sunt opus rationis, cuius proprium est ordinare [2], tum etiam quia ordinatio harum partium est effectus Philosophiae Primae sive Sapientiae, cuius maxime proprium est ordinare omnia sibi subiecta[3].

Hic autem ordo est sicut ordo causarum quas diversae illae partes philosophiae considerant et secundum quas demonstrant. Nam, cum scientia sit cognitio per causas, et omnis ordo sit secundum aliquod genus vel modum causae [4], ita ordinantur scientiae inter se sicut causae quas

1 *II contra Gent.,* cap. 83, arg. 12.
2 *In libros Aristotelis de Caelo ct Mundo,* prooem. S. Thomae, n. 1.
3 Aristoteles, *I Metaph.,* cap. *2; S.* Thomas, *in h.* 1., lect. 2, n. 42. «Metaphysica... est ordinativa aliarum» *(In II Sent.,* d. 3, q. 3, a. 2c.).
4 *Quodlib.* 5, a. 19c.

proprie considerant et secundum quas demonstrant[x]. Unde sicut una causa continetur sub alia, ita una scientia sub alia scientia [1].

Et quidem talis ordo panium philosophiae debet esse per se, id est secundum intentionem philosophantis, qui primo et maxime respicit beatitudinem suam assequendam, et secundum ipsam naturam rerum circa quas versantur.

Ita ergo se habent partes philosophiae inter se sub Metaphysica sicut se habent potentiae animae sub intellectu respectu cognitionis. Nam «in potentiis animae ordinatis ita est, quod ubi terminatur operatio prioris potentiae ibi incipit operatio sequentis. Sicut patet quod sensus terminatur ad imaginationem, quae est motus factus a sensu secundum actum; et intellectus in termino imaginationis incipit, quia phantasmata accipit pro objecto...: et ideo illarum rerum quae non habent phantasmata, cognitionem non potest accipere, nisi ex rebus quarum sibi repraesentantur phantasmata. Unde in statu viae in qua accipit a phantasmatibus, non potest immediate Deum videre; sed oportet ut ex visibilibus, quorum phantasmata capit, in eius cognitionem deveniat. Quamvis autem ipsam essentiam non videat immediate, tamen cognitio intellectus ad ipsum Deum terminatur; quia ipsum *esse,* ex effectibus apprehendit» [8].

«Ubicumque autem diversi ordines sub invicem coniunguntur, oportet quod id quod est supremum inferioris ordinis, propter propinquitatem ad superiorem ordinem, aliquid participet de superioris ordinis perfectione. Et hoc manifeste videmus in rebus naturalibus: nam quaedam animalia participant aliquam rationis similitudinem, et quaedam plantae participant aliquid de distinctione sexus quae est propria generi animalium. Unde Dionysius dicit VII capitulo *De divinis nominibus,* § 3, quod per divinam Sapientiam *fines primorum coniunguntur principiis secundorum»* [x]: vel, ut communiter effertur, supremum infimi attingit infimum supremi.

1 *De Pot.,* q. 1, a. 4c.
2 Cf. *Sumina theol.* I, q. 105, a. 6c; q. 106, a. 3c.
3 *In III Sent.,* d. 27, q. 3, a. ic, n.° 197.

Et sic videmus in scientiis philosophicis quod supremum philosophiae practicae, id est Ethica, attingit infimum supremi, nempe Philosophiam Naturalem; et supremum philosophiae rationalis, id est Logica demonstrativa, attingit infimum philosophiae realis, ad quam introducit; et supremum philosophiae secundae, quod pervenit ad primum motorem totius entis mobilis et ad originem animae humanae, attingit infimum supremi, scilicet Philosophiae Primae concludentis existentiam Dei, quae tamen rursus prosequitur investigando naturam eius.

Quod et luculenter apparet consideranti diversos gradus abstractionis formalis, quibus respondet ordo partium Philosophiae: ibi enim incipit secundus gradus ubi desinit primus; et ubi desinit secundus, incipit tertius.

Proinde S. Thomas recte dixit: «Scientiae, quae *habent ordinem ad invicem,* hoc modo se habent, quod una potest uti principiis alterius, sicut scientiae posteriores utuntur principiis scientiarum priorum, sive sint superiores sive inferiores. Unde Metaphysica, quae est omnibus superior, utitur his quae in aliis scientiis sunt probata» [2].

Et pariter Rogerius Baco: «Omnes scientiae sunt connexae et mutuis se fovent auxiliis sicut partes eiusdem totius, quarum quaelibet opus suum peragit non solum propter se, sed pro aliis; ut oculus totum corpus dirigit, et pes totum sustentat et de loco ad locum deducit, et sic de aliis. Unde pars extra totum est sicut oculus erutus vel pes abscissus: et sic erit de partibus Sapientiae; nam nulla consequitur sui utilitatem sine alia, cum sint partes eiusdem Sapientiae totalis» [3].

1 *In librum de causis,* lect. 19, cd. cit., p. 106-107.
2 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 3 ad 7, p. 97, 1-5.
3 *Opus tertium,* cap. 4, p. 18; cd. J. S. Brewer. London, 1859.

Haec tamen ordinatio per se partium philosophiae sub Aletaphysica non est per modum subalternationis presse dictae, sed per modum simplicis subordinationis. Nam ad rationem subalternationis presse dictae requiritur ut scientia subaltemata sit sub scientia subalternante ratione obiecti et principiorum, ita quidem ut obiectum subalternatae sit pars obiecti subalternantis, connotando tamen aliquam accidentalem differentiam vi cuius speciales proprietates ei conveniant, et insuper scientia subaltemata accipiat ut principia propria conclusiones subalternantis. Tunc enim et materia et scibilitas subalternatae est sub subalternante, ac proin vere et essentialiter dependet a subaltemantc in ratione scientiae. Unde subaltemata non est scientia si separetur a subalternante, sed necessario debet ei coniungi et continuari: et quidem tunc, solum scit quia, non *propter quid*\

Atqui huiusmodi conditiones non verificantur in aliis partibus philosophiae respectu Aletaphysicae: tum quia obiecta earum propria non sunt stricte loquendo partes obiecti Aletaphysicae, cum habeant aliam et aliam rationem scibilitatis 1; tum quia non addunt obiecto Aletaphysicae differentiam extraneam, cum nihil sit extraneum enti; tum quia conclusiones Aletaphysicae non sunt principia propria aliarum scientiarum, quae ideo acquiruntur et esse habent ante possessionem ipsius Aletaphysicae; tum denique quia vere et ex propriis demostrant *propter quid* in propria materia.

Secus, ut scite animadvertit Suarez, «esset Aletaphysica ante omnes scientias acquirenda, quoniam sine illa nulla

1 Cf. S. Thomam, *in I Post.,* lect. 15, n. 5; lect. 17, n. 3; lect. 25, nn. 1-3; *in I Sent.,* prolog., a. 3, qla. 2 *c; De Verit.,* q. 14, a. 9 ad 3; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 2 ad 5, p. 89, 5-9; q. 5, a. I ad 5, p. 170-171.

2 «Quamvis subiccta aliarum scientiarum sint partes entis, quod est subiectum Metaphysicae, non tamen oportet quod aliae scientiae sint partes ipsius. Accipit enim unaquaeque scientiarum unam partem entis secundum specialem modum considerandi alium a modo quo consideratur ens in Metaphysica. Unde *proprie loquendo subiectum illius non est pars subtecti Metaphysicae:* non enim est pars entis secundum illam rationem qua ens est subiectum Metaphysicae *(In librum Boethii de Tmitate,* q. 5, a. 1 ad 6, p. 171,16-23).

scientia esse posset»)1: cuius contrarium experientia comprobatur.

Ac praeterea, tolleretur carum analogia, et loco eius sufficeretur univocatio, quia scientiae subalternans et subalternata, «*fere* sunt *univocae* ad invicem..., quia communicant in nomine *generis* et non in nomine speciei 2. Ut plurimum ergo essent analogae analogia inaequalitatis: quod certe non sufficit.

Nec obstat dictum illud opusculi *De natura generis:* «scientia Naturalis subaltemata est Aletaphysicae» 3. Nam hoc opusculum non est certo authenticum S. Thomae; ac insuper, ut ibidem statim explicatur 4, non intelligitur huiusmodi subalternatio ac si ens mobile esset species quaedam entis ut sic, sed per modum applicationis formalis ad materiale, nempe entis ut sic ad ens sensibile sive mobile, eo circiter modo quo Optica applicat lineam ut sic ad lineam visualem.

Haec enim minus stricte videntur esse dicta. Quod sane accidere solet quando res per transennam, et non data opera versatur, prout revera contingit in casu praesenti et aliis similibus. Ita, verbi gratia, scribit: «quia ea, quae consequuntur aliquod commune, prius et seorsum determinanda sunt, ne oportet ea multoties pertractando omnes partes illius communis repetere, necessarium fuit quod praemitteretur in Scientia Naturali unus liber, in quo tractaretur de his quae consequuntur ens mobile in communi: sicut *omnibus scientiis praemittitur Philosophia Prima, in qua determinatur de iis quae sunt communia enti in quantum est ens»*δ.

Et alio in loco dicit: «Naturalem Scientiam et Alathema-

1 *Disputationes Metaphysicae,* disp. I, sect. 5, n. 50, p. 39 a. Salmanticac 1597.
2 *In I Post.,* lect. 25, n. 3.
3 Cap. 6, n. 42, p. 525; cd. J. Perrier.
4 *Ibid.,* η. 43.
5 *In I Physic.,* lect. I, n. 4.

maticam *oportet esse partes Primae Philosophiae,* sicut particularis scientia pars dicitur esse universalis» x.

Quae tamen negat saepissime infinitis in locis, ubi rem pertractat ex professo et accurate loquitur. Nisi velis dicere Thomam esse locutum eo in sensu quod abstractissima se habent ad concreta vel minus abstracta sicut formalia ad materialia.

Quidquid tamen de hoc sit, superest ut ordo ceterarum partium philosophiae ab una et ad unam Philosophiam Primam secundum triplex genus causae, scilicet finalis, efficientis et exemplaris, sit per modum simplicis subordinationis, verae tamen ac realis.

Ac ravera, ut patet ex hucusque dictis, fines proprii et particulares ceterarum partium philosophiae sunt sub fine proprio Metaphysicae, qui est beatitudo naturalis, sicut sub fine ultimo et universali totius philosophiae. Ratione cuius Metaphysica est imperatrix et ordinatrix ceterarum, earumque exemplar. Sunt igitur aliae partes philosophiae subordinatae Metaphysicae potissimum ratione finis. Quae quidem subordinatio dici etiam solet *subalternatio communiter et improprie dicta.* Plus enim dicit subalternatio presse dicta quam mera subordinatio, cum qua optime cohaeret analogia attributionis partium subordinatarum ad unam primam et principalem.

Ex quo intelligitur, *tertio,* cur Metaphysica dicatur ab Aristotele πρώτη φιλοσοφία 1 vel πρώτη ἐπιστημή 3, θεία των ἐπιστημών 45 ὡσπερ κεφαλή των ἐπιστημών δ ac

1 *In XI Metaph.,* lect. 4, n. 2.209.

2 *I Physic.,* cap. 9, n. 5 (II, 26o, 29); *II Physic.,* cap. 2, n. U (II, 263, 50-51); *I de Caelo,* cap. 8, n. 15 (II, 380, 23); *V Metaph.* cap. 1, n. 8 (II, 535, 13, 20); *X Metaph.,* cap. 4, n. 1 (II, 588, 36-37).

3 *X Metaph.,* cap. 4, n. 2 (II, 588, 49).

4 *I Metaph.,* cap. 2, n. 10 (II, 471, 33).

6 *VI Ethic. Nicom.,* cap. 7, n. 3 (II, 70, 13).

simpliciter et antonomastice σοφία 1 vel φιλοσοφία 2: quem S. Thomas imitatur, Metaphysicam appellans Philosophiam Primam3, Scientiam Primam 4, deam scientiarum 6, caput scientiarum °, et antonomastice atque simpliciter Sapientiam 78 et Philosophiam ft, sicut et metaphysicum vocat philosophum sine addito9.

Se habet enim Metaphysica ad ceteras partes philosophiae ut caput ad cetera corporis membra et ut Deus ad cetera praeter ipsum, maxime quando versatur circa ipsum Deum. Unde et iure dicitur Philosophia vel Scientia Prima, quia est prima inter omnes partes philosophiae ordine dignitatis et perfectionis, «in quantum considerat primas rerum causas»10,1 let «in quantum aliae omnes scientiae ab ea sua principia accipientes, eam consequuntur» in ratione formali sciendi11: ipsa enim est maxime intellectualis maximeque cognoscitiva inter omnes scientias humanitus acquisitas 12,. quatenus largitur ceteris prima principia intellectus explicata ac penetrata, easque urget atque impellit ad deducendas

1 *I Metaph.,* cap. 1, n. 12 (II, 469, 47); cap. 2, n. 1, 3 (II, 470, 315; *II Metaph.* cap. 2, n. 4 (II, 490, 33); X Metaph., cap. 1, n. 1, 3 (II, 584, 33, 355585, O-

2 X *Metaph.,* cap. 3, n. 8 (II, 588, 20-21); cap. 4, n. (II, 588, 38).

3 *In XII libros Metaph. Aristotelis,* prooem. S. Thomae; *in IV Metaph.,* lect. 5, n. 593; ïn *VI Metaph.,* lect. 1, n. 1.170; *in VII Metaph.,* lect. 11, n. 1.525; *in XI Metaph.,* lect. 7, n. 2.267; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 2c, p. 87, 8-9; expositio cap. 2, p. 160, 6-7; q. 5, a. ic, p. 166, 4-5; *1 contra Gent.,* cap. i; *III contra Gent.,* cap. 25, arg. 8; et passim.

* *In XII Metaph.,* lect. 1, n. 2.416-2.417.

5 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 2 ad 1, p. 87, 28.

6 *In VI Ethic.,* lect. 6, n. 1.184; *in III Sent.,* d. 35, q. 2, a. 1, qla. 2, arg. 2 sed contra, n. 107; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 2 ad 1, p. 89, 27; *III contra Gent.,* cap. 44, circa finem; *Summa thcol.,* I, q. 1, a. 6 obi. 2; I-II, q. 66, a. 5 sed contra.

7 *In III Sent.,* d. 34, q. I, a. 4c. n. 109; d. 35, q. i, a. 2, qla. 3 ad 2, n. 46.

8 *In I Metaph.,* lect. 3, n. 53; *in IV Metaph.,* lect. 4, nn. 572-578; lect. 5, n. 5S9-590; *in III sent.,* d. 35, q. i, a. 2, qla. 3 obi. 2 ct resp., nn. 28, 46.

° *In IV Metaph.,* lect. 4, nn. 471-478; lect. 5, nn. 590, 595.

10 *In XII libros Metaph.* Aristotelis, prooem. S. Thomae.

11 *In librum Boethii dc Trinitate,* q. 5, a. ic, p. 166, 5-6.

12 *In XII libros Metaph. Aristotelis,* prooem. S. Thomae.

conclusiones suas usque ad ultimam resolutionem in prima principia rerum, scilicet in primas rerum causas 1.

Et propter hoc dicitur Sapientia vel Philosophia per antonomasim, quasi Philosophia per essentiam, cum ceterae partes sint participationes exemplatae et imperfectae eius. Quod et convenit supremo analoganti. In analogis enim attributionis, quando nomen eis commune simpliciter et antonomastice profertur, stat pro supremo analogante: sicut nomen entis simpliciter prolatum stat pro substantia, non pro accidenti; pro actu, non pro potentia.

Quo etiam in sensu bene ait Rogerius Baco quod Metaphysica dicitur «Prima Philosophia, quia *primo* ab homine desiderata, et etiam quia est secundum sui partem de *Primo* principiorum omnium, et etiam de omnibus *primis* principiis» 1. Et quidem «nomine communi quaelibet scientia potest dici philosophia, sed *nomine* proprio vel *appropriato ista sola,* scilicet Metaphysica, *Philosophia* nuncupatur, quia cognoscit ens increatum aliquantulum, scilicet ut possibile est, et etiam ens creatum modo certo ct vero, et omnia quae sunt entis, scilicet, principia partes et passiones» 34

Nimirum, quia est maxima et perfectissima omnium partium philosophiae; denominationes enim consueverunt fieri a potiori ct perfectiori parte '.

Ac praeterea, sicut in analogis attributionis contingit, «omnia quae habent ordinem ad unum aliquid, licet diversimode, ab illo denominari possunt: sicut a sanitate quae est in animali, denominatur sanum non solum animal, quod est sanitatis subiectum, sed dicitur medicina sana inquantum est sanitatis effectiva, diaeta vero inquantum est conservativa eiusdem, et urina in quantum est significativa

1 *In librum Boethii de Trinitate,* q. 6, a. I, qla. 3.
- *Quaestiones alterae super libros Priniae Philosophiae Aristotelis* lib. i, q. % ed- cit., p. 30, 27-29.
3 *Ibid.,* lib. 3, p. na, 19-24.
4 S. Thomas, *Summa theol,* I, q. 115, a. 20; I-II, q. 25, a. 2 obi. 1.

ipsius»1. Cum igitur ceterae partes philosophiae dicantur tales per analogiam attributionis ad Philosophiam Primam sicut ad suppromum analogans, ab ea, quae simpliciter et absolute dicitur Philosophia, ceterae omnes partes denominantur philosophiae, scilicet secundum quid; cum quo tamen stat quod simul sint ac dicantur tales intrinseca atque formali perfectione scientifica, quae eis ex propriis convenit, licet cum dependentia a Philosophia Prima, sicut a causa finali, efficienti et exemplari 2.

Tandem, *quarto,* colligitur Metaphysicam esse formam ceterarum partium philosophiae.

Quod quidem, ad *factum* quod attinet, patet ex duobus. *Primo,* quia «illud quod est *principale* etiam in corporalibus, *est formale* respectu aliorum» 3. Atqui Metaphysica est principalis pars philosophiae, aliae vero partes sunt secundariae vel minus principales. Ergo Philosophia Prima est formalis respectu ceterarum partium philosophiae, atque ideo est earum forma.

Secundo, quia forma formae est forma formati, sicut causa causae est causa causati. Sapientia autem sive Philosophia Prima est forma ipsius habitus intellectus sive primorum principiorum, qui vicissim est forma scientiarum seu conclusionum scitarum per et ex principiis.

Est quidem Sapientia perfectio et forma ipsius habitus intellectus, quatenus ipsa prima principia cognitionis notificat, ordinat, iudicat ex ipsis primis principiis rerum et ea defendit contra impugnantes vel negantes.

Notificat sane, non quidem ea positive demonstrado, cum sint indemostrabilia, utpote per se nota quoad se et quoad nos omnes; neque proprie definiendo terminos eorum,

1 *Summa theol.,* III, q. 60, a. ic.
2 Cf. *De Verit.,* q. 21, a. 4c, praesertim ad 2 et 3.
3 *In III Sent.* d. 27, q. 2, a. 4, qla. 3, arg. 2 sed contra, n. 15$.

cum termini illi sint indcfinibiles, utpote primi et communissimi; sed simpliciter explicando, prout accidit in terminis analogicis, qui notificari possunt declarando et ordinando diversos eorum sensus, sive per respectum ad impositionem nominis —per ordinem ad sensum—, sive per respectum ad nominis significationem, idest ad id ad quod significandum imponitur nomen —per ordinem ad intellectum 1.1

Et sic revera fecit Aristoteles in V Metaphysicorum, quem explanat S. Thomas in suo commentario, ubi ambo explicant intentiones nominum communium quae sunt propria Metaphysicae, ut entis et non entis, unius et multiplicis, veri et falsi, boni et mali, principii et causae, possibilis et impossibilis, necessarii et contingentis, prioris et posterioris, perfecti et imperfecti, totius et partis, et aliorum huiusmodi. Tales autem termini analogici explicantur vel notificantur distinguendo, primo, vel enumerando diversos eorum sensus; secundo, definiendo vel declarando particulariter singulos sensus; tertio, ordinando et reducendo eos ad unum primum, secundum prius et posterius, id est ad unum primum *a quo* incepit imponi nomen —primum quoad nos, ordine generationis, per resolutionem materialem ad sensum, a quo incipit omnis nostra cognitio et denominatio, quia unumquodque nominamus secundum quod ipsum cognoscimus vel ad unum primum *ad quod* significandum imponitur principaliter nomen —primum quoad se, ordine perfectionis, per resolutionem formalem ad intellectum, ad quem terminatur omnis nostra cognitio atque denominatio—. Quorum exempla plurima videri possunt in praedicto libro Metaphysicorum, una cum commentariis S. Thomae.

Quapropter S. Doctor, loquens de huiusmodi principiis, ait: «determinat autem ea Philosophus [=Metaphysicus] non demonstrando, sed *rationes terminorum tradendo,* ut quid totum et quid pars, et sic de aliis. Hoc autem cognito,

1 <Philosophus [Mctaphysicus] non considerat huiusmodi principia tamquam faciens ea scire *definiendo* vel *absolute demonstrando* (In 111 Metaph.* lect. 5, n. 392).

veritas praedictorum principiorum manifesta relinquitur» x.

Et alio in loco: «quia Sapientia est certissima, principia autem demonstrationum sunt certiora conclusionibus, oportet quod Sapiens non solum sciat ea quae *ex* principiis demonstrationum concluduntur circa ea de quibus considerat, sed etiam quod verum dicat *circa ipsa prima principia.*

Non quidem quod demonstret ea, sed in quantum ad Sapientes pertinet *notificare communia,* puta totum et partem, aequale et inaequale, et alia huiusmodi: quibus cognitis, principia demonstrationum innotescunt» 2.

Quod si termini quorundam principiorum, verbi gratia, contradictionis vel identitatis, sint omnibus noti, puta ens et non-ens, notificantur tamen a Sapientia eos magis distincte et accurate reddendo. Naturalis namque atque spontanea cognitio, quam omnes hominis habent de his terminis, est confusa et indistincta, quia non distinguunt explicite diversos modos entis et non-entis qui praedictis terminis clauduntur: quando vero Metaphysica revertitur circa eos, secum trahit diversos modos in scientiis particularibus apprehensos, qui tamen omnes conveniunt in ente et non-ente, atque ideo explicitant tradit notitiam analogiae latentis in ipsis. Se habet ergo talis cognitio sapientialis ad cognitionem communem talium terminorum sicut cognitio clara et distincta ad obscuram et confusam, sive ut scientifica et philosophica ad vulgarem et spontaneam.

Ordinat, ex comparatione praedictorum principiorum ad ordinem terminorum super quos fundantur, quia talis est ordo indiciorum qualis est ordo terminorum ex quibus constant. Iam vero «istorum nominum transcendentalium talis est ordo, si secundum se considerentur, quod post ens est unum, deinde verum, deinde, post verum, bonum» 3: ita quidem, ut «inter ista quatuor prima, *maxime primum est ens»*4. Ergo et primorum principiorum est talis ordo pro-

1 *In IV Metaph.·,* Icct. 5, n. 595.
2 *In VI Ethic.,* Icct. 5, n. 1.182.
3 *De Verit.,* q. 21, a. 3c.
4 *De Potentia,* q. 9, a. 7 ad 6.

portionalis, ut maxime primum sit principium contradictionis, utpote fundatum super rationem entis et non-entis; deinde, principium identitatis, quod fundatur super rationem unius; postea, principium rationis essendi, quod fundatur super rationem veri; tandem, principium finalitatis, utpote fundatum super rationem boni.

Quapropter S. Thomas iure dicit: sicut «in prima operatione [mentis] est aliquod primum quod cadit in conceptione intellectus, scilicet hoc quod dico *ens,* nec aliquid hac operatione potest mente concipi nisi intelligatur ens»: ita «etiam hoc principium [scilicet contradictionis] est naturaliter primum in secunda operatione intellectus, scilicet componentis et dividentis. Nec aliquis potest secundum hanc operationem intellectus aliquid intelligere, nisi hoc principio intellecto» [1].

Sapientia ergo, «de his etiam [principiis] quodammodo *ordinat,* in quantum reducit omnia ad unum principium» [2]; «in quibus principiis *ordo* quidam invenitur, ut quaedam in aliis implicite contineantur, sicut omnia principia reducuntur ad hoc sicut ad primum: impossibile est simul affirmare et negare»[3].

Et rationem dederat, scribens: «in his autem quae in apprehensione hominum cadunt, quidam *ordo* invenitur. Nam illud quod *primo* cadit sub apprehensione est *ens,* cuius intellectus includitur in omnibus quaecumque quis apprehendit. Et *ideo primum principium indemonstrabile est,* quod non est simul affirmare et negare, *quod fundatur super rationem entis et non-entis. Et super hoc principio omnia alia fundantur»*[4].

Indicat etiam de veritate ipsorum primorum principiarum cognitionis per prima principia rerum, hoc est, per Veritatem Primam, quae causa est et principium omnis veritatis. Iudicat enim Metaphysica de omnibus per altissimam causam simpliciter, quae est ultimus finis totius universi, scilicet Deus sub ratione Veritatis Primae, quia finis agentis per intellectum est bonum intellectus, quod est veritas. «Oportet igitur Veritatem esse ultimum finem totius universi, et circa eius considerationem principaliter Sapientiam insistere.» Unde et Aristoteles docet Philosophiam Primam esse Scientiam Veritatis: «non cuiuslibet, sed eius Veritatis quae est origo omnis veritatis, scilicet quae pertinet ad primum principium essendi omnibus: unde et sua veritas est omnis veritatis principium; sic enim est dispositio rerum in veritate sicut in esse»[1].

Postquam enim per Metaphysicam pervenit homo ad Veritatem Primam ut ad supremam causam et rationem omnium, eius «anima non secundum quamcumque veritatem iudicat de rebus omnibus, sed secundum Veritatem Primam» [2]: non quod ipsam videat per essentiam, sed quia videt eam esse Veritatem per essentiam, ceteras autem veritates creatas, etiam ipsorum primorum principiorum demonstrationis, esse veritates per participationem et ab ea exemplatas. Nam et «a *Veritate intellectus divini exemplariter procedit in intellectum nostrum veritas primorum principiorum,* secundum quam de omnibus [aliis] indicamus» [3].

Et secundum hoc optime intelliguntur haec profunda verba S. Doctoris: «veritas et cognitio principiorum indemonstrabiliium dependet ex ratione terminorum. Cognito enim quid est totum et quid est pars, statim cognoscitur quod omne totum est maius sua parte. Cognoscere autem rationem entis et non-entis, et totius et partis, et aliorum quae consequuntur ad ens, ex quibus sicut ex terminis constituuntur principia indemonstrabilia, pertinet ad Sapientiam, *quia ens commune est effectus Causae Altissimae, scilicet Dei.*

1 *In IV Metaph.,* lect. 6, n. 605.
2 *In III Sent.,* d. 35, q. 2, a. 1, qla. 1 ad 1, n. 114.
3 *Summa theol.,* II-II, q. 1, a. 7c.
4 *Op. cit.,* I-II, q. 94, a. 2C.

1 *I contra Gent.,* cap. I.
2 *Summa theol.* I, q. 16, a. 6 ad 1.
3 *De Verit.,* q. 1, a. 4 ad 5. Cf. q. 10, a. 6 ad 6; a. 8c, a. 11 ad 12; *in librum Boethii de Trinitate,* q. 1, a. 3 ad 1, p. 72-73$ *Quodlib.* 10, a. 7c; *III contra Gent.,* cap. 47.

Et ideo Sapientia non solum utitur principiis indemonstrabilibus quorum est intellectus, concludendo ex eis, sicut etiam aliae scientiae, sed etiam *iudicando de eis»x.*

Quod quidem confirmatur insuper ex eo, quod intellectus principiorum pertinet ad viam inventionis et sistit in simplici et absoluto iudicio de eis; at vero Sapientia spectat ad viam iudicii, non sane absoluti et simplicis, sed comparativi ad alia et resolutivi, scilicet analysim terminorum eius excercendo et assignando primas eorum causas.

Ut enim egregie docet S. Thomas, «intellectus videtur pertinere ad viam inventionis, sed Sapientia ad viam iudicii» 1. Iam vero, «quamvis inventio quandoque ab infimis incipiat et ad suprema tendat, tamen iudicium nunquam perficitur nisi per superiora in quibus inferiora resolvuntur. Et ideo oportet Sapientem de altissimis cognitorem esse» 3.

Et sic in via inventionis proceditur «ex sensu in memoriam, ex memoria in experimentum et ex experimento in prima principia quae statim notis terminis cognoscuntur. Et hunc processum perficit intellectus, qui est habitus principiorum.

Ulterius in eadem via proceditur inquirendo ex istis principiis in conclusiones: et ad hoc perficit alia virtus intellectualis, quae dicitur Scientia»4.

In via autem iudicii hoc modo proceditur, «ut ex simplici inspectione primorum principiorum et altissimarum causarum homo de inferioribus iudicet et ordinet. Et hoc fit per Sapientiam»5.

«Ad apprehensionem igitur veritatis [primorum principiorum indemonstrabilium] perficitur speculativa ratio per intellectum...; ad recte autem indicandum..., per Sapientiam» e.

1 *Summa theol.,* q. 66, a. 5 ad 4.
2 *In III Sent.,* d. 35, q. 2, a. 2, qla. 3c, n. 149. Cf. *ibid.,* a. 4, qla. 2, arg. 2 sed contra, n. 180.
3 *Ibid.,* q. 2, a. 1, qla. 2c., n. 117.
4 *III Sent.* d. 34, q. 1, a. 2c., n. 54-55.
8 *Ibid.,* n. 57.
° *Summa theol.* I-II, q. 68, a. 4c.

Postremo, ea *defendit* contra impugnantes vel negantes: sive eos redarguendo ad hominem, si, principiis illis negatis, alia concedant; sive saltem solvendo eorum argumenta, si nihil positivi concedere velint. «Considerandum est in scientiis philosophicis —ait S. Thomas— quod inferiores scientiae nec probant sua principia, nec contra negantem principia disputat, sed hoc relinquunt superiori scientiae: suprema vero inter eas, scilicet Metaphysica, disputat contra negantem sua principia si adversarius aliquid concedit; si autem nihil concedit, non potest cum eo disputare, potest tamen solvere rationes ipsius» x.

Constat ergo ex his omnibus Sapientiam esse formam habitus intellectus. Hic autem est vicissim forma scientiarum, quae proprie sunt conclusionum. Nam principia se habent ad conclusiones ut formale ad materiale. Unde et diversitas scientiarum sumitur ex diversitate principiorum, quia «formalis ratio scibilis accipitur secundum principia ex quibus aliquid scitur» 2. «Sicut in scientia geometriae materialiter scita sunt conclusiones, formalis vero ratio sciendi sunt media demonstrationis per quae conclusiones cognoscuntur» 3, scilicet principia geometriae, et sic «quilibet habitus cognoscitivus formaliter quidem respicit medium per quod aliquid cognoscitur, matcraliter autem id quod per medium cognoscitur»4.

Intellectus ergo se habet ad scientiam sicut formale ad materiale, quia «per principia per se nota iudicamus de conclusionibus», quorum est scienia5.

Quod si Sapientia est forma intellectus, a fortiori est forma scientiarum, id est ceterarum omnium partium philosophiae. Ideo recte S. Thomas scribit: «quia [Sapientia]

1 *Op. cit.,* I, q. I, a. 8c.
2 *In I Post.,* lect. 41, n. 50.
3 *Summa theol.,* II-II, q. 1, a. ic.
* *Ibid.,* q. 9, a. 2 ad 3. Cf. etiam *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 3, ad 6 et 7, p. 188-189.
« *De Verit.,* q. 10, a. 11 ad 12.

aliquid habet proprium supra alias scientias, in quantum scilicet de omnibus iudicat; et non solum quantum ad conclusiones [ut intellectus], sed etiam quantum ad prima principia, ideo habet rationem perfectioris virtutis quam scientia» et intellectus x. «Hoc enim modo scientia dependet ab intellectu sicut a principaliori, et utrumque dependet a Sapientia sicut a principalissimo, quae sub se continet et intellectum et scientiam, ut de conclusionibus scientiarum diiudicans et de principiis earundem» 1. Nimirum «Sapientia praefertur intellectui, et intellectus scientiae» 3, sicut formale materiali.

Et secundum hoc apparet quod «Philosophia Prima omnibus aliis scientiis *perfectionem impartitwnt,* immo et omnibus aliis habitibus intellectualibus, incipiendo ab ipso habitu intellectus principiorum, «utpote omnium caput et forma»4.

Hoc autem dato, oportet ulterius determinare naturam huius formae, scilicet modum secundum quem Metaphysica dicitur esse forma ceterarum partium philosophiae.

Qua in re evidens est eam non esse formam entitativam sive ordinis essendi, ad modum quo forma substantialis dicitur esse forma corporis physici; vel existentia, entis finiti. Nam Metaphysica ceteraeque partes philosophiae non sunt habitus entitativi, sed operativi. Consequenter earum forma debet esse dynamica sive ordinis operativi.

Non tamen Metaphysica potest esse forma essentialis et propria ceterarum partium philosophiae, quia secus omnes absorberentur a Metaphysica et traherentur ad speciem eius: et sic non essent de facto plures partes philosophiae essentialiter distinctae, sed tota philosophia reduceretur ad unam Metaphysicam.

1 *Summa theol.,* I-II, q. 57, a. 2 ad 1.
2 *Ibid.,* ad 2.
Ibid., q. 68, a. 7c. Cf. *in VI Ethic.,* lect. 5, n. 1.183; *in X Ethic* lect 10, n. 2.086.
In III Sent. d. 27, q. 2, a. 4, qla. 2 ad 1, n. 166.

Ac revera ut ex hucusque dictis multipliciter apparet, unaquaeque pars philosophiae habet suum proprium obietum formale a ceteris distinctum, quod ideo est forma cius essentialis, quia per ordinem ad illud specificatur ac definitur. Quam ob rem de partibus philosophiae valent ea quae de virtutibus asserit S. Thomas: «a proprio fine et a proprio obiecto quaelibet virtus habet formam *specialem* per quam est *haec* virtus»1.

Ergo debet esse forma quaedam accidentalis et communis sive universalis omnium illarum partium. *Accidentalis* quidem, quia potest adesse vel abesse salva propria essentia uniuscuiusque. Acquiruntur enim ante Metaphysicam; et licet per oblivionem amitterentur, adhuc Metaphysica iam acquisita subsistere posset, sicut subsistere potest formale sine materiali et actus sine potentia 2.

Communis vero sive *universalis* omnium, quia ipsamet Metaphysica impartitur ceteris perfectionem accidentalem, et omnes sunt sub fine proprio et sub imperio eius. Est enim Methapysica pars quaedam specialis philosophiae a ceteris distincta, quia ratio formalis sui obiecti est una et ab aliis essentialiter differens: simul tamen est universalis in movendo, quia sub se habet veluti famulantes omnes alias scientias.

Quapropter S. Thomas haec duo simul docet: primo, quod «Philosophia Prima est *specialis* scientia, quamvis consideret ens secundum quod est omnibus commune, quia specialem rationem entis considerat, secundum quod non dependet a materia et motu» 3; secundo, quod est simul *universalis,* quia agit de omni ente et ambit materiam omnium scientiarum, ratione cuius omnes cadunt sub cius imperio, et sic «una scientia *specialis* ab aliis distincta, scilicet Philosophia Prima, omnibus aliis scientiis perfectionem impar-

1 *Dc caritate,* a. 3 ad 9.
2 Cf. *Summa theol.,* I-II, q. 67, a. 2.
3 *In III Sent.* d. 27, q. *2,* a. 3, qla. 2C., n. 164.

titur, in quantum obiectum suum est *commune* secundum rationem obiectis omnium aliarum scientiarum»[x].

Quia ergo Metaphysica est forma communis sive universalis ceterarum partium philosophiae, in quantum est *universalis in causando,* licet simul sit specialis in essendo vel praedicando, restat videre secundum quodnam genus causae, moveat ad perfectionem, sicquc *formet* ceteras illas partes

Et dicendum est eam ipsas formare atque perficere tri' plici genere causae, scilicet finalis, efficientis, et exemplaris· Cum enim Metaphysicae conveniat esse forma ceterarum partium philosophiae ex eo quod est omnium perfectissima, earumque supremum analogans, consequens est eo genere causae formare quo eas analogat.

Constat autem ex dictis eas analogare secundum genus causae finalis, efficientis et exemplaris. Ergo et isto triplici genere causae est earundem forma, id est eas perficiens et formans et complens.

Sed iuvat haec omnia singillatim explicare. *In genere causae finalis.* «Sic enim est in omnibus potentiis [et habitibus] et actibus ordinatis, quod illa quae altiorem finem respicit, *largitur formam* arti quae sub ipsa est, cuius actus in suum finem ordinatur; sicut patet quia gubernator ostendit factori navis qualis debeat esse *forma* temonis» [1]. Et similiter Metaphysica, utpote architectonica ceterarum partium philosophiae, assignat ceteris propriam materiam, eisquc ostendit propriam formam quam induere debent, ut fini superiori eius subservire valeant.

In genere causae efficientis, inquantum vi superioris finis et ad illud obtinendum in re, ordinat, dirigit et impellit ceteras ad operandum et speculandum circa proprias materias

1 *Ibid.,* ad 1, n. 166. Cf. *in librum Boethii de Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 6, p. 171, 16-26.

2 *In II Sent.,* d. 26, a. 4 ad 5.

propter illum. Ut enim egregie argumentatur S. Thomas, «in agentibus ordinatis, fines agentium secundorum ordinantur ad finem agentis primi, sicut totum universum ordinatur ad bonum quod Deus est, ut Philosophus dicit in XII Metaph., cap. io, quasi exercitus ad bonum ducis. Et ideo actio primi agentis est et prior et posterior.

Prior in movendo, quia actiones omnium secundorum agentium fundantur super actionem primi agentis, quae cum sit una, *communiter omnes firmans,* specificatur eius effectus in hoc et in illo secundum exigentiam illius: sicut uno praecepto ducis praecipientis bellum, unus accipit gladium, alius parat equum, et sic de aliis.

Est autem posterior in utendo aliorum actibus ad finem proprium: et sic omnes actiones aliorum agentium *modificantur* 1 per actionem primi agentis»; et sic ab eo *(formam* aliquam» recipiunt, «secundum quod omne movens et agens *imprimit suam similitudinem motis et patientibus ab eo»* 2.

Sicut ergo prudentia, quae est Sapientia practica agibilium humanorum, est forma ceterarum virtutum moralium, ita et Metaphysica, quae est Sapientia speculativa, est forma ceterarum virtutum speculativarum, quae sunt ceterae partes philosophiae. Illa quidem, in quantum *(dirigit* alias virtutes morales»; haec vero, in quantum *(dirigit* alias intellectuales» 3. Et insuper, quia «sicut prudentia *ordinat* omnes virtutes morales, ita Sapientia *ordinat* omnes scientias, quasi caput scientiarum»4.

In genere causae exemplaris, in quantum ceterae partes philosophiae exemplantur a Metaphysica, ab ea participantes pro suo quoquo modo rationem Sapientiae vel philosophiae quam illa plene et quasi per essentiam possidet. Nam «inferiora participant perfectiones superiorum secundum modum suum; et ideo participationes determinantur in participant

1 **Fornia* virtutis est *modus* cius» *(De Caritate,* a. 3 obi. 14).
2 *In III Sent.,* d. 23, q. 3, a. 1 qla. ic, nn. 232-233.
3 *In III Sent.,* d. 34, q. i, a. 4 c., n. 109.
4 *In III Seni,* d. 36, a. 1 obi. 3.

tibus ex capacitate et natura participantium» [1]. «Cum autem superiora sint *formalia* respectu inferiorum, quod participatur a superioribus in inferioribus *formale* est» [2].

Sicut ergo «prudentia est forma aliarum virtutum moralium, in quantum *sigillatus ordo quidam prudentiae* in inferioribus viribus dat habitibus, qui ibi sunt, rationem virtutis»: ita Metaphysica est forma exemplaris ceterarum partium philosophiae, in quantum ab eis participatur aliquo modo ordo Philosophiae Primae et in eis sigillatur vel imprimitur, ratione cuius vim quamdam philosophiae sive Sapientiae obtinent[3].

Quo iit ut, sicut «prudentia *perficit* rationem virtutis in omnibus virtutibus moralibus», ita et Sapientia *perficit* rationem scientiae in ceteris partibus philosophiae, urgendo eas ad operandum ad similitudinem et ob finem eius [4].

Et sic omnes partes philosophiae dynamice formantur et perficiuntur a Metaphysica: directe quidem ac primario quantum ad actus, ex consequenti vero quantum ad ipsos habitus, cum sint praecise habitus operativi.

1 *In III Sent.*, d. 27, q. 2, a. 4, qla. 3 ad 5, n. 184.
2 *Ibid*, ad 2, n. 178.
3 *Ibid*, ad 1, n. 177.
4 *Ibid.*, qla. 2 ad 1, n. 167.